Ambr[illegible]g[illegible]
Camald, E[illegible]lo
larum liber[illegible]
cum q[illegible]b[illegible]dam
ad [illegible]

Manoscritti
Conventi
C
II
38

N: 30





H 36. C. 2.

Liber Epistolarum Fratis Ambrosij

Sanctę Camaldulensis Prioris, Eremi,

ac totius Ordinis ipsius Camaldulensis

Generalis Patris, cum quibusdam
ad illum, vid. a 254. ad

Fuit Hic Frater Ambrosius Electus

Prior Sanctę Camaldulensis

Eremi, et totius Ordinis

Ipsius Generalis Pater

an. 1431. 18 Octobris

Sub Eugenio IIII.

Biblioteca Nazionale Centrale Firenze MSS



ILLVSTRISSIMO D.D. IACOBO MAGLIABECHIO
Nuntiaturæ Apoſtolicæ in Regno Poloniæ Auditori general.
effigiem hanc B. Ambroſij Abb. general. Camaldulenſis
è picturis ad viuum expreſſis a Petro Dandino Pictore celeber
depromptam Adrianus Haelwegh D.D.D.

L. S.o Sacre Eremi Camalduli. C. 1
W. 72.

Venerabiles et amantissimi patres. Iniunxerat nobis reverentissimus in Christo pater et dominus: dominus Cardinalis Senensis protector ordinis nostri: ut ad capitulum generale mitteremus aliquos ex monachis nostris: Zelo profecto sancte religionis incitatus et ardens studio restituendi si fieri possit ordinem nostrum in decore observantie regularis: et antique sanctitatis ymaginem. Hos autem habita ratione clausure nostre, simul et considerantes monachis simplicibus inter prelatos residendi ius non esse: atque confidentes venerationem vestram per se: absque nobis ad omnia posse sufficere, maxime in presentia tantorum virorum, quos illuc ex latere suo dirigit idem reverentissimus pater: statuimus corporeo accessu non venire: quia et re vera dominus admonet: potius quam iubet. usus modestia solita, ceterum vice nostra has litteras mittere, quibus nobis amantissimi patres ea loquamur que si coram adessemus loqueremur humiliter et cum honore tantis patribus debito: Ante omnia deo referre oportet gratias dilectissimi qui tantum cure ac pie sollicitudinis patri ac protectori ipsi nostro inseruit resuscitandi in nostro ordine fervorem atque religionis tepescentem iam, immo quod dolentes gementesque dicimus in plerisque extinctum, ferme ac mortuum. Preterea dirigere intentionem in deum necesse est atque ab illo implorare auxilium ut quod difficile immo impossibile videtur: sanctissimi sui spiritus gratia non modo possibile verum et facile sit. Ipse enim est qui potest de lapidibus suscitare filios habrae: cuius imperio reviviscunt mortui: cuius afflatu gratie arentia vitiis corda in rorem compunctionis excitantur primum: et tum demum uberes ac letos fructus exurgunt. Attollite in sublime oculos amantissimi patres, ut videatis regiones iam ad messem albescentes. Implorate celeste auxilium piis conatibus vestris. Aderit deus credite, et coopa-

1

L. S.º

bitur rite proponentibus: Aspicite antiqua repetentes et dilige
ter attendite quanta fuerit religionis nre sanctitas. qui zelus: q
sancte obsuantie uigor ac feruor. Nullius uerum dulcissimi pres
mon est, ubi no fuerit orois domus totiusq religionis honestas:
et sancta prouincib obsuatio. Inardescat oramus animus ad ex
citandas illius ignis reliquias, iam pene extinctas ac solutas incinez.
Illius inq ignis diuini, quem dns yhus misit in terras, et uoluit
uehementer accendi desiderium et ardor incendat corda ura: nos
uicat atq consumat. cuius afflatu renouabitur facies terre: excita
buntur q ad uirtutum studia, et antique sanctitatis amorem corda
terrenis curis et opib frigida: Quid quesumus e pres nri q
ita immutata e rerum facies: q priscus ille feruor: excellens illa
caritas dei in teporem algoremq conuersa e.: Quid q domus glie
nre in laudauerunt deum patres nri uerse sunt in desolationem.
Nunqd abbreuiata e dni manus ut saluare non possit. In diebus
nris minor e uirtus ac potentia dei q fuerit diebus prum nroz:
ut illi deo iuuante potuerint: que non possumus nos. Quis hoc
dixerit cum tam multa etate nra uideamus suorum dei habi
tacula: egtra ex tepore inusabili in ardorem fidei et amore dei et
sancte religionis obsuantiam repente conuersa. Nunquid quod
alii xpo propitio possunt ipi non possumus. Execranda e dilectis
simi pres, et a cordib nris arcenda infidelis ista et plenissima to
poris cogitatio: dicendum q potius cum aplo Omnia possum in eo
qui me confortat chrystus. Intuemini ueterem nobilitatem religionis
nre. Nempe nulla post beatissimum prez ac legiferum nrum bene
dictum, antiquior istitutio q nra e: in qua nunq iuuante ac ppitio
dno religionis feruor obtorpuit, aut dio extinctus e.: sz fuerunt
semp hodieq sup sunt concilia religiosis moribus atq obsuantiis
dedita. Attendatur oramus aius ad imitandum: ut quod pauca

moniã faciunt: sponte omnes inuestes quiq; domicilys seruare uelitis.
Non erit hoc deo iuuante impossibile: si animos ad id applicaueritis.
imo & facile: & magna cum animi dulcedine cuncta peragentur
ubi penitus id institueritis. Videmus certe ac taciti ingemiscimus
miserandam illam mutationem: lacrimabilem q; descensum: ac peruer-
sionem morum totius q; religionis uastitatem miserandam. Subijt
pro moderato illo habitu quem p(re)finit & ro & ordinis antiqua insti-
tutio/ uestium enormes laxitudo: & sumptus: uis q; cucullarum
relinquitur/ dum singuli aptis patulis q; clamidibus uti gaudent.
Soli circum uehuntur tum prelati tum monachi contra ius omne
& fas. calceis tenuioribus & delitatis utuntur/ ut non tam necessitati
satisfiat quam uoluptati ac uitijs inseruiatur. Iam uero de interiore a-
mictu quid dicimus. Quod multi contra instituta sanctissima: cami-
sijs utuntur lineis: ipsis q; subtilissimis: & uestibus alijs prorsus a re-
ligione remotissimis. Successerunt castis ieiunijs epule/ conuiuia q;
plena delitijs. Carnium usus ubiq; ferme uiget/ atq; utinam mo-
deratus ac temperans. Monachi ordinis nostri passim uagantur extra
ordinem: & ecclesias extra religionis gremium tenent. Cetera q; in
hunc modum admittuntur: que sunt plena dedecoris/ & a regulari
instituto remotissima. Que omnia p(ro)fecto amantissimi prohibere uos
labor est. Vos qui iuxta saluatoris sententiam sal terre esse debetis quorum
uita & exemplo subditorum mores formandi ac dirigendi sunt. ea si fe-
ceritis dubium non est monachos quos duxeritis processus secuturos.
Vbi enim imperator disciplinam seruat/ miles quoque pariter seruaturus est.
pudebit q; non agere quod a superiore potestate agi uiderit. Sicuti ergo: Nota
si prelati laxius ac licentius uiuant/ subditi quoq; facillime sequentur.
incitati partim superioris exemplo: partim fragilitate ac infirmitate nature:
que procliuis initium semper inferiora aquarum more petit. ac non
sine difficultate adiumentum celsa pergit: idq; et maxime cum fuerit
assuefacta uitijs. Oramus atq; ita obsecramus in domino yhu: ut ea

que ad nostre religionis reformationem incrementumque bonorum morum ac felices uirtutum successus pertinent: quem ad hoc conuenistis: ea omnia instituere atque innouare dignemini. Habet nostra religio constitutiones preclaras atque laudabiles, atque ita ut addendum eis nihil uideatur. modo ea seruentur que constituta sunt. Nolite quesumus rei difficultate terreri. non enim ut ait sanctus legifer noster uirtutis uia nisi angustis initijs est incoanda: Ceterum ea profectu perpetuo dilatatur & leto post modum corde atque inenarrabili dulcedine curritur uia mandatorum dei. Voluantur animo premia illa celestia & immortalis uite remuneratio: statimque difficultas omnis euanescet. Erunt suauissima que difficillima ante uidebantur: & que putabantur impossibilia: facillima re ipsa apparebunt. Habet enim conscientia recte factorum gaudium intimum iuge: inextimabileque letitiam ut qui uirtuti operam dant: hic quoque longius: beatius atque iocundius uiuant: quam qui uoluptatibus subijciuntur ac uitijs. Illi enim spe sue & future felicitatis expectatione beati sunt. isti autem iam hic inferni tenebris & flagello male conscientie, miserrimi atque infelicissimi exagitantur undique & affliguntur & nusquam ualent requiescere. Ista nos amantissimi, ac uenerabiles patres non docendi studio: satis enim hec melius etiam fortasse quam nos: sed religionis zelo ac pietatis affectu suggessimus uobis. Speramus enim & confidimus in domino uos ea facturos que sint ad laudem domini & ad nostre religionis augmentum. Deus autem omnipotens dirigat corda uestra: ut unanimes uno spiritu: uno ore: diuino spiritui consentientes in regnum eternum cum sanctis omnibus qui ab initio deo placere meruerunt adscribi mereamini. Valete in domino. Florentie xv octobris. 1432.

2 Frater ambrosius sancte camaldulensis heremi prior & totius ordinis ipsius generalis pater: Omnibus & singulis religionis nostre prelatis: ac monachis conuersis: uel oblatis: diuinam professis seruitutem: salutem in domino &

letos in dei ope cum benedictione successus. Ex alto quietis sinu agentibus peccatis nostris abstracti: atque ad custodiendam vineam summi patris familias ipsius utique nutu constituti: sine cuius voluntate nec folium arboris cadit in terram eo maiore terrore constringimur. quo et imbecillitatem nostram et oneris magnitudinem: et incumbentia pericula cogitamus. Si enim quisque sane mentis homo conabitur metuit: nec pro se ipso digne deo rationem reddere in extremo possit examine sine nemo securus esse debet potest: tot omni ex parte periculis obiectus: tot pulsatus bellis: tot impeditus insidiis, quid nos nisi dicturi: quid facturi sumus: qui ex colendam et custodiendam vineam istam, quam exterminavit aper de silua, et singularis ille ferus depastus est, qui tamquam leo rugiens et aliquem devorare cupiens circuit instituti sumus cum de nobis id verissime ac rectissime possimus profiteri quod in canticis canticorum scribitur. Posuerunt me custodem in vineis, vineam meam non custodivi. Sumus etiam infirmitatis nostre admodum conscii: possumusque longe facilius quid nobis mali adsit: quam quid boni desit exponere. Quid igitur agendum est nobis tot difficultatibus pressis, nisi ex intimo ingemiscendum et cum propheta dicendum domino. Deus virtutum convertere et respice de celo, et vide et visita vineam istam, et perfice eam quam tua plantavit dextera. An non dextera domini plantata est religionis nostre vinea: in qua tam multi sancti viri: veluti botri letissimi ac speciosissimi sunt orti: qui se ipsos gratum deo sacrificium per contusionem carnis, et dulci salutis perceptione obtulerunt. Non ne vinee istius decor ferme omnis extinctus est: quam vix pauci in religione nostra supersunt qui quod gementes dicimus, velint sanctorum patrum inhereendo vestigiis regularis observantie decus emulari: sueque salutis caute solliciti: aliis quod ut queunt prebere virtutis exempla. Certe enim fervor ille sanctorum, ignisque divinus quem dominus yhesus mittere venit in terras, me missum, ita abolevit: ut in tempore noxiu

omnino conuersus uideatur: dum singuli carni sue uehementer
affixi: terreque prorsus inherentes: que sua sunt querunt: et solis car-
nis uoluptatibus cogitationibusque pascuntur. Contemplamur exal-
ta mentis specula: et cum dolore cernimus siluescere uineam istam:
et pro uuis dulcedine proferre spinarum ingratos ac molestos acu-
leos. Vix paucos aspicimus palmites uuis graues, ex quibus possit
liquor suauissimus exprimi in sacrificium dei. Perpauca namque mo-
nasteria supersunt in religione nostra sacre obseruantie decore conspicua.
Ceteraque huius gratie expertia sicut iustum est, molestissime ferimus.
Quid mirum igitur si ex corde ingemiscimus tanto nos operi: tam
laborioso tam pleno periculis deputatos, cum nulle ad id ferendum
suppetant uires. Precipitur ecce nobis eiusque rei hactenus rudibus
ut hanc uineam diutissime neglectam excolamus, et infructuosos
incidamus palmites: eamque siluis extirpatis ac sentibus: in antiquam
gratiam atque ubertatem et prime sanctitatis faciem transferamus.
In desperationem ferme precipitaremur, nisi opem nobis omnipotentis dei
speraremus adfuturam. Nihil illi impossibile nihil non facile, qui ex
lapidibus suscitat filios habrahe et corda nostra lapidea ad gratiam com-
punctionis emollit. Vos alloquimur dilectissimi fratres, quosque re-
ligionis nostre gremium includit: quorum cura immeritis nobis in-
iungi uoluit diuina dispositio: quorum salus nobis ut debet caris-
sima est: oramus et obsecramus in domino ut hanc pro nobis curam
nostram suscipiatis grato animo, iuuetisque pios conatus nostros bonis operi-
bus uestris. Solet maiorum dignitas atque nobilitas posteris incita-
mentum esse uirtutis et laudis. Inspiciamus dilectissimi primordia
nostra: maioresque nostros, et tante rei principes attendamus: pudebit
non imitari tam preclaros duces: quorum gloria per uniuersum orbem
celebratur. Duces nostri et huius militie principes apostoli primum, ac
sub apostolis multi fuere: de quibus scribitur. Multitudinis autem cre-
dentium erat cor unum et anima una in domino: nec quisquam eorum que

possidebat suum esse dicebat. Sed erant illis omnia communia: dividebatur autem singulis prout cuique opus erat et cetera. Quibus verbis quis non videat cenobiticam disciplinam institui. Hos subsecuti Antonius Hylarion. Pachomius: Basilius. Benedictus regularem tramitem inscriptis reliquerunt. Nobilitavere deinde professionem nostram. Romualdus beatissimus pater Bernardus, item et alii qui omnes innumeros habuerunt sue sanctitatis emulos. Et ut obmittamus alia quanta fuerit dudum nostri ordinis gloria: quam celebris fama: que vite mundicia: quis sanctimonie nitor: inditia sunt privilegia romanorum pontificum: atque imperatorum: partim religioni universe: partim monasteriis singulis indulta: quibus miro amore atque veneratione singulari monasteria prosecuti sunt singula tanquam exactissime sanctitatis domicilia. Testantur item antiquam sanctitatem. admirandamque priorum nostrorum sapientiam: que ab ipsis pro conservatione religionis, saluberrime fuerunt constituta. Resipiscamus tandem carissimi fratres: et ignavie corporisque somno discusso evigilemus in lucem inspirationum domini. Pudeat tam diu letali sopore iacuisse demersos: apertisque fidei oculis inspiciamus tam multa sanctitatis exempla proposita ad imitandum. Tangat immo penetret corda nostra, preterite negligentie: ac culpe memoria: et incompunctionis gratiam excitemur. Displiceat oramus tanta vite mortalis spatia preter institutionem regularem, ac pro dolor contra salutem nostram transegisse. Convertamur ad dominum ex intimo cordis affectu: et profusis lacrimis illius clementiam exorare studeamus. Et quoniam vi male consuetudinis oppressi, conversionis huius gratiam ex nobis habere non possumus. Oremus cum propheta dicentes. Converte nos domine ad te: et convertemur: innova dies nostros sicut a principio: et cum psalmista item dicamus ex corde. Domine deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus. Levemus ad dominum corda nostra cum manibus: Accipiamus magno animo sacre institutionis normam et ultionem preterite desidie consequamur. Nil erit difficile: nil durum:

nil asperum si corda nra gra compunctionis incenderit spinasq; cupiditatum uirtutis amore consumpsit. Erunt iam omnia leuia plana facilia: sola q; horrebit uitiorum facies & blanda uoluptatis illecebra, nec e sane q; impossibilitatem possimus obtendere. Non e abbreuiata manus dni ut saluare non possit. Quod exhibuit scis illis uiris, quos miramur, & nobis pot exhibere. si fides adsit absitq; negligentia. Non ignoramus fres hiis qui alr sunt instituti: nec ullam compunctionis hauserunt gratiam ista uideri difficilia. Ceterum quid ipi faciamus, quibus credita dispensatio e: & dequorum manibus requiritur sanguis anime pereuntis. Argue inqt apostolus, obsecra increpa inomni patientia & doctrina. Hanc nobis propositam formam libenter amplectimur quantum deus uiuerit imitari contendimus. Verum id nos perturbat plurimum: quod parum hactenus aut uerbo aut exo profecisse uidemur. Eadem omnes licentia pellicata defluunt: eadem inuestitu solutio. Plerique enim absq; cucullis laxas clamides & omni ex parte aptas circum ferunt. Ipsa capitis tegmina modum honestatis excedunt. Vestis q; omnis ad compositionem q ad frugalem usum accomodatior. Fractus multorum ac siluagius notatur incessus. Abstinentia carniu a regula indicta a paucis seruatur. Ieiuniorum item regularium apud plerosq; nulla fit mentio. Quid de interiore loquar amictu. Lineis camisiis qui non utantur uix paucos inuenies. Nudi fere omnes & in mollissimis culcitris dormiunt: nullaq; int seculares homines & xristi militiam professos differentia est: imo seculares ipsos & diuites luxu & delitiis uincimus. Iam q; impletur innobis profeticum illud eloquium. Sit populus sit sacerdos. Nulla enim a secularibus hoibus bonorum operum actione distinguimur. Nulla hos uirtutum prerogatiua transcendimus: imo qd maioris e damnationis & labis: ab his ipis omni facilitate bone uite meritis superamur. Abbates ipi ac prelati religionis arce plerisq; subditis et moribus solutioris ac delicatioris uite ex sunt. & quos ad pietatis studia excitare debuerat

atq; ad uirtutum ardua promouere certamina: sed ĩima uolupta
tum maleuiuendo deducunt. Alij monachis non ut fratribȝ, sed ut
famulis utuntur: seq; non pres. sed dños exhibent: contra omnem re
ligionis normam: tanq̃ plane monia sua hereditario ad se iure
peruenerint, monachos q; quos uolunt et dum uolunt abijciunt
inrequisito superioris nutu. Quid de ceteris cerimonijs regularibȝ
loquimur: quarum apud plurimos uestigia nulla supersunt. Quid
de proposito castitatis, et uoto prorsus angelico? Aspicimus etenĩ nõ
nullos id pessum omnino dedisse: membra q; dicata deo nepha
ria collusione uiolare. Ingemiscimus atq; merore contabescimꝰ
tanto nr̃o dedecore, tanto fratrum filiorum q; nr̃orum scelere
offensi: tam inmani perditionis illorum uulnere sauciati: nec tñ
miramur: nõ enim fas ẽ uentri et gulture deditos pista nõ dif
fluere. Quippe uentre distento delicatioribȝ cibis. et ea que sub
uentre sunt, quod suũ ẽ, protinus exequuntur. Expergiscamur
iam tandem dilectissimi, et resipiscamus et conuertamur ad dñz.
Paratus ẽ pijssimus pr̃ festiuitatis conuiuij ad se redeuntes excipe
nobisq; reuertentibȝ iam iam cupit occurrere, admisse q; innocẽ
tie stolam elargiri. suo q; anulo fidem nr̃az subornare. Nr̃az
nobis uindicemus dignitatem, atq; inter filios dei computari stu
deamus. Minima sunt que impendimus comparatione inextima
bilis pmij iuxta pauli sn̄iam. Existimo enim inqt q nõ sunt
condigne passiones hꝰ temporis ad futuram gl̃iam que reuelabit
in nobis. Erectos in celum oculos: nullis pariam mulcentibus
atq; fallentibȝ in humum uoluptatibȝ deprimi. Sit nobis pcomp
aratione pulchritudinis intime fedum omne quod cernit̃: soloq;
in deo mens nr̃a acquiescat. Debemus iuxta iohis baptiste sn̄iaz
dignos fructus penitentie facere, ut qui nos p illicita defluxisse
conspicimus alicitis q; abstineamus. Hec ista exhortandi atq;
admonendi studio diximus. Multum certe consolationis capiezꝰ.

si uestros animos huiusmodi adhortationibus cedere, atque ad meliorem frugem euadere uiderimus. Ceterum si absque compunctionis sensu persisteritis, conuerti quoque ad meliora renueritis: nos quod offitii nostri esse intelligimus exequi conabimur quantum ipse permisit: qui nos ad hoc ministerium proueheri uoluit. Cupimus quidem blanda potius adhortatione quam seueriore censura rem gerere. Sed siqui perstare in malitia sua maluerint, nec nostris monitis cedere: scientes scriptum esse. Compelle intrare. auctoritatem quoque ubi opus erit exercere. Neque enim nostra sunt que percipimus: et seruanda proponimus. Sed ante nos a beato patre nostro benedicto primum: deinde et constitutionibus nostris in scriptis tradita: et postremo in generali capitulo: burgi ac deinde Britonorii celebrato renouata: ut puta de honestate morum atque habitus: de obseruantia regulari de carnibus non comedendis: de camisiis lineis non ferendis et ceteris que pertinent ad honestatem uite: et que superius diu neglecta esse dolemus. Statutum preterea factum de quibusdam festiuitatibus celebrandis modis omnibus obseruari uolumus: ut uidelicet de sancto ignatio episcopo et martyre xii. lectiones fiant: de sanctis cleto et lino iii. lectiones. De sancta anna xii. lectiones: de sancto Alexio iii. lectiones. et de uisitatione beate marie solemnitas plenissima, absque octaua fiat. Preterea sequens generale capitulum: quod deinceps de triennio in triennium est celebrandum fiat in nostro monasterio fontisboni, ad quod prelati omnes conueniant, sub pena in postremo nostro capitulo constituta: ut ibi possint necessaria queque tractari: pro reformatione religionis nostre, et conseruatione obseruantie regularis, ut fiat congregatio nostra in laudem dei, et sancte religionis augumentum Cetera nos in uisitatione proxime deo facienda docebimus Interim has nostras patentes litteras manu propria scriptas et sigilli nostri impressione munitas uobis quoque per ordinem censuimus dirigendas quarum postquam supscriptam copiam legeritis prelatorum reddetis. Dat.

in nostro mon^o fontisbonj viii. kl. ap^lis M. cccc. xxxiij Indictione xj^a

Frater Ambrosius sc̄e. ca. heremi prior & totius ordinis ip^i^9 Generalis. Venerabilib^9 fr̄ib^9 nr̄is, abbatib^9 p̄orib^9: & c̄etis ordinis nr̄i p̄latis salutem in dn̄o & felices iuxta interioris hōis uota successus: Ex offitij nr̄i debito admonemur, s̄m eq̄tatem & iustitię normam cuiq^3 s̄uare ius suum, & elaborare uirib^9 omnibus: ut ordo laudabilis a sanctis p̄rib^9 institutus: integer inuiolatusq^3 s̄uetur. Distinxit in ecclesia sua sup̄na pietas ordines: ut scandalorum tolleretur occasio: atq^3 ad hyerusalem celestis imaginē: & iuxta exemplar moysi in monte mō stratum: sacr̄ū fidei domicilium distinctionib^9 uarijs ornauit: ut pontifici romanę sedis: patriarchę atq^3 ordines reliqui p̄riarchis: archiep̄i uel p̄mates: archiep̄is ep̄i: ep̄is sacerdotes: sacerdotib^9 ministri: ac fideles populi subderentur: eaq^3 serie: & c̄onexu: ecclię structura felici incremento: & perpetua firmitate consis̄ter. Ita & in relligionib^9 singulis distributa sunt offitia: ut alij alijs subdantur ordinib^9: Quippe in relligione q^3 nr̄a, cui nos famulos suos prouidentia diuina p̄fecit antiquo(s) instituto: abb̄es ac p̄ores nobis absq^3 ullo medio subditi sunt. abbatib^9 ac p̄orib^9 monachi. & q̄m in relligióne ip̄a plerāq^3 mon̄ia sunt: quę subfraganea seu manualia subse h̄nt. p̄ncipalib^9 illa monijs absq^3 medio debent ēē subiecta. p̄ores q^3 manualium h^9modi suis abbatib^9: seu p̄orib^9 deferre tanq̄ sup̄iorib^9, eorumq^3 sub cura & disciplina ēē: ne ordinis quo c̄elum & terra pulcherrime reguntur uioletur honestas: ac dignitas: & sub confusióne sint omnia. Paterno itaq^3 affectu, ac studio monemus omnes hui^9modi subfraganeos atq^3 hortamur in dn̄o, ut pro conseruando decore domus dei, et uel omnis querelę iustę: seu murmurationis tollat^ur occasio.

supioribus suis abbatibus seu porib; p omnia deferant: eorumq;
uisitationes & correctiones debita cum reuerentia & humili-
tate suscipiant. eisq; in collectarum que necessario uel indicte
uel indicende sunt psolutione respondeant. Ut in omnib; lau-
detur deus: bonusq; xpi odor exordinis constantia pulchri-
tudineq; suata: se ubiq; diffundat. Siqui tamen ex huiusmodi
suffraganeis ac supioribus suis se grauari arbitrabitur: re-
currere poterit semp ad nos/ q; sicuti iustum e inferiores supio-
rib; obedire: ita non debent a supiorib; nisi licita & honesta de-
cerni. Cuius rei examen arbitrio nro iudicioq; pmittitur. Has
aut nras lras sigilli nri munitas impssione: registrari fecim;
ubiq; p ordine disseminandas. Dat in nro mon. fontisboni
vi idus nouembris.

4 F Rater ambrosius por: uenerabili fri nro Franc salutem
in dno & tollerantiam salutarem. Qm ex debito nri offitij
monemur: & ex ipso caritatis iure constringimur aliorum
casibus compati: & pcipue si sint domestici fidei: eisq; qtum
deo inspirante possumus auxilium ferre & pie sollatia opoptu-
na exhibere frnitatis tue notie que nobis uenerabilis fr
Mattheus por celle patefecit libent annuimus & grate que
poscis indulgemus. Venerationi igr tue quam dns nr flagel-
lare clementer instituit morbo duplici egritudinis ac cecitatis
his nris lris pmittimus ut se ad burgum sancti sepulchri
psentialr transferat/ & in propinquorum domo remoretur:
quatunq; uoluerit/ ubi & infirmitatis sollatia comodius submi-
nistrabuntur & uiuere eadem frnitas tua quietius poterit: &
gras deo uberiores psoluere promtensa iure humanitate ma-
iore. Interim uo monij tui curam hat diligentem atq; excred-
ditib; ipi usib; tuis necessaria subministret perceptur; proprio

7

ope & deo mercedem bonam, & a nobis emeritam laudem.
Et hoc etiam de consilio venerabilium fratrum nostrorum heremitarum
fecimus. Sane dulcem fraternitatem tuam rogamus & hortamur in
domino ut illatum tibi divinitus duplicis infirmitatis in gmodum con-
stanter & equanimiter feras, atque inter fragella non modo non mur-
mures, verum persolvas domino gratiarum actiones: qui te in filiorum
numero misericorditer computans hoc flagello percussit. Scimus enim
scriptum. Quis enim est filius quem non corripit pater? & rursus
quem enim diligit deus corripit. Flagellat etiam omnem filium
quem recipit. Gaudere debes potius pater optime, & clementissi-
mo patri gratias agere: certus hoc tibi illatum flagellum vel ade-
mendationem culparum vel adincrementa meritorum pro fu-
turum. Utrumlibet vero equa tibi ratione admittendum fraternitas
tua dubitare non debet: nam & absolvi delictis & gloriam conseq.
equa tibi lance pensandum est. Neque enim iudicabit dominus bis
in idipsum, ut in hoc seculo servis suis flagellum pie correctionis
adhibeat: & in tormenta postmodum abire permittat. Gaudere itaque
& gratulari te convenit pater, & deo nostro gratias agere qui te intra
filiorum numero aggregari dignatus est. Siquid autem opis aut oportu-
ni sollatii conferri tibi per fratrum ministerium potest, tota utere
libertate. Nos enim te diligimus admodum in istisque votis tuis pomina
cupimus obsequi. Vale in domino pater charissime. & manum super te domini
fac grato animo feras. Ex heremo nostra. viii. idus decembris.

F Rater ambrosius sancte Camaldulensis heremi prior. Venerabili fratri nostro Matteo S
Priori celle salutem in domino: & sincere caritatis affectum. Ex
iniuncta nobis pastorali cura monasteriorum omnium & sinou
locorum meis degentium, tam prelatorum quam subditorum salus eter-
na atque temporalis cordi nobis esse debet. Scimus enim exigenda
a nobis in extremo districti examinis die omnium rationem. Cuius
rei consideratio nimio terrore nos excitat: atque super commissum

gregem q̄tum dn̄s largiri dignatur uigilare compellit. Cum igr̄
didicerimus certis referentibꝫ nuntiis Venerabilem frēm nr̄m
abbatem monij sancte trinitatis de monte herculis ordinis nr̄i du
plici incōmodo langoris et cecitatis a dn̄o uisitatum: et tua cari-
tate et studio ac pietate adiutum, necessariis et fomentis susten
tatum, ne p absentiam et infirmitatem eius: cui ut se ad bur-
gum sancti sepulchri transferat licentiam dedimus, monasterium
ipm̄ spiritualibus siue temporalibus detrimenta patiatur dile-
ctioni tue in uirtute sancte caritatis iniūgimus, ut monij ipi⁹
curam habeas diligentem, eiusqꝫ omnia tam temporalia q̄ spiri-
tualia ita disponas ut a deo laudem et ab hominibꝫ promereri pos
sis. Sane uolumus de consilio Venerabiliū fratrum nostrorum
heremitarum nr̄e heremi, ut de redditibꝫ ipi⁹ monij memorato
frī nr̄o abbati necessaria omnia subministres: ita ut nihil illi
inf infirmitatis sue desit incōmoda. Statuentes de ipsorum
fratrum nr̄orum consilio ut post memorati abbis excessum tu
illi in ipi⁹ monij succedas regimine. Idqꝫ ex nunc decernimus
irreuocabiter si uita tibi tunc fuerit comes. Quam tm̄ sn̄iam
nr̄am his tris instam uolumus: ut apud te dum uixerit abbas
ipe secretam habeas, tunc demum effectum habituram cum ille
ex hac uita migrauerit. Vale in dn̄o. Ex heremo nr̄a. viij. idus
decembris.

6 Fr Ambrosius. Anselmo abbi sc̄i theomnesti. S. D. Impositum
humeris nr̄is pastoralis cure onus, ne quid a nobis obmittatur
p desidiam aut imprudentiam quod subditorum uel saluti
uel quieti consulere ulla ratione possit. Verum hanc sar-
cinam tunc demum facilius tolleramus si eam cum fratribꝫ
nr̄is plaris ordinis nr̄i partiamur: et his p̄sertim quorum nobis
fides et caritas atqꝫ religio p̄specta et cognita sit. Itaqꝫ qm̄ ex

mentem nr̄am ppetua cura sollicitat

debito quo astringimur. D. B. antecessorem nrũ ad reddendã administrationis sue rationem cogere: si sponte noluerit a dno nemur, necessaria nobis est diligens inquisitio et indago sollicita omnium que p omne tempus offitij sui ad manus eius puenerunt tam collectarum q̃ munerum; quorum tunc nomine, et de consilio uenerabilium fratrum nrõrum heremitarum discretioni tue p has nras lras hoc onus iniungimus, ut te admonita omnia que sunt in flaminio et piceno agro conferas, ac p singula diligenter inquiras, congruas qꝫ adhibeas probationes quibꝫ ille si negare forte uelit, reuinci facile possit: idqꝫ celeriter: ut calculo dari initium possit. Nostre erit cure ne quid ex his que in hanc rem impenderis pereat tibi. Verum omnia recipias. mercedẽ a dno boni opis consecuturus et obedientie remunerationẽ donad fr̃nitatem tuam Valere in dnõ cupimus carissime nobis. Ex heremo nrã viii. idus decembris.

Bartholomeo Monacho. 7

Ex debito nr̃i offitij astringimur errantes a grege suo oues ad religionis ouile reuocare: nolentesqꝫ ut reuertantur impellẽ. Cum itaqꝫ indicatum fuerit nobis ex certis auctoribꝫ te iam p̃dem dimisso religionis nr̃e quam professus es habitu: huc illucqꝫ uagari in pniciem tuam et religionis nr̃e dedecus nr̃iqꝫ offitij contemptum; statuimus hanc adeo effrenatam libertatem tuam salubriter cohercere. ne male liberum abire p mittentes et tibi eterne mortis auctores simus et nobis negligentie iudiciũ aggeremus. Itaqꝫ tibi in uirtute sancte obedientie et sub excomunicationis pena precipimus ut infra sex dies a receptione p̃ntium te ad nrãꝫ camaldulensem heremum atqꝫ ad nos p̃sentiatr conferas: quorum quidem sex dierum duos primos pro primo, sequentes pro secundo, reliquos pro tertio et

pemptorio termino tibi constituimus. Eis uero elapsis si quod absit mandatis n(ost)ris minime parueris ex nunc pro tribunali sedentes excomunicationis in te s(ente)n(ti)am ferimus: processuri ad penas grauiores (et) ad alia iuris remedia prout tua meruerit inobedientia uel contemptus. Sane q(uod) has l(itte)ras n(ost)ras accepis fidem adhibebimus Ven(erabi)li f(rat)ri n(ost)ro thome p(ri)ori sancti seueri (et) economo mon(asterii) n(ost)ri de agnano: cui ut eas tibi reddat iniuximus. Velis igitur fili obtemperare monitis n(ost)ris, atq(ue) intra prescriptos dies ad nos mature p(er)gere, nihil a nobis passurus mali si obedieris, (et) ad rectum iter redire institueris. In eo (enim) clementia in te q(uam) seuiore censura maluimus, dum tam(en) tu ad rectum callem sponte remeare uolueris. Has aut(em) n(ost)re p(re)ceptionis l(itte)ras ad p(er)petuam rei memoriam in actis n(ost)ris registrari iussimus. Dat(um) in n(ost)ra heremo viij. idus decembris.

8 Comiti puppij

D(omi)no illustri semp(er)q(ue) magnifico Franc(isco). Ambrosius S. P. D. Q(uam) grate q(uam) suauiter affectus sim, ex n(ost)ro illo prolixo familiariq(ue) s(er)mone: explicare digne non possem mi d(omi)ne amantissime. Amplexus quippe sum ex animo illum in me tuu(m), prope singularez affectum: s(er)monis gra(tia)m: oris dignitatem: summa(m) modestiam, (et) comitati grate: coniunctam grauitate admirat(us). Magna mihi uelim credas orta fiducia (est) ad te p(er)scribendi: tecu(m)q(ue) non secus q(uam) cum me ip(s)o colloquendi. Facit enim ut dixi humanitas tua, (et) beniuolentia in me p(ro)pria, ut nihil sit quod mihi de te (et) quidez constanter non pollicear: libent(er) q(ue) admittam occasiones omnis dandi ad te l(itte)ras. Et ne pluribus inmorer ita me accipe d(omi)ne illustris. Teneo q(uod) libere pollicitus sis mihi ut curas omnes meas mihi tecum e(ss)e comunes pene sentiaz. Decime debentur nobis ab omnibus ferme ditionis tue sacerdotibus

id constat ex antiquis privilegiis nostris. Detractant plerique ex his implere debitum suum. Ope tua nobis opus est: ut eis iubeat pia dignatio tua exsolvere que nobis debent. Non ignoro eqdem mi dne hoc iudicium adte non ee deferendum: quippe quod ecclesiastico potius iudicio sit cognoscendum. Sed cum aborta questione fuerit pro nobis a iudicibus lata sntia: pmissione episcopi vel eius vicarii auxilium tue pietatis iure nra poscere possumus. Itaque non tam libenter quam necessario hac iure tuam flagitamus opem. Quod profecto numquam fecissemus: si illi quod erat debiti sui implere voluissent. Commendo dignationi tue negotium qta licet instantia. Franciscum preterea prestantissimum monachum: et egregie religionis atque integritatis vire michique suavitate morum carissimum dum ad me proficisceretur admonui, ut te adiret: meo que nomine et offo salutaret celsitudinem tuam: Quid velim retines. Ecclesiam postulavi: quam ipi franc.° nro ut tibi ad memoriam revocaret imperavi Vale mi amantissime dne. Ex heremo nra. viii. idus decemb.

Bartholomeo Monacho. 9

Quia comperimus te in religionis nre dedecus: et officii nri contemptum, dimisso habitu ordinis huc atque illuc effrenata libertate vagari: neque id solum verum ad cumulum malignitatis inquietare et monachos et colonos monii ipius et iniurias afficere: quasi liber a superioris imperio. Nos ex debito nro cupientes modum imponere tante licentie et iniquitati, tibi sub pena privationis excoicationis et carceris, in virtute sancte obedientie precipiendo mandamus: quatenus infra vi. horas acceptione presentium te ad nram presentiam conferas in nro mon sancte marie in gradibus, facturus quecumque tibi fuerint imparata pro nos et redditurus opum tuorum et actuum rationem. Illius aut preceptionis testimonium per suscepimus a filiis nris iusto et philippo ipius monii monachis

quibus has lr̃as dedimus date pferendas: processuri contra te si
obedire contempseris acriori examine: & seueriore censura. In cui
rei fidem has nr̃as patentes lr̃as manu propria scriptas: & mi
noris nr̃i sigilli impressione munitas registrari iussimus. Dat
aretii in nr̃o mon̄o sancte Marie in gradibus iij idus decembris.

Priori camaldulini de foro liuii

10 Cum mense octobris proxime preterito capitulum generale ordinis
nr̃i brithonorii ageretur inter cetera que ibi salubriter expedita
sunt: ac diffinita. egregius uir franciscus de fano prefectus
brithonorii dn̄o cardinali protectori nr̃o tunc presidenti ac diffi-
nitoribus querimoniam proposuit quod in mon̄o sancti marci de
foro liuij cui ipse est patronus quedam moniales ordinis nr̃i re-
morarentur separatim scilicet in domo quam sibi construxerunt: na
scerentur que idcirco crebro inter illas iurgia contemptionesque
muliebres. Orabat memoratus uir ut moniales ille amouerentur
ex ipso mon̄o atque in alio nr̃i ordinis quod sancti saluatoris mon̄o col
locarentur sublatis que secum omnibus mobilibus suis. Petebant etiam
moniales ille ut secum asportare liceret ipsius a se constructe do
mus ligna tegulasque & queque auferri inde possent. Aliis uisum
esse ut pensionem domus ipsius monij moniales annuam sol
uerent. Ob gratiam tamen memorati uiri diffinitum est ut domum
illam mon̄o liberam integramque dimitterent. & se ad ordinis nr̃i
monasterium quod diximus transferrent. Instat itaque propterea
uir ille magnificus ut executioni mandetur ea capituli generalis
diffinitio tueque uenerationi iniungatur. Nos itaque illius uotis: que
semel admissa sunt libenter annuimus: discretioni que sinceritatis
tue uices nr̃as per hec scripta committimus: ut auctoritate dn̄i
protectoris & diffinitorum capituli generalis & nostra moniales
ipsas dudum monij sancte xpine funditus euersi ac dirupti
ad mon̄o nr̃um sancti saluatoris cum omni supellectile sua cunctisque

mobilibus ex mon° sancti marci ubi modo sunt migrare iube-
as domo integra cum parietibus et tecto derelicta. Nos enim etsi
iniuriam ordini fieri non ignoramus. nolumus tamen contra sta-
tuta capituli quippiam agere. Imo eis intendimus parere propterea
Valeat in domino dulcis fraternitas tua. Ex nostro mon° fontisboni
ii. kl. ianuarii.

Francisco prefecto. 11

Accepi uir magnifice nobilitatis tue litteras. quibus oras ut expe-
ditionem diffinitionis facte in capitulo generali nuprime apud nos
celebrato Venerabili viro domino Antonio de penterolis iniungam. Et quoniam
officii nostri est iusta postulantes audire, non distulimus exequi quod
a nobilitate tua petebatur. Sed in primis iudicium aliquale ordinis nostri cui
indigne licet deo disponente presidemus. Unum tantum est in quo
uota nostra dissentiunt. Nos enim memorati antonii notitiam non
habemus, et siue sit alterius religionis: iniuria fieret ordini nostro,
negotia nostra alterius ordinis uiro si permitterentur. siue sit simplex
nostri ordinis monachus, turpe itidem, atque indecorum esset prelatis
obmissis rem tanti ponderis monacho cuicunque committere. Utcumque
igitur ita demum bene conuenire uisum est, si prelato nostri or-
dinis res tanta iniungatur. Itaque uenerabili fratri nostro petri ca-
malduleni de foro liuiis uiro utique graui ac probate religionis
uices nostras omnis in hac executione commisimus. cum litteras ad eum
dirigere studii erit excellentie tue. Si qua pro nos fieri uelit
nobilitas tua grato animo uotis tuis honestis dumtaxat mo-
rem gerere cupimus. Valere te bene optamus Vir magni-
fice. Ex nostro mon° fontisboni. ii. kl. ianuarii. 12

Domino Abbati sancti Michaelis.

Iniuncta nobis cura regiminis, mentem perpetuis cogitationibus
pulsat, neque sinit conquiescere. Scimus enim quam graue onus
subiuimus et quam moleste sarcine subiecimus humeros nostros im-
becilles. Accepimus enim regendum atque in melius reparandum

collapsum ferme ordinem nostrum. Quod quanti laboris quantique difficultatis sit: nullus nisi rationis ignarus nescit. Debitores facti sumus sapientibus et insipientibus, omniumque religiosorum nec hominum et prelatorum et subditorum ratio a nobis exigenda est. Sub tanto igitur et tam duro fasce constituti ingemiscimus nec libere valemus respirare: assidua sollicitudine et anxietate fatigati: auxiliumque a solo deo expectantes: qui contritos corde pios suos misericorditer audire consuevit: adiutor in opportunitatibus, in tribulatione. Inter ceteras autem cogitationes et curas quibus maceramur: precipue nos inquietat reproba prelatorum quorundam vita, qui verbo et exemplo gregem Christi scandalizant, et quos edificare vite merito ac sanctitatis debuerant, perditis moribus evertunt: ac destruunt. Quid inter ista nos facere convenit: nisi alto cordis gemitu pulsare divine pietatis aures ut dexteram suam porrigat, et auxilium de celo sancto suo petentibus ferre dignetur ut iuxta illud prophete: evellere ac destruere primum vitia moresque impios et tum demum iuxta illius sententiam virtutem et sanctimoniam in religione nostra edificare et plantare possimus. Id quantum ipse prestare dignabitur facere intendimus. Pervenit autem ad aures nostras de tua quoque fraternitate turpis fama et prorsus obscena et piis ac religiosis auribus non ferenda: quod tua scilicet ipsa fraternitas immemor propositi religiosi: sacri habitus gravitate et pia significatione contempta sese per flagitia nimium licentiosa libertate diffundat, et sacrata deo membra nepharia colluvione commaculet. Quod quanti sceleris: quantique piaculi sit apostolus admonet et terribiliter intonat dicens. Tollens membrum Christi facis membrum meretricis, et templum dei sanctum est, quod estis vos et illud qui violaverit templum dei disperdet illum deus. Quis non sub tali comminatione contremiscat: nisi qui sensum funditus perdidit, et qui dixit in corde suo non est deus. Fertur

ecce multorum testimonio te impudice vixisse diu, et hactenus
vivere. Sanctimonialium circuire monasteria: et corpora dicata deo
libidini tue prostituere. Id ego si indiscussum relinquo: si dimit-
to impunitum videbor favere turpitudini, nec alic adeo quam sceleris
auctor iudicandus sum. Quid faciam infelix ego, cui tam dura
est indicta necessitas. Si iustitie obsequar: videbor crudelis; si ob-
missa iustitia lenitatem sequar dissoluti rigoris reus ero. Tenebo
medium, et imitabor exemplo domini mei qui non vult mortem pec-
catoris: sed ut convertatur et vivat. Loquar tibi quod sanato
languido dominus meus. Vade amplius noli peccare. ne quid tibi de-
terius contingat. Ignoscam de preteritis: sed ea lege, et intermina-
tione ut passurus non sim denuo delinquentem. Peccata tua
priora si emendaveris in oblivione erunt coram me: si pecca-
re addideris, vetera quoque exigam abs te sub districta sententia, Curet
itaque serenitas tua ita se habere in futurum ut nullus ultra de te ob-
scenus rumor ad nos perferatur. nam diligenti examine perquiremus
omnia, neque iam inultum patiemur. quod fuerit nequiter ab-
s te perpetratum. Plurima et alia indigna nobis de tua serenitate
nuntiata sunt, de vita et conversatione seculari: potius quam reli-
giosa: de ceteris quoque que brevitatis causa obmitto reticemus. Stude vitam
mores quoque corrigere, et videas an anteacte negligentie diluere vel
pas, et ad nos preteritorum criminum veniam promereri tam
declinas inferium: satis sit hactenus male vixisse. saltem quod
reliquum est etatis deo vive, ut eius gratiam consequi possis. id si
feceris te ut patrem diligemus, et quanto poterimus prosequemur
auxilio: debitores quoque tibi erimus semper. Si autem emendare negle-
xeris ultra nequaquam tollerabimus, sed districtionem censure sua-
bimus. Ista tibi fili carissime, ex officii nostri debito, caritate qua di-
ligimus scribenda necessario duximus. Neque enim qui super specu-
lum domini constituti sumus venientem gladium videntes sine pe-
riculo nos tacere possumus, de quorum manibus requiretur sanguis

anime perituris. Preterea significatum e nobis dominu . Io . mo
tuum esse: multosq illius creditores ex bonis defuncti satisfieri
sibi postulare. Abbatem uo moni soluere nolle: et nihil superesse
ex defuncti rebus constanter asserere. Quia pp ne illis querele
iusta detur occasio, fraternitati tue uices nras in hac dumtaxat
parte committimus, ut inquiras diligent siquid ex rebus memo
rati monachi relictum est, et creditoribus solui facias: adid ab
batem ipm impellendo: ne nomen dni blasfemetur et religionis
nre uioletur honestas. Sane caute prouideat prudentia tua
ne forte hi qui creditores se asserunt fallant nos, uelintq alie
na subripe: s inspectis diligenter illorum rationibus siquidem
illis iuste deberi animaduerteris ex defuncti rebus satisfacies. Sin
aut iniuste postulare dephenderis ronabilr confutabis illos, et
ne uelint tollere non sua admonebis. Abbati aut ipi scribimus
ut in manibus tuis ponat omnia: que defunctis fuerunt distribu
enda pte creditoribus. Qui si uel male illi postulant, uel alid
supererit ex rebus et substantia ipius: abbati dabis in usum et uti
litatem monii sui ut ro flagitat impendendum. Vale in dno:
et nos bona tua in melius mutatione letifica. Florentie ex nro
mon° sce marie de angelis viij. idus Ian.

t. Abbati sci . . . .

13 Litteras quorundam creditorum domini iohis monachi monii tui
iam defuncti suscepimus. quibus orant supplicat ne illis quod
iuste debetur denegetur. Asserunt se petisse a fraternitate tua: ut de
bonis ac rebus defuncti illis satisfaciat. Superesse enim tot
illius bona, que sufficiant ad psoluenda debita: s te omnino de
negasse id facere. Nos igr ne iustitia uires suas amittat, et ne cuiq
iusta detur q nos querimonie occasio scripsimus Ven fri nro
abbati sci .m. ut rem istam discutiat: et diligent examinet, cre
ditoribus q de bonis memorati t. satisfaciat. et siquid reliquu est
psolutis debitis fraternitati tue reddat in monii tui utilitate expededu,

Te itaq; fr̃ carissime hortamur in dn̄o: tibiq; p̄ntium tenore p̄cipimus quatꝰ omnem ipsi⁹ defuncti substantiam immediā
profectas, & memorato abbi consignes, ut creditoribus suis
de ea satisfaciat. Plurima q; dētua negligentia, & uita par-
pudica multumq; infami ac turpi innotuisse cognoscē, & que
mererentur grauiū admoꝝ aīaduersione puniri que ad p̄ns re-
ferre obmittimus. Fr̃nitatem itaq; tuam p̄monemus affectu:
ut uel in hac extrema senectute desistas: ac de p̄tito agas peni-
tentiam dignam aliquin contra seuerissime procedemus, nã
deerunt qui nobis actus tuos, moresq; significent. Parce itaq;
anime tue, parce honori ac fame. & uel in hac ultima etate
resipisce. Vale in dn̄o. Ex n̄ro mon° sc̄i bn̄ dicti vij. idus Ian. 14

D. Abbati sancti F.

Assumpti nup̄ ad pastoris offiīn: magnis ac p̄petuis angim̃ curis
dum nos non modo salutis n̄re cogitatio, & cura sollicitat. Sed
omnium in ordine n̄ro degentium & platorum & subditorum
excruciamur excessibus: quorum profecto ratio de manibus requiret
n̄ris. Ac licet utraq; ex parte constringamur: maiore tam̃ dolore
compungimur: cum platos qui correcti esse debuerint: subditis
scandalum ex male uite esse & p̄uersis moribus fuit. Peruenit
aut ad aures n̄ras fr̃nitatem tuam scandalizare plurimos
tum reprobe uite merito: tum ingentis inopie: & inaudite te-
nacie esse. Nam parum pudica dete fama p̄manauit ad nos,
p̄quam excitatur in populo magna seditio: & tanta de misceri
ma parcitate dicitur: ut & referre pudeat & pigeat meminis-
se: adeo ut int̃ ipsa q; missarum solemnia, cera nõ adsit, que
altare illuminet: & reuerentiam faciat sacramento: cum tam̃ mo-
nasterij solemnes redditus nõ desint: p̄cipiat q; prouentus satis
amplos: ex quibus & te ipm̃ & monachos etiam aliquot substen-
tare queas: quorum nullum ut fertur tecum habes. Hec omnia
mentem n̄ram ualde commouerunt: ac nisi tenuissem impetum

.q. l.o

ſententia te iam diſtricte animaduerſionis feriremus: de quo tam feda narrantur. Fraternitatem itaque tuam ſuata manſuetudinis lenitate monemus, ut mutatis in melius moribus corrigas uitam. et eam tenacitatem miſericordiam deponas; et aliquid humanitatis aſſumas. Monaſterii collapſa edificia repares: et monachos uel duos tecum habeas quorum ſtudio et auxilio poſſit diuinus in ecclia cultus congruo honore celebrari. Luminaria ad altaris miniſterium congrua pares ut dedecus preterite parcitatis aboleas. et his quibus hactenus ſcandalum fuiſti: bone uite et mutate in melius conuerſationis exemplo edificationis materiam tribuas. Nihil ultra de tua uita turpe dicatur: nihil quod fidelium mentes ſcandalizet. Iſta ſi feceris iuxta paruitatis monita ueniam de preterito libentiſſime dabimus: imitantes ſummam clementiſſimi patris qui non uult mortem peccatoris: quia te ut fratrem cariſſimum puro diligamus affectu. Sin autem facere neglexeris que iubemus: non ultra tollerabimus errantem: ſed ſeueriſſima te cenſura plectemus. Nolumus enim apud deum rei negligentie eſſe: et diſſolute penitentiam remiſſionem nostram diſcipline: modis quippe omnibus conſulere ſaluti tue et honori religionis nostre ex inſtituto nostro debemus. Velis itaque frater cariſſime tota intentione reſipiſcere et te ad uias rectas omni ſtudio et affectione conuertere: ut et diuinam gratiam pro bona opera et nostram tibi beniuolentiam conciliare poſſis. Vale in domino. Florentie. Ex nostro monasterio xvi. kl. febr.

Angelo priori ſancti Matthie

15 Litteras tue fraternitatis nuper accepi quibus gratularis plurimum iniunctum nobis curae paſtoralis offitium. Facis hoc ut bonus ſeruus domini qui dominico gregi paſtorem ydoneum ut putas datum gaudes. Eſt enim proprium ſuorum fidelium quomodis domini cis atque incrementis letari. Sed ego bonus uir non is ſum qui quomodo ergo ſubdito et nobis credito conſulere nouerim. Sum enim memor mei nec me latet imbecillitas mea et indignitas ſumma. Terre

q. P.o

me nimium profecto pondus ingens impositum humeris nris: eoqz magis: quo me auxilio valde destitutum humano dumtaxat animadverto: nam divinum affuturum confido: etiam pter merita mea. Unica me illa spes recrearet: si vel religionis nre capita platos scilz integro esse animo cernerem. At ne istud quidem solatij relictum est. Plurimos nempe quod magno cum dolore meo loquor invenio q multum abinstituto bone voluntatis abhorreant. Uno itaqz tempore & platorum cura & subditorum me purget & stimulat. Sz longe inquietat magis improba prelatorum vita ignaviaqz damnabilis: qui sal ee debuerant quo inferiorum insipientia cdiretur. Undiqz mihi instant gemitus: nz relinquitur ulla consolatio: solo namqz dedeo pendeo: & exillo auxiliu expeto qui adiutor inoportunitatibz ee consuevit. Te itaqz fr̃e carissime deptor: ut eu te pstes quem debes: pruum scilz vigilem sobrium ac prudentem & fidelem: ptcritqz vite neglegentias diluas: & maculas omnes veteris erroris abstergas. adhec ut indictam tibi penitentiam caste & fideliter impleas moneo affectu quo diligo: naz si neglexeris erit novissimus error peior priore. cogemurqz censure pvare rigorem aduersus fr̃nitatem tuam. Caute igitur obsva: ne q̃ aliquid moliaris. Audio enim te hactenus neglegere: nz pvare claustra que iussus es. Preterea adolescentem illum augustinu monachum atuo aulsum latere non ee inuno scilz exmonij tui moris constitutum fama est. Verum si id nec ne incertus sum. sniam tamen protectoris ac diffinitorum ratam ee omnino intendim⁹ atqz asc̃ritate tua pvare iubemus. Alioquin severitatem iudicij experiere. Illum igitur adulescentem adnos q̃pmum mitte: ut & fame & comodis consulas tuis. Non enim deerit locus ubi illum locare salubriter & cum sua consolatione possimus. Vale indn̄o & circam monij ita exce ut laudem promereri & grãm possis: atqz an̄ omnia monitis nris obtempa. Florentie exnr̃o mon̄ xvi. kl. februarij. Romam craf proficiscimur devoluntate pontificis.

16

Dionisio pori claustrali

Scripsissam pxime adte respondens caritatis tue lr̃is quas tam

modo cum quesissem non inveni. Postea vero legi lrãs tuas: q̃s
ad germanum meum hieronymum scribis. itidemq; ad silvestrũ
frẽm meum / quibus ut lr̃is tuis respondeam oras. Venerabilẽ
frẽm nr̃m abbatem de carceribꝫ institutum an̄ promotione m̃az
visitacium nullis partibus antea significavi tibi. q̃ aut ille nihil
indicavit nobis: mirare magis / nisi se ipe proxime purgasset lr̃is
suis. Ex quo enim discessit a nobis febri iugiter laboravit: vixq;
convaluit. Non dubito fr̃ carissime illum bono animo & sim
plici corde offitium sibi iniunctum executurum. Siquid itaq;
opus ẽ: ut suo ordine cuncta pcedant: ad illum recurratis. Siqd
tatis tue quid statuas q primum certiores facere. Vale in dno
Vir humanissime: nobisqz amantissime. Ex nro mon fontisboni.
xv. kl. decembris.

Victorino

43 Ambrosius Victorino suo Viro humanissimo S. pl. Non fui
ignarus antiquissimi inme amoris tui: & egregie omnino uolu
tatis: ac prid uices te indolere nras: qui dealto quietis sinu in
occupationum infestissimum pelagus: dum nihil eiusmoi cogito
repente iactatus sum. Abuolarunt anobis delitie nre & studia
honestissima quibz innutriti eramus: intercepta penitus sunt.

solaq; supest subqua gemimus negotiorum, utinam uel utilium
sarcina. Sz deflere incommoda nr̄a intempestiue nimium p̄gimus
apud te presertim, a quo auxilium potius in re nr̄a inpresentiarum
postulare decreuimus. Et uide q̄ mihi libere de tua humanitate
pollicear omnia, q̄do q̄dem te inpartem curarum nr̄arum assu-
mere nihil cunctatus sim. Quid ego uelim accipe Victorine
humanissime. Monasterium quoddam religionis nr̄e in agro bo-
noniense prope castrum britonum e sc̄i Michaelis uocabulo in
signe. Id dudum religioni nescio quo pacto subductum molesterq;
a ciuibus plerisq; direptum nouam religionis p̄ferentibus faciem: re-
cuperandi spes oborta est p huiusmodi occasionem. Religiosi illi
laici qui id occupauere, omnes uita functi sunt, uno solo su-
perstite. Is extorris a patria mantue modo remoratur Iacobus
aldibrandus nomine: licentiatus in iuris canonici studiis. q sue
desperatione, siue instinctu bone uoluntatis inductus, monaste-
rium ipm̄ cuidam religioni noue inniungere uoluit. Fratribus scilicet
sancte brigide ea lege ut dum uiuit centum illi aureos annis
singulis persoluant pro uite subsidio adiectis et conditionibus aliis.
Iam fratres illi litteras a romano pontifice impetrauerant exsecu-
tionem legato bononiensi permittentes: cum excitati omnes re-
ligionis nr̄e prelati obstiterunt. religionis nr̄e monasterium ipm̄
ee proclamantes. resq; hactenus pendet. Institui ad unicum illum
amice scribere, q hortari atq; orare, ut religioni a qua molester
extortum e restituere monasterium malit, q̄ alteri subinde con-
nectere. Conditiones item omnes sibi seruare pollicitus, quas a
fratribus illis exegerat. Idq; plurimis ab eo rōibz ab eo optinere credo.
Verum ad eam rem quam certis ee iustissimam multum spō con-
feret auctoritate sua. Virum itaq; illum t forte antea ignotum
nri gratia ut regrati facias oro. litterasq; suas hisce alligatas ei reddas

patrocinium quod cause adsumas equissime atque sanctissime. Nichil ambigo fore ut hominem transferas in sententiam tuam: quando ea oratoria virtute emines ut possis vel inimicissimis et in causa non eque bona persuadere que velis. Quanto magis trahendum et quidem non reluctantem putemus hominem amicum fortassis certe non inimicum: et ab humanitate ut audio non abhorrentem. Adde quod piis conatibus vices deus semper suppetit. Commendo tibi negotium qua licet instantia. Vale in domino amice suavissime: et nos perpetuo dilige. Ex nostro monasterio xv. Kl. decembris.

44. Fantino dandulo legato Bononiensi.

Domino amantissimo patri Fantino Ambrosius. Non possum non egre ferre mi pater quod te perpetuis curis eisque ab instituto et voluntate tua remotissimis in dies cruciari magis intelligo. Conarer aliquod afferre solatium, nisi ipse quoque pari modo macerarer cogitationibus adeo ut sepe tedeat vivere. idque solum aspicere libeat, quod amissum deplorare non cesso. sacrum scilicet otium molestissima successe negocia. Fortiter tamen et constanti animo nobis toleranda sunt omnia, certis a deo nihil nisi iustum, nihil nisi pro salute nostra posse decerni. Si enim sine ipsius nutu nec folium arboris cadit in terram ab eo nos ita exerceri non sine certa ratione, eterne que illius providentie dispositione putabimus. immo certissime noverimus ista nobis vel ad premium: vel ad probationem, vel certe ad purgationem divino nutu obvenisse. Utrumlibet equa nobis lance pensandum est: atque utinam quidem hi simus quos corona donandos per tollerantiam laboris instituerit. Et si ad eam sortem attingere nequaquam meremur non nisi grate admittere certe debemus: vel flagelli loco nos a

piissimo & sapientissimo patre familias ita exerceri. Novit ille imperfectum nostrum: orandusque est nobis omnibus: ne hic nobis parcat: ut postmodum nos indulgentia foveat eterna. Summus namque mundities: immunditia nostra propinquare non potest. nisi prius hoc veluti igne sordes deponamus. & antiquam diluamus illuviem. Perseveret nobiscum pater hic timor: suspectique nobis esse numquam desinamus & in omnibus faciem domini consulamus. ne aberrent iudicia nostra. & cum helya dicere possimus. Vivit dominus in cuius conspectu sum. Sed satis ista pro tempore. Nec enim aut mihi scribere aut tibi legere longius vacat. Commendo cives tue paternitati negotium sancti michaelis prope castrum brittonum quod ad nos pertinere plurimorum decreta pontificum testimonio sunt. Alexandri scilicet tertii & quarti. Eugenii tertii. Pascalis. Anastasii. & ceterorum. Vellem & ipse quantum licet honeste fratribus meis quos diligo ex corde morem gerere. Sed indicta nobis cura regiminis: negligentiam aut gestum non sinit. Plurimis ut id abs te impetrem non utar verbis ne minus confidere videar benivolentie eximioque amori tuo. Antonium de prato veteri celebrem iuris consultum antiqua nobis gratia & familiaritate coniunctum commendo pie dignationi tue. Spat commendationem hanc nostram esse valituram plurimum. Queso ne spe sua frustratum queratur. Fratres nostros monasterium que illud profecto venerabile in quo sum educatus commendo pietati tue. Capparum eis quehendum consueto curare digneris. ne absentiam nostram pluribus ex causis lugere cogantur. Vale mi amantissime domine ac pater. Ex cenobio monasterii fontisboni xv. kl. decembris.

45

d. Iacobo Vicario bononiensis episcopi.

Responderam dignationis tue litteris. quibus graviter venerabile

fratrem meum priorem sancti damiani culpabas: cum profecto
ad me idem frater noster severius veniens conventus mei rationes omnes suas
secum detulit: et se iniuste vexari a tua dignatione conquestus est.
Deprehendi ex instrumentis autenticis, aptisque documentis illum
abs te sine ratione fuisse insimulatum: et pleraque ex his que
scripseras ad me carere fundamento. Novit deus cui soli servire
institui et placere cupio, in neutram partem proniorem fuisse.
immo illum castigasse frustra, reprehensione mordaci. Sed sicuti
congruum est: in suos si deliquerint severum esse: ita rursus iusti-
tie consentaneum ab iniuria illos vindicare: nec permittere ut sine
causa violentur. Itaque allegata pro se circa rationes que perspecte
fregerunt: impetum meum, nec ultra progredi adversus illum
permiserunt. Non approbaret profecto si adesset dominus meus sancte
crucis istam commotionem tuam, inditiumque contra memoratum
fratrem nostrum adversarium. Novi sinceritatem animi illius, quantum
oderit huiusmodi cavillationes in preiudicium et damnationem fra-
trum innocentium presumptas. Nequivi illi interdicere ne appella-
tionem prosequatur, quem iniusta sententia damnatum aptis
inditiis comperi. Parcet mihi benignitas tua propugnatorem iusti-
tie meorum quam oppressorem ex officio meo esse debere non ambigis.
In his que iusta sunt humilitati mee recte et bono animo
parebimus semper. Vale in domino. Ex conventu monasterii xv. kl. decembris.

Bartholomeo Abbati anglarii

46 Mittimus masium conversum meum: ut frumentum nostrum, quod
est apud te recipiat. quia hoc anno rerum vera maxima urgemur
inopia. nec habemus quantum sufficiat: nisi aliunde queramus.
Te oro frater carissime: ut et debitum solvas, et residuum anni
preteriti, eique consignes omnia. et nobis quantum ei tribueris scribas.
Audivimus laurentium monachum tuum abs te discessisse. mi-

ratiq3 sumus cur illud non significaueris nobis, uel sine tu
is ad nos discessit lr̃is. Displicet hec intemperantia fr̃, ꝗ illicita
simul & inhonesta: nõ tamen cuius culpa discessus eius factus sit
satis dinoscere possumus, & remedium immoderate libertati afferre
intendimus. Antoniũ item monachum romam absq3 licentia
nr̃a perexisse miramur ac dolemus. Veremur ne nimia leni
tas nr̃a delinquendi fiat occasio. Seueri ẽe addiscemus. uelim⁹
nolimus. Vale in dño fr̃. Ex nr̃o mon.o fontisboni xiii. kl. decebr.

Paschasio abbati burgen. 47

Ex lr̃is tue dilectionis sum factus certior epm̃ castellanum
contra mon.ij nr̃i iura plura moliri. scripsi iam diu fr̃nitati
tue, quid nam mihi agendum uideretur. & lr̃as ad procurato
rem nr̃m ista constitutum scripseram: abs te ad illum dirigẽdas.
& ad alios itidem. Sciebam enim hominẽ nõ quieturum & si
negligeretur negotium labores omnes nr̃os periturros. Melius tam
ẽ uel sero resipiscere. q̃ secure dormiendo ꝯmittere ut nr̃a
nobis eripiantur iura. Itaq3 fr̃ carissime placet quidem dem
que afferri pot sollicitudinem impendere, & debis et scribẽ q̃bꝫ
iubes. De psona quam mittendam elegisti uereor ne nõ sit
satis constans & minus ydonea ad ista peragenda. Sollicitum
credo fore & quidem usq3 ad importunitatem. ß parum mode
ratum, & obsuandi oportuna tempora ignarum. timendũ q3 ẽ
ne sua ista improbitas & nobis uerecundiam, & cause detrim
tum afferat: sive et fortassis occasum. Prouidendum uidetur
de psona grauiore. & que latine loqui sciat. habeo ad manus
hominem aptissimum ad ista negotia si etas nõ obsistat, quē
fr̃nitati tue arbitror fortassis non ignotum Vgolinũ salz
fauentinum abbatem sancti hyppoliti. q̃ nr̃o affectu cupit
obseq nobis. Verum oportebit ut ei fr̃nitas tua suppeditet

sollatium sumptuum rome remoranti ut dignum est. eum adte protinus mittam cum necessariis litteris: monasterii ipsi nostra vita tuenda sunt. ut deordinis gremio non amittatur. Scribit mihi dominum illum cupere ut episcopatus fiat. Quod si esset non ignoras omnem iurisditionem adimendam nobis. Satis esse debet servare antiqua privilegia inviolata. Maiorum quippe appetentia sepe facit ut minoribus quoque excidamus. Displicent que de iohanne illo adulescentulo scribis. illum scilicet non tenuisse monita nostra / & ingratum de beneficiis dei & nostre benivolentie quam illi supra omnes ostendimus. & ibi: & cum venisset adnos / ut eum admeliorem virtutis frugem provocaremus. Noli frater desistere / nec illum umquam & corripe obmittas / & dignis etiam castigationibus consequi. Ferum est ingiter. ne queso negligas ovem morbidam / que curari christo miserante per tuam diligentiam poterit. Adhibe illi fomenta adhortationum / increpationum / & regularis correptionis austeritatem / Admoue postremo ferrum atque ignem: quo putrida vulnera curari possint: atque ad sanitatem perduci. Ego fortassis his diebus adveniam eumque per me ipsum emendare curabo. De pueris illis salomone ac mauro video quid scribis. dum illuc adero: quod intra paucos dies credo erit omnia bene & recte deo dante disponam. Abbatem bretonoriensem qui modo hic adest de negotio quod scribis alloquar. & ut satisfaciat debito suo admonebo. Caritas optimas a tua fraternitate transmissas libentissime accepimus. & gratias agimus. Vale vitario frater carissime & commissum cure tue gregem fac sollicite observes. ut adveniente domino: qui cuique iuxta opera restituat mercedem boni sui intimore & religioso instituto. Ex nostro monasterio fontisboni .iii. kl decembris.

48 Iohanni delauagna procuratori

L. P.o

Scripsseram dulci mihi semper dignationi tue literas: quibus negotium burgensis monasterij magna intentione commendarem: contra episcopum castellanum occupantem iura nostra tuendum: et modo identidem scribo & oro quanta licet instantia: uti rem nostram & iustissimam causam tuearis. ne patrono destituta, sicut alias contigit patiatur occasum & per negligentiam nostram amittatur. quod a pontifice summo impetratum gratis fuit. ut scilicet post latam extremam a rothomagense cardinali sententiam in pristinum statum restitueretur. Monasterium ipsum & antiquissimum est, & venerabile, dignumque quod fauoribus oportunis prosequaris. Neque modo ipsum monasterium, uerum oppidum quoque integrum, iuxta imperatorum pontificumque romanorum priuilegia ditionis nostre est. Sed hec alterius temporis erant. quod nunc instabit pie dignationi tue, & eximie innate caritati ipsam tam intentissime commendo. Scripturas omnes penes leonardum dathum cancellarium ursini cardinalis reliquimus. ut alias scripsi: & credo tibi esse redditas. Nos undique fluctibus quatimur. procellarumque impetus e proximo exaudimus. & nisi domino imperante tranquillitas cedeat naufragium pertimescimus inguerit. Ecclesie negotia ita succedunt ut flere ubertim libeat. Orandus est dominus ut pacem det rebus: ne aspiciat peccata nostra: dicamus ex corde cum propheta Domine pacem da nobis, omnia enim reddidisti nobis. Vale Karissime Iohannes. ex nostro monasterio fontisboni .iij. kalendas decembris.

Domino Iustino aduocato.

40

Commendo singulari innate amori tuo, siue potius pietati negotium illud monasterij nostri burgensis: quod episcopus castellanus quantum fas omne meo quidem iudicio obpugnat. quantum labefactare conatur iura nostra atque priuilegia. Non ignoras dominum nostrum me instante tam, restituisse in pristinum statum: post extremam latam

a dno rothomagense sententiam/ negotium quod dno meo sancti xisti
permisisse. Scripseram ni fallor alias hac ipsa de re tue beniuolentie
literas: spetialem ad id procuratorem. Iohannem de lauagna
idcirco elegimus tunc quod & celebris nominis sit: & ipsi epo alias
infensus. Ad ipsum quoque in presentiarum scribimus/ orantes ut pro
cinium susceptum ita agat: ut iura nostra inuiolata sint nobis. Confi
dimus quod facturum prompte omnia/ & alacriter. Fratrem hunc no
strum ad uos proficiscentem. huius rei gratia tue caritati maiorem
inmodum commendatum uolo. Cornelium nostrum salutem impertio. Va
le mi in xpo frater carissime & amantissime. ex nostro monasterio fontisboni
iiij. kl. decembris.

Siluestro monacho.

50 Scripsimus ad te ex fauentia de negotio plebis sarne: quid nobis
uideretur: quia ibi fuimus significantes. Nullas postea literas
ad te dedimus. quia reuera nihil occurrebat quod scriberemus.
Iter nostrum scripsimus amantissimo fratri nostro augustino/ cre
dimus per illum innotuisse uobis omnia: quia reuera ea intentione
& protestatione ad eum scribimus: ut nos & patri monasterii & fratribus
omnibus commendet/ quorum precibus adiuuari inter pericula innu
mera/ & spiritalia/ & corporalia speramus firmiter. Amisimus
quidem unicum: quod nobis supererat in hac luce sollatium
& ornamentum: germanum scilicet nostrum hyeronimum. Neque
tamen ideo frigescere debuit uestra in me caritas/ si mihi uices
amoris redditis. Venetias iter compellimur improbitate potius
sancti matthie quam uotum & propositum nostrum/ qui uisitationi
cepte cupiebamus insistere. Sed sic agere necessitas ineuitabilis
urget. Orate ut dns dirigat cor nostrum ad se. ne aberrare
permittat a timore suo. sed sine offensione perducat/ ut quem laboramus
inope suo non sit ocio inanis labor noster. Vale frater dulcissime &

nobis merito dilectissime, nosque patri monasterii et fratribus omnibus commenda. Ex monasterio sancte marie de carceribus. iii. id. ian.

Eidem. Silvestro monacho 51

Legimus perlibenter litteras tuas, quibus amice admones, ne quid de cosmo in alterutram partem loquar, asseris plerosque putare nos eius solummodo visendi gratia venetias concessisse. Gratulamur quidem huic bone voluntati tue et intentioni pie. Sed tamen non sumus Christo miserante tam leves, ut huius rei gratia media hyeme magnis nostris laboribus istas partes petissemus. Nec item tanti facimus amicitias istorum hominum licet sint amicissimi, ut eas honori nostro ac dignitati preferamus. Neque item arbitramur te tam pueriliter sentire de nobis, ut existimes, nos ita desipere. Gravis omnino necessitas impulit, ut huc proficisceremur, quam quia tam notissima vobis est: hic nequaquam replicabimus et deo miserante magna ex parte peregimus quod institueramus. Placuit ista tecum expostulare fili, ut siqui ex vobis sunt qui tam leviter facta nostra diiudicent eis ipse pro nobis satisfacias. atque respondeas hic celebri opinione percrebuit, pontificem summum florentie vel esse iam, vel adfuturum proxime: Id si erit necessario contra institutum nostrum ad vos properabimus nec tamen in illo gravare intendimus vos ut omnis querele penitus iuste tollatur occasio. Orate ut nos dominus adiuvet, qui revera multis undique pressuris agitamur. Commenda nos patri monasterii, et fratribus omnibus. Capparicum fratrinus noster consuetum accedimus mittet a nobis admonitus. Vale in domino. Murianum. iiii. idus februarii.

Gabrieli monacho. 52

Ambrosius Gabrieli dilectissimo filio. salutem in domino. et veros in sancta conversatione profectus. Egi quod a me tanto studio postulasti, et amicissimo meo domino canonico scripsi ut non

q. 8°

dubitem illum vestre voluntatis gesturum morem. Admonebis
patrem tuum ut se ad illum quam primum conferat. Nam litteras ei bene
dictus cognatus noster reddidit. Vale et pro nobis precare dominum yhesum
ut peccatis ignoscat nostris suaque inhabitatione faciat dignos. Fuge
fili sancti desiderii gressibus in anteriora contende. ne referas
pedem, sed cum apostolo, que retro sunt oblitus: et in ea que ante
sunt extentus, sequaris ad bravium superne vocationis, si quando
apprehendas in quo et apprehensus es. Insta fili lectionibus sacris
et cum thimoteo te ad pietatem exerce, semperque pro me ora qui
te ex animo diligo, cupioque perfectum per omnia aspicere. Ex nostro
monasterio sancti petri de luco id. Martij.

53 Benedicto abbati sancti Zenonis.

Quoniam vacante nuper monasterio nostro sancti Bartholomei
de cantiniano luchane diocesis, per assumptionem abbatis ipsius
ad curam monasterii sancti petri de cotis, electioque novi abbatis
ac reformatio ipsius monasterii tamquam manualis et suffraganei
nostri ad nos pleno iure spectare dinoscitur, cum ipsi negotiis
aliis necessariis rebusque impediti illuc accedere ut oporteret ne
quaquam possimus, tibi de cuius fide et religiosa prudentia satis nobis
constat, vices nostras iniungimus ut te ad eam civitatem transferas,
civisque oppidi nostras litteras reddas. Et quoniam scripserunt ad nos orantes
vel sacerdoti seculari cuidam sibi fido et probate vite etatisque
integre monasterium illud conferremus. Nos in preiudicium constitutio
num nostrarum id fieri nequaquam ignorantes, memoratos consules
oramus ut dominum bartholomeum de burgho sancti sepulchri
abbatem illi monasterio patiantur antiquum monachum et alias probatum
ac extra suspitionem omnem. Quem ex nunc dum tamen ipsi
consentiant, quod tua prudentia efficere poterit, nostro nomine
et vice venerabilium fratrum nostrorum heremitarum nobis promissa

abbatem ipi mon° eligimus atq3 damus. Q si forte illi in sen-
tentia psistent: & suum hunc pferentes eligi postulabunt. qz
diutius reluctari hac pcipua tempestate non expedit, nolum9
ante omnia ut fr̃nitas tua deuita & moribz hominis se diligẽt
informet: ac siquidem bone probateq3 uite ẽe compererit habitũ
huic p̃mo nr̃e religionis imponat. & ad professionem admittat.
ac tum demum nr̃a & heremitarũ uice abbatem eligat. ipi q3
monrij bona oĩa illi p inuentarium ɔsignet. confirmationem
postea anobis pceptũco. Admoneat q3 dehonestate religionis nr̃e
ac socium sibi monachum procuret, q illum cerimonias ordinis
doceat, eumq3 psulibz ciuitatis nomine nr̃o ɔmendet. Per
ge itaq3 fr̃ merito carissime nobis, & ita te habe ut nos pte
opatos ẽe demum gratulemur. Vale in dn̄o. florentie. iiii. non.
septembris. 54

Dn̄o Francischo comiti puppij.

Dn̄o amantissimo ac spectatissimo comiti francisco. ambrosius
Accepi suauissimas dignationis tue l̃ras quibz pcatur magnifici
dn̄i nicholai ɔmendas in dominũ bartholomeum dudum ab-
batem anglarij, ut scilz illi conferam monasterium sancti bartho-
lomei de cantiniano. Q tum nõ apud me possit auctoritas
tua, tueq3 in ẽe debuit ut intelligeret ipe magnificus dn̄s.
Itaq3 lz nulla in animo meo tunc ipius eet memoria, eis tñbz
quas magnificentia tua nequaq ignorare pot, institui tñ ut fa
cerem quod monebas. eumq3 si hunc admittere lucenses uolent
ipi9 monasterij abbatem eligi. eamq3 curam, qz ipe illic adesse
coram nequaq poteram uenerabili fr̃i meo abbati sancti zeno
nis iniunxi ut se ad psules ciuitatis cum l̃ris nr̃is quibz eis me
moratum uirum ɔmendamus, transferret, et ipe q̃ ut ẽ soler-
tissimus operetur efficacit9 ut hunc suscipe uelint. Scripsit.

enim ad me, ac proprium nuntium direxerunt orantes ut ipsum monasterium cuidam sacerdoti seculari fidissimo sibi traderemus, satisque uereremur ne in sententia persistant. Quod si erit agente temporis iniquitate reluctari nequaquam poterimus. Quantum tamen in nobis est: tue dignationis & memorati domini precibus sumus obsequuti. Ad imperatorem uero ferrariam iustis rationibus cogimur. Cum redierimus frui presentia tua & optatissimo alloquio studebimus. Vale amantissime domine. Florentie. iiij. non. septembris.

55 Presulibus lucane ciuitatis.

Magnifici ac prestantissimi domini: scripsimus ex bononia excellentie uestre, respondentes litteris & nuntiis uestris nobis a uenerabili uiro d. Nicholao redditis atque expositis. Cui et uerbo sententiam nostram que est de monasterio cantiniani explicauimus: quod scilicet parati essemus quantum fieri posset per nos, uotis uestris more per omnia gerere: si tamen prius alloqueremur gloriam culminis uestri. & que nos moueret aperiremus. Venimus florentiam intentione uisitandi continuo excellentiam uestram: cum repente suborte occupationes uarie & graues, quas postponere nequaquam possemus. hoc nostrum studium, & hanc alacritatem ueniendi obtunderunt. Cum iam nos tandem ad perfectionem pararemus, uno in ipso procinctu ueniendi essemus, ab ipso ferme itineris ingressu auertit nos indicta necessitas imperatorem ferrariam adeundi. Litteris itaque satisfacimus offitio, cum nequiuimus presentia corporali: atque omni affectu gloriam uestram salutantes, id primum indicamus nos ea omnia cupere, que sint uotis uestris grata & consona. Sacerdotemque illum uita integrum, uobis quod fidum & gratum non renuimus. non repudiamus, sed nobiscum amplectimur & amamus. Ceterum cum sint in religione nostra plurimi, qui diutius in ea persteterint. rationabilius uideretur unum ex his id monasterium conferri: q

tamen esset iuxta cor uestrum. Commendatum itaque nobis
nouerit celsitudo uestra tres principum quorundam dominum
bartholomeum deburgho sancti sepulchri antiquum ordinis mo-
nachum, & alios platum, cuius patruus, eiusdem monasterii abbas
dudum fuit. uir magne reuerentie. hunc si placet admittere
gratissimum erit. Sin autem quem multis nobis dare parati sunt.
Et quoniam ipsi monasterio presentes esse non possumus: uices nostras uenerabili
fratri nostro abbati sancti Zenonis depisis iniunximus, ut se ad
uos transferat. & uel hunc uel illum eligat iuxta placitum uestrum
postea a nobis confirmandum. Quem unice commendo celsitudini
uestre. Valete in domino. Florentie. iiij. non. septembris.

Iohanni abbati sancti pauli. 56

Domino amantissimo patri Iohanni Ambrosius. Scripsi ad te proxime
respondens litteris tuis: & quid ipse quoque cuperem addens. Iam
tibi redditas litteras puto. neque ambigo facturum pro uiribus quod
rogaui. Iam uisitationis munus incepimus, nec caret ea re su-
spitione: preterquam quod est laboriosissima & plena molestie. nec desunt
qui nobis minas intentent. Sed dominus adiutor est. Relationes fa-
cere intendimus ex nostro instituto, sed an simul omnes, an sin-
gulatim ut fiet uisitatio, sint facienda satis ambigimus. uo-
luntatem enim pontificis super hoc scire aptius cupimus. Veremur
ne si in unum conspectum omnes simul demus: occupato gra-
uissimis rebus molestias addamus, & de spatio subrepat repa-
rationis: si seorsum singulas & grauiora pertimescimus. Quippe omnino
dominum illi consulere modis omnibus debemus. Fac igitur oro quid illius
in hac re decernat sanctitas, certiores simus. Aliud uisum est
addendum necessario. Summus ipse pontifex officium iniunxit
nobis, abbati scilicet nostro & mihi, septemque canonicis probate sane
industrie & fidei, imponendi clero florentino .v. milia & du-

centos aureos mercatoribus debitos: fecimus libenter quod erat
indictum: cum quidam nulla ratione moti sese gravatos dici
ceperunt. A quibus, cum aptissime ostenderetur non graviter
actum cum illis esse, sed clementer, impatientes ad pontificem
miserunt, nescimus quid postulaturi contra nos & iniurias nostras:
Scribimus pontifici super negotio, ut si forte quicquam peterent non
audiantur. Erit et tue solertie preadmonere pontificem ne
huiusmodi susurriis aures accomodet. Alioquin finis nullus esset
negotio. Vale in domino. Pater carissime & me filiorum tuorum
commenda precibus. Florentie. viii. kl. Ian.

EXPLICIT LIBER. PRIMUS. EPISTOLARUM GENER. AM.
EIUSDEM. LIBER. SECUNDUS. AD AUGUSTINUM.
MONACHUM. FELICITER. INCIPIT.

I Ambrosius Augustino dilectissimo & carissimo filio sal.
Non excidit mihi quod receperim priusquam a nobis proficiscerer flensque
flentem e complexu meo dimitterem. Pollicitus quippe tibi sum
dulcis fili me nequaquam inter occupationes meas, ingentes licet, calamo par-
citurum: si ipse scriberes ad me, quod ut faceres impendio hor-
tatus sum, cum excitationis profectusque tui, tum solatii mei causa:
Gratulorque te ex tuo instituto, imperio et iubentis patris paruisse.
Duas enim abs te simul accepi epistolas, plenas amoris & gratie,
& que te numquam absentem mihi, te semper namque corde circumfero,
presentiorem quam solito facerent. Eas e fasciculo litterarum fratrum atque
ceterorum selectas, ut dulce preciosumque depositum, legendas atque
servandas, una cum suis parenti meo carissimo & amantissimo
filio tradidi: qui notis tuis monitis quam suavissimis, adeo obtem-
perare gestit, ut omnium adversum me officia superare contendat.

q. 2.

& si tua equare numq̄ posse: ingenuo illo pudore suo cofitet̄
Subscripsit eas fr̄ ille tuus, ita enim se vocari cupit. quid dicā
avidius an gratius: tanto certe affectu ut maiore nō posse vi
deretur. croesi q3 opes & sardanapali delicias vicisse arbitrat9
earum: lectione exsaciari hactenus nequit. gratulat9 mirifice
q3 se officio preveneris. Quanq3 ipe sponte sua scripsisset ad te
iamq3 arbitror tibi redditas lr̄as. eis vō ut respondē maturi
p gas, sociūq3 peregrinationis laborū q3 meorum consoleris trīs
tuis: te admonendum. & si rō dissuadet quippe ex te ipo id
absq3 nobis effecisses: impat tam officiū, cui9 illi maxime debi
tor sum. est enim fili vere fr̄ tuus, dignus q3 plane quē toto
affectu meum pariter diligas, ob singulares animi virtutes
ꝑpetuamq3 obsuantiam mei. S3 hactenus de parente nr̄o. cui9
etiam matrem cum venerit ad vos ut alloquaris & recipias
in tuam volo. est enim sancta mulier & que conferri t' plurī
mum possit meritis & precibus. Amor ille immo tuus dulcis fili
summus ac prope singularis, q̄ in tuis ad me litteris eminet plurimū
id de me efficit, ut et obligatiorem dn̄o me penitus sentiam
& meliorem in spem erigar: divine immo largius emanatu
re gratię atq3 pietatis. Scitum ē enim illud dauiticum: deside
rium pauperum exaudivit dn̄s. Porro desiderium ipm, orōēz & te
Scarpi quis nesciat. An vō id constanter dici addam nō am
bigo. Dn̄e an̄ te omne desiderium meu3 & gemit9 meus ad te
non ē absconditus. Eam orōēz tuam fratrumq3 tuoz ac nr̄oru3
in dn̄o filiorum ut fumum suavissimi odoris ascendē pro me
addum quotiens cogito, maiore aīo, melioreq3 constantia labo
res omnes & curarum cumulos tollero. Itaq3 fili si quantum pro

2.

fratris diligis: si pietatem in patrem tuum servas pieculiarem: si in amo
ris restitutus vices ferventiores ad deum preces et ipse funde. et fratres
tuos ut itidem faciant hortare: atque ora. est enim id estuanti in
magnum solatium dulceque refrigerium dum cogito carissimos
meos pro mea integritate preces ad deum fundere. nullaque pertime
scere pericula possum quem filiorum meorum pia vota prose
quuntur et domino instanti devotione commendant. Quod in solatium
absentie nostre auditus quoque nostros accipias, atque complectaris.
et tete honestissimis studiis dedas grecis que ediscendis litteris vaces
gratissime accipio, ut que in melius proficias magis ac magis
exopto, opem meam ubi commode licuerit spondens. Verum
illud ante omnia cupio, ut in dei rebus spiritalique militia in
dies te exerceas magis, curetque simul utrique profectus. Potest enim
utrunque decentissime aptari ut in spiritalibus studiis et in eru
ditione proficias, evadasque indies et in sanctitate provectior
et in eruditione instructior: immo ausim dicere ibi cumulatiorem
doctrine gratiam obfuturam, ubi divina magis habundaverit
gratia. est enim inter dona spiritus sancti. scientia quoque adiuncta pietati
et quam spiritus repleverit mentem eam omnis scientie nitore
collustrat. Vale amantissime fili. hieronymo fratri, et Eu
phrosino: ceterisque carissimis nostris: et imprimis monaste
rii patri: et gregorio salutem dices ex me: utque pro me orent
deprecare. Arretii. ex conventu monasterii sancte Marie in gradibus. xv
Kl. Januarii.

ℓ· 2

In xpi noie amen. Pateat omnibꝫ euidenter has patentes lras inspecturis. q Nos fr Ambrosius scē ca. herem prior et eiusdē ordinis gnālis. tenore pntium facimus constituimus & creamꝰ Religiosum uirum domnū Bndictum francisci depusia monachum sancti seueri depusia ordinis ca. pntem uicariū nrē ecclesię sanctę marię deuallibꝫ pusinę dioc. Committentes ēi curam & administrationem spūaliū & temporaliū pdcę ecclię ita ut possit locare & dislocare omnes & singulas possessiones pdcę ecclię prout sibi uidebitur pro utilitate & comodo pfatę ecclię expedire. Itē ad petendum exigendum / recipiendum & se habuisse & recepisse cfitendum a debitoribꝫ pdcę ecclię omē & totum seu partem eiꝰ quod ipsi ecclię debetur seu debebitur quacunqꝫ decā / pure sub conditione uel in diem / cum scriptura uel sine publica / uel priuata. & de receptis & confessis faciend quę de iure pot gnālis Vicarius uel iconomus q dari bonis ecclię consueuit. Mandantes omnibꝫ & singulis colonis / affictuariis: & partiariis dcę ecclię quatēs ēi tanqꝫ uero & legiptimo administratori bonoꝝ pfatę ecclię deinceps libere debeat respondere / donec a pdcō uicariatu ipm duxerimus reuocādū. In quorum fidem et testimoniū euidens / has nras patentes lras manu propa scriptas & sigilli nri impssione munitas tibi duximus cōcedendas. Datū in nrō mon fontisboni anno dm M. ccc XXXij die XVi mensis nouembris. Indictī. XI.

2 =

2

Eidem Augustino.

Accepi libentissime lras tuas / quibꝫ non respondere uel paucis indignum duxi. ne te putes neglectum a me. Quę circa me sint ex lris quas ad frēm scripsi / credo didicisti: nec ea replicāē opus est. cum omnia quę ad illum scribo. t nō ambigā et tibi:

Simul et animus occupationibus uariis distentus / nō sinit et quidem cupientem tecum fili diutius loqui: Siluestro frī meo carissimo lras proxime scripsi ad omnia ferme rn̄dens / que ut ad me scriberes iussit. Angelus demonte policiano uir egregie humanitatis paucis post diebus se cōferet ad nos / quē ut plenissimo caritatis offō suscipiatis maxime cupio. Est enim amātissimus monij mei: nobisque plurimū necessarius pro hiis que indies emergunt materia tractandis. Admone illum tu quoque ex me / ut contineat se / neqd cupiditatis memoratus uir possit dephendere. Credo pst ipm̄ quod cupitis faciet. Vale dilectissime fili et me tuis pcibꝫ iuua / ut babyllone citius liberer: nobisque restituar. Id enim maximo affectu cupio. ac pro exercito me qtum possum: agoque ut raro suphas adeam fores. Cōmenda me pri monij et fribꝫ omnibꝫ. et imprimis christophoro frī tuo Eusebio Gaspari: et ceteris. Vincentiū corripe et admone ex me / ne det leuitati et incōstantie manus. Vale denuo ex urbe xiiij. kl. Martij.

Eidem. Augustino.

Ambrosius Augustino dil.mo filio Salutem indnō et ueros sēp ad digniora successus. Cupio et ipe fili / quod postularis ātiude sponte exhibere. ut scilꝫ nos una mecum de obitu uenerādae memorie hieronymi suauissimi fris mei consolari pgam. Sed acerbus dolor hactenus et curarum multiplicium moles / quibꝫ ī pōtunissime uexor / animum ita obtundit / ut cōi desiderio ī patribꝫ uotis satisfacere ōīo non detur. Expectandum itaque dum aliquid ocij serenioris arrideat / quo possim et offō meo et uris studijs obsequi. Id tantum impñiarum dixerim / mente meaque

L. 2.

nihil solatij: nihil consolationis admittere: ac recrudescente do
lore ppetuis indies angoribus fatigari. Nam post eum merore
quem sci fris dormitio ingessit adeo tristis rerum omnium facies
agit. infelicem, ut vita ipa sit tedio. Sz ista modo fili auribus
inculcanda nõ sunt, ne pro consolatione postulata mestitiam
magis videar adiecisse. Quid q fili: cui estus animi mei iam pa
dere et explicare pgam, orbatus tam dulci pignore, in que re
fundere curas omnes et cogitationes meas gsueveram, nisi t.
ut qui solz amoris semp in partem accessisti, nunc et curas
sis socius. verum hactenus ista: Redeunte ad nos clemte
adijcitur merori nro fomes, adeo ut si dispositu ad id aiuz
eius invenissem, continuo illum remisissem, ne frigescerez
in quibusdam ex nobis et quidem pncipalibus caritatem: aiuzq
in nos parum gratum, magis irritasse atq ad deteriore pro
uocasse viderer. Sz adsumas oportet fili uirilem gstantiam
metuimoqz toleres eorum impudentiam qui dedignanti sem
tillam amoris in me uci. immo uerius caritatis flamam
nõ ee in omniu cordibus extinctam: ut solz se cu vita nos ode
rint, nomenqz nrz nisi cum stomacho audire nõ possint.
Parcat illis deus, imo illoz cordis aspice dignetur oculos, ut
videant q deformes ac tetri sint, suamqz tandem exhorreat
feditatem, et resipiscant ab errore. Ferimus ista magno cu
dolore nro. dum et ab his quos diligimus, hanc nobis amoris
uicem restitui cernimus. et eos ipos flere compellimur qui p
pcipitia gradiunt erroris. Ista tamen fili tenebis apud te.
nz usq efferes, imo gtum inte e, eniteere, ut filij nri in sua
puritate psistant, neqz isti moi gqz penitus adiuetere queat.

Scribit mihi Siluester fr̃ meus: & tu itidem scribis, promissũ mihi fuisse clementem apr̃e moniȷ: sed ita promissus est: quod exei⁹ ore pcepi: ut malim nꝫ illum postulasse nꝫ abeo fuisse promissum. Dissimulabo tamen interim qꝛ sic opus est: & rerum omniũ qrq; uicissitudo erit. Piget fili calicem amaritudinis ppi tiasse tibi, qui lactis dulcedinem instillare consueuerã, ac destruere quod edificaueram. Sꝫ ut dixi constantiam op̃ot: uirilem adsumas & metum miurias meas dissimulare imo et contemnẽ assuescas. Vale indnõ. et fictilia uascula candida fr̃i angelo ut nr̃o emat nomine dicito. Non tam ea ꝑus tollat q̃ ꝑtium illorum significes nobis ut id mittẽ ꝗtinuo possimus. Atramenti nihil supest nobis: & cupim⁹ uel breue ipi⁹ uasculum adnos mitti. Filios nr̃os karissimos & amantissimos. Euphrosinũ. Michaelem. Filippum. Gasparem: & ceťos affectu & nomine meo salutabis: quib; tamen ut dixi ista nõ pandes, ne illorum ledatur puritas, quam augeri indies cupiꝫ. Vale demũ. Exnr̃o mon⁹ fontisboni xii. kl. nouembris.

Eidem Augustino

4. Ambrosius Augustino dilectissimo filio suo salutem. Redeũtem adnos & affectu suo & hortatu nr̃o, Vincentiũ, nolui sine meis uel breuib; adte lr̃is mittẽ: quib; & si nõ aliud quod scribẽꝫ aderat: pter antiquũ merorem & ingratas nr̃i doloris causas: tñ uel id significarem, quod circa me agit᷑. Nos adhuc uariȷs urgentib; causis hic sum⁹: paucis post dieb; ut spam⁹ profecturi ut cepte uisitationi insistam⁹ corpore uegeti & integri: sꝫ aĩo profecto egri & curis mãcidi. ora ut nobis dñs cõstantiaꝫ tñuat & uirtutem obsistendi sathane & actib; ac membris illius: ne

denobis

de nobis triumphare possit livor. Commendo tibi fratrem istum, ut eum patrimonii ipse quoque commendes: Ad quem huius rei gratia litteras dedi. Credimus enim pericula que passus est, ipsi materiam firmitatis ac roboris fore. Vale in domino fili dulcissime. et filiis nostris fratribus tuis: Michaeli: euphrosino: et ante omnes seni gregorio nostro me commenda: Ceteris quoque carissimis nostris. hieronymi sanctissimi fratris memoria, ne queso vobis excidat. sit quoque illius ymago speculum vite cui innitamini, et quam imitari omni studio contendatis. Ex nostro monasterio fontisboni VI. kl. nouembris.

Eidem Augustino

5 Ambrosius augustino, dilectissimo filio sal. et letos in dei ope et sacra servitute successus. Vix possum dulcis fili non fateri quod amorem illum in me tuum, ferme intepuisse ac refrixisse potius sentio. Neque enim vel suffragia precum tuarum experior ut consuevi: dum agentibus peccatis meis deum offendo iugiter. et coram divine maiestatis oculis, anime mee spes contabescit. Idem quod ferme contingit, ac si in profundo labentem sustineat nemo. Lapsoque nullius adminiculum suffragetur. Magnis in dies exerceor curis, multiplici quoque quatior variarum rerum et cogitationum procella, atque ita sepe totus ad exteriora diffundor: ut obliviscar intime consolationis et pacis. Solent preces vestre fili ulnarum et manuum in morem ab hisce curis retrahere infirmam mentem: atque in aliquo pacis et quietis placidissimum litus dum nescio repente subducere, Sed me miserum, fervor ille caritatis in me vestre iam ut vereor, ne abundaverit: et quod sum absens corpore animus a me vestrum abesse incepit, cum certe vos omnes, et te potissimum fili dulcissime semper mente et cogitatione circumferam. Facite oro, ut fructum orationum pro me vestrarum experiar: sentiam vestris meritis spiritum bonum

spm rectum / spm sanctum / nris inuisceribz innouari: atqz
ita inter scandala presentis uite incedere: ut nusq̄ offendā
ne proyciar longe afacie dni: efficiarqz ut Cayn: profugus
& tremens nz unq̄ consistens. Est enim inquietum cor meũ
donec indeo nr̄o requiescat. Age itaqz fili carissime & aman
tissime resume uires antique caritatis & fluctuante p̄rē
substenta p̄cibus tuis. fungere uota: & his p̄cipue diebus
qui accomodatissimi sunt intime consolationi. Int̄ festiua
gaudia ur̄a & alleluya solemne n̄ri mementote. Vale fili
dulcissime / & nr̄os omnes affectu nr̄o uisceribz qz saluta.
Euphrosinũ: philippum. Gasparem / & alios omnes gregoriũ
p̄rem / fr̄em qz hieronymum. Ex nr̄o mon° fontisboni .v. id. apl.

Eidem. Augustino

6 Ambrosius Augustino dilmo filio sal. indno: & perpetue pacis
ac dilectionis affectum. Accepi proxime lr̄as tuas / quibz amo
rem erga me tuum nequaq̄ refrixisse / sed integerrimũ dura
re significas. Absentiamqz meam fomenta potius pro pectori ca
ritatis suggerere q̄ defectus cām ee. Placet id fili / nz alr ipe fieri
posse suspicabar: Sz ea amantium nā ē / ut hac significatione
dilectionis nō possint nō suauit affici / moleste qz diuturnũ sile
tium ferant. Expectas ut quid sentiam scribam depma cele
bratione misse ur̄e. Scripsi dehac re hyeronymo fr̄i simul
meo. & adte nunc itidem scribo fili car.me Mihi qdem uoti res
fuiss& adesse coram pro consolatione comuni & mea & ur̄a: Sed
que maxime urgent omittenda idcirco nō sunt. Ego klis sep
tembris ut spo hic adero / atqz hinc uisitandi gr̄a proficiscar
aduos: prius enim possibile nequaq̄ est. Si absqz p̄ris & Cong
gationis scandalo differre / & adid temp° licet: facite: sin min9

pcī obtempare. Adero spū / si corpore pñs ēē nō poto: Illud tam̄
oro ut memineritis mei ad altare dm̄. Vellem honestiorem lr̄az
faciem dum scribis niteris exprimere / quel nrāz imitari stu
deres / ul̄ alterius doctioris manum: ut bene ac pure drā grā
tiores ēēe emendarent. Saluta euphrosinū frēm tuū filium
meum / & reliquos itidem meos. ex nrō monrō fontisboni. iiij. kl̄. marcias.

Eidem: Augustino

Ambrosius augustino dilmo filio suo. Sal. in dnō & letos in dei
ope cum bndictione successus. Mouimus nrō monrō fontisboni
viij. idus nouembris ut magrum flaminiū ueniremus / trās
missis qz uix tandem sumo labore alpiū iugis / fere iā admōn
insulanum ueneramus. Verum anq̄ illuc ptingeremus. quo
nam piculo temptati fuerimus accipe fili dulcissime: ut maiore
deinceps constantia pro nobis dnm pceris. In omnia cū nōs qdē
decliuia lenia / s; abrupta pcipitia an ipōs fere moniz fores
imminet enim illi mōs pruptus / alto exlatē xpō duce euicissem⁹
occurrunt duo amnes fere e diuerso uenientes. Amboqz traiciendi
erant. Intumuerant hi ppetuis & solutum pluuijs. ex his ubi
altum transiceramus / duces nri pedites / reliquū diffisi posse tra
iicere / arduū ac flexuosum tramitem ingressi (pons petebatur)
equites ut sequeremur hortati sunt. Tum nōs plusq̄ umq̄ alias
territi sumus / adeo ut nos ferme aīus liquerit consideratione
piculi. Quatuor equites angustum & tortuosum atqz ardui
callem subinnicem scandebamus. Effecerat pluuia ut ascensus
ille arcille spem pberet. Lubricusqz immodice / iumenta qz ipa
pterreret. nz nisi stimulata calcaribꝫ / quod reliquū erat asce
sus pagere possent. Sz quid ageremus: quos met⁹ ferme exa
nimasset / nz iumentis descendere anguste fauces sinebant. &
erat plenum piculis sicut impediti ut ipi eram⁹. Lubricū illud

iter: uel pedibus scandere quod uix capree egissent: nec redire
inde moueremus ut contra fluminis impetum conaremur ille
ipse angustie permittebant. Tandem miserante deo mutuo adhortati
nobis que innitentibus patribus: angusta illa superauimus: iumentis ute
optimis freti fateor fili: numquam timuimus magis: nec nos modo:
uerum omnes quibus id postea compertum fuit: mirati sunt nos
euasisse periculum. Postridie galeata uenimus ubi accepti cum
honore et gratia sequenti die richoum: inde ad forum liuij
4. idus peruenimus. Visitare continuo studuimus Thomam
episcopum gubernatorem ciuitatis quem offenderamus adequantem
muro et inferiora queque munimenta studiose curantem
Suscepti ab eo magna cum gratia et caritate sumus. Inde mo
nasterium sancti saluatoris uisitare perreximus in quo due de ui
ginti ancille dei commorantur: ibique plusquam arbitrati eramus reli
gionis et honestioris instituti deprehendentes / deo gratias egimus.
Proficisci hinc post biduum aut triduum deo duce cogitamus
et fauentiam / ceteraque quoque situ licebit petituri. Placuit
ista fili significare tibi / ut et ipse pro nobis ardentius ores / et nos
filijs meis fratribus tuis intentius commendes / quos omnes mecum ubique
circumfero et salutari per te uolo: Commenda me patri monasterij
Gregorium senem bone. Michaelem: euphrosinum. Gasparem
et reliquos officio meo et affectu amplexaberis: eos quoque ut hierony
mi sanctis perpetuo meminerint admonebis / cuius nobis memoria et
cruciatum indies parit. tanto solatio / tam fido amico presidioque
tam firmo destitutis. Vale fili dulcissime et parentis quoque dul
cis filij nostri fac memoriam prosequaris uotis. Salutant te
qui mecum sunt / et precipue clemens fidelis peregrinationis nostre
comes. E foro liuij xviij. kl. decembris.

Eidem. Augustino

Scripseram ad te quanto ex periculo nostris precibus ereptus fuissem si- 8
gnificans: atque ad ardentiores preces pro mea miseria fundendas ex-
citans. Aliud accipe quo sollicitior ad orandum fias. Foroliuij cum con-
stitueramus proficisci: faventiam petituri: cum recto itinere ad por-
tam civitatis pervenientes, que illuc ducit: egredi angustum aditum
nec equites nec pedites valebamus: Necessario pomerij partem circu-
ire coacti, dum ad patentem portam venissemus, redire ad porte
portam ex murum contendebamus. Gemino periculo temptati
parvo illo intervallo sumus. Nam primum quidem anfractus
secuti, angustissimum callem atque interruptum ingressi sumus
Unde miserante deo saltu iumentorum evadentes in anteriora
tendebamus. Tum vero comitibus nostris inferiora petentibus ut tu-
tius irent, mula nostra recto pergebat itinere. dum certam ut arbitr
fossam cenosam atque voraginem incidit, in quam anterioribus
iniectis pedibus, cum saltu se inde proripere niteretur, in genua
corruit: equitique vix descendendi, calcaribus panno quo mule
sella tegebatur innexis, iumentum assurgere nitens, iam sella
lapsos secum traheret pede suspensos. Deo tamen miserante ex-
tricato panno calcaribus mula surrexit: nos nihil lesi sumus. Cum
socij nostri metu pene exanimati sollicite inquirerent an aliquid
mali passi fuissemus. Vides fili quanta inter pericula versemur, quibus
animi et corporis fatigemur erumnis. Ora instantius ut nos indi-
gnos famulos suos dominus adiuvet. et cor nostrum sub timoris sui freno
custodiat. ne usque offendamus, aut a recto itinere deviemus. Hosque
filios nostros carissimos Michaeli. Euphrosino Gaspari, ceterisque com-
menda, ut tecum una nobis miserationes domini suis precibus conciliare
pergant. Michaelem ex nobis admone ut chrysostomi vitam quam
dudum exactam significavit emendare contendat. Et Nicho-
lao illi adolescenti scribendam tribuat Cronicam cenobij ca-
sinensis ac desiderij dialogum per venerabilem patrem abbatem monasterij
sancti Michaelis de Muriano sicuti illi et coram et per litteras iniunxi.

Preterea franciscus barbarus nobilissimus antiquusque amicus
noster ad me litteras dedit consolans de obitu hieronymi suavissimi
fratris, et impendio postulans, ut vitas patrum a me dudum tradu-
ctas ad eum mittendas curem. Meo itaque nomine orabis michaelem
ipsum, ut volumen illud mense cosmi tradat, venetias mittendum
diligenter et memorato viro reddendum. Vale fili dulcissime. Ex
castro caro. cum faventiam imus xi kl. decembris.

Eidem Augustino

9 Ex ravenna fabrianum ire constitueramus. convenit tres et nu-
ptijs domini illius opidi, qui institutum a nobis eustachij succes-
sorem admittere nolebat. presentiam que nostram summa vi precum require-
bat. ne per moram nostram nobile religionis nostre et amplum mona-
sterium pateretur detrimentum, et iuri nostro subductum in manus
alienorum deveniret. Denique dum ariminum pervenissemus
nuntiatus nobis tumultus bellicus qui illas regiones occupa-
verat dissuasit profectionem illam, venimusque bretonorium, inde
forumlivij petivimus, celebritatem illic dominice nativitatis per-
acturi. Littere ibi nobis ex venetijs reddite, ut eo proficiscamur
vehementer urgent, ad componenda negotia monasterij sancti matthie
que nisi maturemus minantur occasum. Itaque monitis abbatis
nostri sancti michaelis obtemperare disponimus necessario. hodieque
iter accipimus faventiam profecturi: in ravenna ut plus
marcis elogiam usque tendamus, sicco ferme vestigio estes. Bre-
ve enim quod reliquum est itineris spatium usque venetias tribus
horis nam conficiemus. Placuit ista significare tibi, ut ubi
simus et ipse noris et per te ceteri. Litteras que ad me illuc dirigatis
Commenda me patri monasterij et fratribus omnibus et pro me orate pa-
riter. ut dominus cor nostrum possideat. et iter dirigat ne usquam a sua
voluntate deflectamus. Hortare filios nostros omnes ut persi-
stant in proposito sancto, agnoscantque vocationem suam, et otium
sacratum amplectantur ex animo. et vires indoleant nostras, quod depla

cidissimo litore in infestissimum circarum aberrimus pelagus. Ores
tecum pariter ut miseratio diuina nos protegat. Et quoniam ita decretum
ac diffinitum est ut inquieti semper et uagi simus, ministerium saltem
meum sit non inutile. Saluta officio et affectu meo Nicholaum meum
qui ad uos proficisscetur. cui plexas ex rauenna litteras dedi cum phoenice
lactantij Basilee reperta. Vale in domino. Ex foro liuij. iiij. kl. Jan.

Eidem Augustino 10

Scribimus litteras Oratio nostro et heremitis, priorique claustrali his
annexas quas uolumus ut eis quam primum mittendas cures, siue
benedicto cognato nostro tribuas, eique illas intente commendes. Sunt
enim de rebus necessariis et que satis importent. Nos adhuc ue
netiis sumus unde paucis post diebus proficisci intendimus.
ut ad uos domino iuuante redeamus. Quamquam et perpetua occupatio
et itineris molestia, et aeris deterret asperitas. Ora ut nobis dominus
tribuat commeatum, nosque consueta gratia protegat, nec scelentibus meis
offensus derelinquat sine adiutorio. Illo enim iter meum dirigente
non mutabunt gressus mei, nec a recto itinere deflectemus. Vidi
mus amicissimos nostros Cosmum et Laurentium, magnumque exmin
tuo aspectu solatium cepimus. Commenda me patri monasterij et fratribus
omnibus. Saluta officio et affectu meo filios omnes meos fratres tuos
Euphrosinum imprimis et Gregorium senem quem fouere non desines, et
uices defuncti fratris implere. Vale fili dulcissime. Muriani:
Ex meo monasterio sancti Matthie. iij. non. februarij.

Eidem Augustino 11

Ambrosius augustino dilectissimo filio sal. in domino. Et ueros instā religio
ne profectus. Statueram fili uenire ad uos dum fama esset pon
tificem maximum florentiam petere. ut illic ei potissimum occurrerem,
et uos uiscera mea reuiserem. Sed quoniam ea opinio multum refrixit
et officium uisitationis cepte perurget. multaque nos adherentium reuocant
comperienda necessario: aduentum modo ad uos meum omittere cogimur.

Clementem tamen ad uos mitto qui fidus comes omnium que circa me sunt aut fuerunt uos faciat certiores. Decium mihi impenso solatio meo nomine patri monij gratias agito. quia re uera pernecessaria fuit et est mihi fidelis fratris societas. dum huc illuc quod per vero et mutare edes diebus fere singulis cogor. Retribuat vobis dominus quod necessitati mee tam oportunum auxilium prestitistis. fratremque meum infirmum consolati estis. Comendabis nos fili patris monij et fratrum omnium patribus et ut pro mea miseria dominum precentur orabis. Tuque una fili dulcissime mihi gratiam diuini fauoris implora, et perpetua mearum absolutionem peccatorum orone deposce. Saluta affectu et officio meo filios meos omnes ac fratres tuos Michaelem Euphrosinum Gasparem et reliquos, quorum mihi carissima est memoria. Dices quod michaeli ut chrysostomi uitam si forte exacta est ad me mittat. utramque et quam ipse scripsi, et quam transcribendam curaui: quia plerique hanc nobiles et venetijs et bononie deme postularunt. eamque missurus pollicitus sum. Sane librarij laboribus satisfaciam ipse dum precium significatum erit mihi. Cronicham item cassinensis cenobij et desiderij dialogum mittat abbati sancti michaelis: precium et membranarum et scripture significet. Ita enim mihi abbi quod memorato conuenit. Vale fili carissime. Ex oreb. mon. sancti pet. de luecho v. id. febr.

Eidem. Augustino

12 Vide quam simus occupati quod an respoderimus litteris tuis postremis non plane meminimus. Et licet non nisi suspiria et gemitus tibi renuntiare possimus, nolumus tamen famulum meum uacuum ad te remeare uel reuerti: quibus erumnas nostras defleamus. Rediit enim in memoriam fili quies illa nostra et delitie antique perstringunt aciem, ne possimus non lugere tam letis lautis quam destituti solatijs quibus fruebamur in solitudine cordis nostri: cum celebraremus apud uos sabbatum delicatum, et cantaremus domino canticum nouum, atque illi psalleremus in iubilo. Cogimurque cum Iob ex imo cordis clamare: quis

mihi det ut sim iuxta dies antiquos quibus deus omnipotens erat
mecum et cetera. Inter hec tu fili dulcissime uenis inmentem quam numquam ferme
discedis, uotaque illa nostra et desideria, quibus morari insolitudine
pariter cupiebamus innouantur protinus abs te resuscitata et ad-
mota memorie. Cupimus fili siquo sine dei offensa possimus ad-
sumere columbe pennas, et emigrare inmontes, siue super aquarum
fluenta residere unde accipitris aduenientis insidias, et uidere
et preauere possimus. Ora fili nobis oculis carior, ut dominus uoluntatem
istam atque propositum in corde nostro seruare: atque indies augere dignetur.
Ora inquam et tecum orent filij nostri ne sceleribus meis, que plurima sunt
et grauia offensus clemens dominus oculos suos auertat anobis, sed misericordie
memor sit. Uolumus quantum nostra sinit infirmitas per omnia
placere illi. Sed hec uoluntas nostra obtunditur sepius occupationum
mole, sed leuamus oculos admontes unde ueniat auxilium nobis. Sa-
luta filios nostros nobis carissimos michaelem. euphrosinumque. Gre-
gorium et omnes ut proinca rege patres domus fundant hortare. Uale
fili. ex eremo nostro monasterii deciani ii. kl. maias.

Eidem Augustino.

Cum rediret ad nos Benedictus noster, nolui sine meis adte literis pergeret. 13.
quibus etsi nihil ferme erat quod scriberem uel id significarem
me dei miseratione hactenus seruari incolumem: iuuantibus me multum
et precibus tuis nostrorumque reliquorum indomino filiorum, ut spero credo
confido. Licet enim me sarcina scelerum premat et ferme obruat:
uestre me tamen manus leuant: ne omnino submergar. Ora dominum
yhesum fili ne offensus culpis meis auferat misericordiam suam ame.
sed emergere cupientem delacu miserie et deluto fecis mergendo sinat.
Nouit ille qui scrutatur corda et renes: cui cogitatio hominis con-
fitetur, me nihil cupere, nihil uelle, nisi quod pertineat adlaudem
suam et adreligionis nostre incrementum: sed hanc alacritatem animi ob-
tundit infirmitas carnis ne possim neu peragam quod instituo.
Hostis undique fremit: nec sinit congescere: insurgunt diebus singulis

bella perniciosa & plena periculi, quibus resistere nisi spiritali armatura septis nequaquam datur. Commenda nos orationibus fratrum filiorumque nostrorum, a quibus corpore non corde seiungimur. Saluta priorem monasterii. Gregorium senem quem tibi commendo. Euphrosinum nostrum Gasparem, Michaelem, eique dicito ut Donatum abbreviatum a me si forte transcripsit mittat. Vale in domino fili dulcissime. Ex nostro monasterio Fontisboni. ii. idus Maias.

Gregorio patri.

14 Ambrosius Gregorio patri. sal. in domino, & sancte caritatis affectum. Nihil unquam scripsimus ad te ex quo profecti a nobis sumus. & praecipue post obitum optimi atque amantissimi fratris nostri Hieronymi, cuius migratio quantum tibi doloris offuderit & praesentes notavimus, & praesentes intuemur facile: conspecta illius in te benivolentia, officio, sedulitate, studio: atque humanitate perpetua, quam recolens, simul & quanto ipsi solatio simus destituti mente pertractans, quia nos ut certo credimus multum diligis, non potes & nostri & tui gratia non vehementer moveri. Nos quoque licet ad te nihil scripsimus, tui tamen memoriam summa benivolentia ac perpetuo amore complectimur: teque ac tuam senectutem filiis nostris dilectissimis Augustino & Euphrosino, ceterisque Hieronymi alumnis saepe affectu praecipuo & per literas & coram commendavimus: nec possumus absentes licet, & multis occupationibus & variis pressi oblivisci tui: cupimusque quantum nobis permittitur te consolari per omnia. Sanctissimi quoque illius cenobii, in quo parvulus oblatus sum, tanta nostro pectori iminet cura, ut nihil fere aliud quam vos & de vobis vestraque conservatione possimus cogitare. Nihil certe in hac vita dulcius carius que diligimus quam vos: nihil que est quod cupiamus magis quam salubritatem vestram pro qua vitam ipsam libentissime cotidie impenderemus. quare re vera vita mihi cariores estis. Licet fortasse iuxta apostolum plus diligentes minus diligamur. culpis nostris id promerentibus. omnem tamen offensionis causam auferemus, ne in aliquo vos contristasse videamur. quos praecordialiter diligimus, omniaque vestre conservationi

utilia: ex debito & offitio nostro caute procurabimus. Vale in domino
& pro nobis ora. Ex nostro mon. fontis boni xvii. kl. martias.

Gaspari monacho.

Ambrosius Gaspari dilectissimo filio suo: sal. in domino & veros ac letos in dei 15
rebus cum benedictione successus. De rebus nostris perpetuo quae discursu
nihil ad te scribere libet fili quia quae nobis molestissima sunt tibi
cavemus ne distractionem animi pariant: & a proposito gestis a
vellant vel modice. Ea quae ea sunt fili quae considerata diligentius
confirmatiores nos reddere queant in sancto instituto. Nam ut
omittamus errores nostros & circuitus quotidianos, barbarosque hominum
mores, & cetera quae perturbant animum, illud nobis fili quanti meroris
putas causa est: quod in hoc assiduo motu, in hac implicatione curarum
plane mendacium vix mei aliquando meminisse & nostra curare in
tima possumus: vix tribunal nostre mentis ascendere, & cogita
tiones ipsas nostras disquirere & diiudicare, noxiasque arcere. sa
lubresque amplecti ac fovere sufficimus. Quo non animi in statu nos
degere existimas: quibus terrena sola tractantibus, sola mortalia
cogitantibus, debitum pensum & solemne nostre servitutis officium deo
offerre digna intentione non vacat. Ecce enim dies istos plenos
suavitate celestique benedictione repletos, transimus arentibus cordibus
nec ullo spiritalis irrigui fomite saginamur. Non pascimur inter ame
na & virentia sempiternis floribus scripturarum prata, ut
vere ac rationales oves. Non opaca silvarum ut spiritales cervi
petimus: in quibus accubare securi & ruminare eterne vite pa
bula valeamus. Non celesti compunctionis sacro rore perfun
dimur. non meditamur in lege domini die ac nocte. Non in meditatione
nostra exardescit ignis ille divinus: quem dominus noster mittere venit in
terras. & voluit vehementer accendi. Non in deserto vaste huius solitu
dinis celesti pascimur manna: ipso fame contabescimus misere. Vix

malum nostrum nostramque sterilitatem recognoscimus. uix asini placi-
di & tranquilli litoris auulsis antiqua quies in mentem uenit. Vix
uel amissam quietem suspirare interdum datur. Adeo expositi in al-
tum pelagus abiuimus. ut nec emensa uasti equoris spacia quantumque a
statione fidi litoris remoti simus inspicere seu dinoscere possimus.
Ista omnia fili incitamentum nobis esse debent ad spiritalis consta-
tiam instituti: confirmatioque initium titubantium, aut in arrepto
proposito antiqui hostis inuidia fortasse lacescentium. Quippe alie-
na pericula cautos uos efficiant necesse est: ne per negligentiam ipsi
amittatis. quod nos plane amissum siue nostra uoluntate siue
alieno imperio multum dolemus. Amplectimini filii. quietem uestram
& gratiam dei uacuam in uobis fuisse nolite pati. Preuenti a domino
in benedictionibus dulcedinis: thesaurum receptum tota intentione
custodite. ne qua hunc uobis furis & latronis uiolet fraus. ne in-
sidijs draconis circumuenti diuinę pietatis diuitias in uos effu-
sas elabi ac diffluere sinatis. Quesitum diuina preueniente gra-
sponsum & tandem post multos circuitus erroris inuentum tenete
nec abire permittatis. Venit ecce sponsus ipse saliens in montibus
transiliens colles. In excelsis uirtutum inuenit. ut sublimes animas
ad maiora semper & digniora substollat. Mediocres transilit sug-
tamen in eis suauitatis uestigia linquens ut currere post illum
incipiat & dicant post te in odorem unguentorum tuorum curremus
Et trahe nos post te. Descendit ad ualles ut humiles faciat ha-
bundare frumento. easque cibet frumenti adipe. In hortos descendit
ut ibi accubet in croceis & lilia colligat. Humidum in uirginis utero
hortorum fontem & aquarum uiuentium puteum illapsus. & nostre mor-
talitatis infirma suscipiens, animas colligit uario uirtutum flore
conuestitas. & uel castitate candidas, uel caritate rutilas, uel con-
fessione croceas, uel cruore purpureas metit. Propter nos & pro
nobis filij: sponsus noster eterni regis filius, uirgineum ingressus est

thalamum qui in sole posuit tab'naculum suū. & inde procedat
ut gigas & debellet aereas potestates. Et pro nobis atq; in nobis
super antiq hostis astutias. Preparate illi corda vrā filii: & in eis
veluti in diversorio gratissimo libentius accubet. Delitie he igt
ē ee cum filiis hominū. ad nos venit: pp nos venit: & venit in
nobis. Memento fili qd in eo tria de adventu sponsi triplici: pp
nos venit. ad nos. ut habitaret in nobis. Occurrite illi filii ad-
venienti. suscipite illū. nec a vobis ipis discedatis. ut obviaz pro-
ficiscamini. Alioqn nō illum invenire potitis: qr verbū dei nō
longe ē ab uno quoq; vestrū: s; in ore vrō ē & in corde vrō. Abste
itaq; a dte occurrere ut eum invenias & p illū ad illū pvenire
merearis. Preparate illi sedem in corde vrō iustitiam & iudiciū.
Diversoriū illud & psepe sacrū demissis in humū reverenter
luminibus adorate. divinumq; ptum suspensis aīs & de celo
pendentib; veneramini. O ut ipi qq hos dies mereamr agē &
cordib; gaudiis. quietis q; votis connectiū nre redemptionis leti
atq; ovantes suscipe possimus. Quod qr fieri locorz intervallis
obsistentib; nequaq̄ pot. & cogitationib; nris in diversa distractis
in regione umbre mortis ad divinam illam lucē adspirare nō
datur. te fili car.me oramus ut una cum ceteris filiis nris nos
oroib; iuves. Mementote filii q semp fuerit: & nō sit amis nr
q̄ cara sit nobis. q̄ optata nō ambigo salus. q; s; & sanctitas vra:
q̄tum vos diligamus. q̄tumq; religiose psectioni dare opā cupi-
amus. Non excidant vobis & nec pietatis & pie memorie hye-
ronymi fcis nri monita. a quib; in via dei & in castreis celestib;
spiritali q; militia exercitati semp: & erudti fidele multū atq;
amant estis. Exercete vos filii in xpo dulcissimi ad studia pie-
tatis. vacate lectioni: meditationi insistite. & oroib; sacris pst-
verant incumbite. Silentiū proviribus suare studete: qr cultus
iustitie silentiū est. & in multiloquio peccatū evitari nō potest

Inania et scurilia, multoque magis noxia verba arceantur a vobis quia nihil ita soluit omnem rigorem sancti propositi: nihil ita vires omnes meas eneruat omnemque substantiam exaurit sicut scurilitas et ocium maluz. Namque est et ocium bonum et laudatissimum et cui utinam insistatis omnes: ocium plane sacratum et delicatum sabbatum quo feriati a cogitationibus omnibus malis et noxiis mentis vagisque discursibus in deo solo acquiescitis solisque de dei rebus cura et intentione pendetis: sedentes cum maria ad pedes yhesu et verba eius intentissima aure captantes. O si vos filios meos et uiscera mea his rebus instare quandoque cognoscam quanto gaudio perfundentur omnia ossa mea, quantumque boni mihi inutili famulo suo contulerit dominus. Ipse ad vos aduolabo studiorum vestrorum futurus particeps: et uberrimum fructum percepturus. Non enim ego in his curis durare intendo quia re vera non utiles alijs, et mihi multum inutiles et detrimenti plenas agnosco. Commenda nos monitis patris quem ex corde diligimus, et eius fac senectutem consoleris et foueas. Gregorium senem item commendo tibi, ut et meo et hieronymi fratris et augustini filij mei uice illum foueas. Et nos item illi commenda. Filios omnes meos carissimos saluta officio et affectu meo. Et precipue xpo-forum. Euphrosinum michaelem. Admone iacobum ut obediat monitis meis et humilis atque obediens sit. Laurentio siluestro Ceteris que maioribus natu nos commendabis. Augustinus filius meus fidus nobis comes heret, mecumque deo iuuante cito remeabit ad vos. Vale in domino fili dulcissime. Ex alba regali xi. kl. ian.

Eidem. Gaspari monacho

16 Ambrosius Gaspari dilectissimo filio meo salutem in domino et veros in dei timore ac sancta religione perpetuosque successus. Ex hoc fili contentamentum christo ut sic loquar tuum recognoscimus quod postulationi tue nequaquam satisfacere potuimus quia non ambigimus si sensu intentissimo in deum et cogitatione atque intentione peruigili petisses a deo:

gratiam sue adspirationis profecto impartitus eet nobis ut votis tuis morem gerere possemus. At cum in ista solitudine patiamur phantasmatum turbas, nec precibus tuis adiuti unum illud summe necessarium iuxta saluatoris sententiam possimus consequi: quod tuis intercessionibus posse putauimus: tibi potius imputa quam nostre negligentie: si minus id fecimus quod petisti. Sumus enim mortui: non quia iuxta apostolum uita nostra abscondita sit cum christo in deo. ea quippe ut felicissima optanda mors est, qua seculo morimur ut cum christo uiuamus ueram uitam: sed morte plane miserabili per quam peccatis nostris agentibus a facie domini proiecti huc atque illuc in more cain uagi ac profugi ferimur nec usquam consistimus. Quid mirum est etiam iuxta augustinum uerissimam sententiam, inquietum cor nostrum donec in deo requiescat. Auersi nos a ueritatis lumine in tenebras missi inextricabiles ruimus. et edificamus turrem babel in morem hominum illorum qui ab oriente recedentes, idest a deo cui nomen oriens est: uenerunt in terram sennaar, et pro elatione cordis confusione incurrerunt linguarum. Sperabamus fili destitutum istud opitulari quieti nostre ut rationi consentaneum fuit. Sed quia premebamur scelerius nostris, ne in luce miserationum domini respirare possemus: tuis uotis iuuari petieramus. Uerum uel tu parum constanter orasti, uel peccata nostra obposuerunt nubem deo ne transire pro nobis fusa posset oratio: nihilque opis reportauimus sed iacemus negligentie somno miserabiliter immo ferme letaliter pressi. Ora itaque fili cor tuum. puras que manus in oratione leua: leua inquam cor ad dominum una cum manibus et nobis impetra, primum ut purgati a fermento nostre neqitie seculo et illius concupiscentiis moriamur. deinde ut crucem domini amplectentes affectu precipuo, propter illius amore cum christo morientes, in ueram eternamque uitam resurgere cum illo ualeamus post triduum moriemus uetis nostre. Nos enim fili: quod maximo nobis pudori est: cum ueterani in christi militia esse debeamus, quippe qui a pueritia militauimus agente nostra desideria, adhuc tironum rudimenta meditamur. et qui deberemus iuxta apostolum uesci solido cibo et idest to

seculi: nutriri a saluatore parimus. hactenus lactis dulcedinem
infantum more suspiramus. Est enim profectorum solidus cibus
Sumus infantes non quales scribit apostolus petrus cum dicit. Quasi
modo geniti infantes rationabiles sine dolo lac concupiscite ut in eo
crescatis in salutem, sive de quibus ille premissat Nolite ingenis pueri effi
ci sensibus. Parvuli sumus quia forti armato superamur & adeius per
omnia titubamus insidias: nec firmis gressibus unquam consistimus.
quibus nihil succi nihil sanguinis nihil nervorum est, sed ad omnia
fluctuamus, & nisi divina sustentante regamur manu per singula
labimur. Ora fili ora perseveranter ut sua nos dominus protegat de
xtera & male aversos convertat ad se. Nos quippe & si sepius oremus
cum psalmista dicentes. Converte nos deus salutaris noster & averte ira
tuam a nobis, & cum yeremia post lamentationes ordinem quam dicat
Converte nos domine ad te & convertemur, innova dies nostros sicut
a principio, sequimur tam necessario: sed proyciens reppulisti nos: ira
tus es contra nos vehementer. Commenda nos patri monasterii ut et
ipse suis nos precibus quibus multum fidimus iuvet: & fratrum nos orationibus
commendet ut emenso tandem mari magno & vasta peragrata so
litudine terram promissionis nobiscum ingredi mereatur: & phase
celebrato: agni quoque sanguine postibus nostris, ab exterminatore
immunes ac liberi simus. rubroque maris superato & persecutoribus
nostris omnibus submersis cantare nobiscum valeamus canticum novum
& solemne ac festivum alleluya totis affectibus personare. Gregorio
patri nos commenda eumque fac vice nostra foveas. Filios omnes nostros
saluta affectu nostro. Vale in domino. & Iacobum filium meum admone
ut quietus sit. Ex heremo nostra iiii. idus aprilis.

Dominico abbati sancti petri decotis.

17 Frater ambrosius sancte camaldulensis heremi prior. Venerabili fratri nostro domino dominico abbati
monasterii sancti petri decotis socio & secretario nostro salutem in domino &
sincere dilectionis affectum. Quum in monasterio nostro sancti maglori
de faventia nuperrime ex nostre visitationis officio male gubernari
pro etatem & negligentiam abbatisse deprehendimus & male libere

moniales que ibi reliquie sunt discurrere ac defluere pronolitate.
ex offitio nro ydoneam ibi pfice psonam constituimus. Itaq̃ Cen lez
sororem nram magdalenã dudũ monij sce xpine de forolivij & nc
sci salvatoris monialem elegim⁹ abbatissam ipi⁹ monij sci maglorij
eam q̃ anulo nro de offitio ips investivimus. Fr̃nitati nr̃ tue invi
tute sancte dilectionis iniungimus ut eam fauentiam ad memo
ratum mon̄ ducas, eiq̃ ipi⁹ monij possessionem pacificam tradas.
& omnib; ipi⁹ monij monialibus, districte auctoritate nrã pcipias,
ut memorate magdalene abbatisse a nobis institute legiptime
pomnia obtempent. possisq̃ si forte quod absit) reluctari maliq̃
pceperent ipas severius cohercere invocato si opus erit adhoc
auxilio brachij secularis. nõ obstante q̃ in bulla electionis ipi⁹
curam istam ven̄ li sci camaldulini de forolivij iniũxerimus.
qui modo alijs occupatus. cõmode adhoc vacare nõ pot. Preterea
fr̃nitati tue sacrandam ac velandam ceciliam ipi⁹ monij novi
tiam iniugimus. pmo qui occurret aptiori die. In cui⁹ rei fidem
has nras patentes lr̃as manu ppria scriptas & minoris nri sigilli
impssione munitas pmanus tradidimus t'. Dat̃ in nrõ mon̄ sci
iohis evangeliste intra forum livij vij. kl'. Ian̄. Anno dm̃i M.
cccc xxxiij. Indict. xij.

Eidem dñico

Q ͞T. sit futura molesta tua diuturnior a nobis sepatio, ex hac brevi 101
ac fere momentanea tue fr̃nitatis absentia facile cõijcim⁹ quam
ferre vix possumus, n̄ egre atq̃ impatientissime, ita ut nusq̃ fere
procedere libeat sine te dulci fr̃e nrõ. nri semp pudoris comite cu
stode ac teste. Venias itaq̃ oramus fr̃ carissime q̃ primum cõmode
licebit cum sarcinulis tuis, s; ita ut memineris biduũ aut triduũ
in itinere isto tibi ponendum. est eñ ea iam malignitas, ea cem
ubiq̃ ferme ius ut iumenta nrã q̃libet valentissima in vix
emergere querint. Nempe biduũ ipi consumpsim⁹, ipiz te nobis
mature cura ut reddas. erim⁹ enim quietiore aĩo. Hic pstati

asseritur: pontificem florentiam an pascha profecturum: quod si verum est, eo nos conferamus necesse erit. Saluta offitio meo antonium quem patris loco dileximus semper atque diligimus: Philippum quoque meum, qui et sui merito, et quia tibi carus est, non potest nobis nisi esse carissimus. Priorem claustralem hortare ex nobis et meliore spe releva. omnemque familiam meam affectu saluta, et ut bene ac religiose velint vivere tuis quoque adhortationibus incita. Ut mei pomnia coopator sis. Salutat te prior noster. Vale in domino. Bononie. iiij. kl. martij.

Eidem. Dominico abbati derotis

19 Pervenit ad aures nostras venerabilem fratrem abbatem sancte iocunde obisse diem. Volumus itaque ut illuc fraternitas tua continuo properet: ut et funus curet: et illi debitas persolvat exequias ex humanitatis offitio. Simulque ut vice nostra, quam tibi totam in hac parte committimus, monasterii res atque ad personam defuncti pertinentes cuiuscunque generis: sollicita indagatione perquiras ubicumque fuerint, et apud quoscunque sive nostre sive alterius religionis, sive et apud seculares viros aut mulieres: atque de his omnibus confecto indice neque peat ea tuto in loco recondas. ne domus dei expiletur: cuiuscunque intemperantia sive avaritia. Ad que omnia commodius et melius elicienda et exprimenda auxilium quoque brachij secularis te implorare posse committimus: citra penam tamen corporalem: omnem denique auctoritatem nostram permittimus tibi quam in huiusmodi re exercere possemus, certi fidelem et strenue fraternitatem tuam cuncta executuram. In cuius rei fidem ac testimonium has nostras patentes litteras manu propria scriptas et minoris nostri sigilli impressione munitas, et per manus tradidimus. Datum florentie in nostro monasterio sancti salvatoris idus septembris anno domini M. cccc. xxxiiij. indictione xiij.

Eidem dominico

20 Rodulfum pieruciam sum allocutus ante suam relegationem diutius: admonuique precibus ut monasterij tui scripturas et res siquas apud illum essent vellet restituere. Mandavit me presente filio suo canonico, ut tam scripturas quam res restitueret. et credo cum aderis id faciet

Mula nobis maiore opus est quia nusquam pergere sine iumentis huiusmodi pos-
sumus. Erit tue diligentie mittere Bartholomeum protinus cum litteris
meis ad vicarium qui illam ad nos ducat. Statuimus namque statim
ut redieris iter aggredi et hic nos exercitare ubi nimium amicti-
mus temporis. Vale in domino et venerabilem fratrem meum priorem
affectu meo saluta et admone ut quietis mee et iustitie sue rationem
habeat. Nosti quid velim. Ex monasterio meo iiii. non. octobris.

Eidem domnico abbati de rotis.

Dici non potest dulcis frater noster et comes omnis laboris peregrinationis 21
nostre quam moleste feramus absentiam tuam. utque sine te vivere vita
et iniocundam et ingratam pariat nobis. Et si enim augustini
dilectissimi filii mei presentia gratissima plures molestias adimit nobis
multumque affert solatii. tui tamen memoria et desiderio fili non
moveri nequaquam valemus. Subit per singula fere tua recordatio, pru-
dentiamque fidei coniunctam singulari et amori precipuo in nos obli-
visci nequaquam possumus. et ad lacrimas sepe deducimur: affectu pre-
cipuo te benedicentes. Ne modo quidem quum scribimus temperamus a lacri-
mis. faciunt quidem et alii quos amisimus socios itineris mei quamquam
pro captu suo quod possunt. Sed per difficile vel naturam vel antiquam con-
suetudinem ponimus. Et ut incertum te rerum omnium nostrarum
faciamus integri omnes atque incolomes basileam christo miserante perve-
nimus. xiii. kl. septembris. Lente enim iter illud totum egeramus
necessario. quia et numptiis alios consolabamur: et iumentis ac nobis
consulebamus. remoratique sumus pistorii biduum quia sic necesse erat.
Verone biduum, Constantie triduum. ex quo factum est ut non plura quam
xxx aut xxv. milia passuum diebus singulis perveniremus. Iter omne
superatis pistoriensibus montibus ascensu difficillimis quidem ac terri-
bilibus planum ubique fere habuimus. Regiones amene. solum
ubique fertile: pomaria perpetua fere ut sic loquar. victus habundans
necessariis: multum difficultatis itineri prolixiori ademerunt.
Sed ubi superatis montium iugis mutinam venimus, illic diem remorati:

constituimus adire Victorinum nostrum, occasione visendi novum illic monasterium ex mantuam a principe edificatum. Itaque socio recto itinere abire iusso mantuam ipsi contendimus. Quo ubi advenimus victorinum abesse audientes ad arcem Tusienses divertimus, mane que inspecto monasterio victorinum ingredi perreximus. Aberat autem XII. milibus passuum a mantua refrigerandi causa ad castellum gorda profectus cum filijs principis. offendimus prandentes. excepit nos vir ille apparatu regio flebatque gaudio ut nos vidit. Pransi laute sermonem per plures horas protraximus. Principis filius annos natus XIIII. illo iubente versus fere ducentos a se factos recitavit. tam suaviter tam eleganter, ut nobis miraculum fecerit. Oblectabat nos carminis ipsius venustas precipua, qua puer ipse pompam describit illam, quando imperator mantuam ingressus est, sed longe magis pronuntiatio plena gratiae. Filia quoque principis, et alii duo filii ingenii singularis post suavem sermocinationem et refectionem advenerunt nobilissimi iuvenes ex victorini ludo nos salutatum. Volenti et oranti ut eam diem apud se duceremus, non acquievimus festinationis necessitatem allegantes. Deduxit abeuntes milibus plus quam sex: donec nos vie redderet: que veronam ducit. Aberat autem ea civitas ab oppido. XX. milibus passuum: cum toto illo itinere nostro continuata oratione, mutuo colloquio sumus recreati. flentemque fere eius conspectu nostro dimisimus. Veronam die iam advesperascente pervenimus. Aberat Gregorius hospes noster. Ab uno tamen ex iuvenibus illis quem presentem offenderamus humanissime accepti sumus. Barbarum nostrum pretorem urbis visitantes ab illo atque eius filio puero summe indolis deducti ad monasterium sumus. Nondum advenerat socius noster, qui postridie applicuisse nuntiatus ubi est, ipso volente unum atque alterum ferme integrum ibi exegimus diem. Sequenti die hora fere vigesima inde profecti comitante nos iacobo Lavagnola equite nobili ad hospitium duodecimo lapide a verona separatum venimus, ut summo mane montium angustias fauces

ingredi pergeremus. Ambulauimus per eos montes imo per ſubiectam
planitiem dies plurimos cum illi altitudine ſua celum pulſare ui-
derentur. Medium montium interfluit athesis fluuius altus & rapidus
donec ad originem eius ueniremus. Tridentum die ſecunda peruenimus.
opidum ſemibarbarum, inde continuato itinere plana omnia in-
uenimus uſque maranum: & nihil a patria mea alienum, frequentes
uille & caſtella ſitu munitiſſima, tegunt utramque fluminis ripam,
Frugifera humus, prata letiſſima: omnis generis arbores, ut illud
ameniſſimum fecere. Marano caſtro nobili emenſo mollis aſcenſus
occurrit: ibi amnis ille defluens precipiti lapſu in ſaxa tanto
impetu fertur, ut ſpumeos in celum attollat fluctus, niueusque
totus uideatur. Adeo immani fremitu, ut uoces & clamores
mutuos uix exaudire poſſimus. Fumum ſuper fluctus ipſos uidere
iuuit indignantem fluuium ſpectare diutius. Origo fluminis
duo ſibi inuicem lacus: mille fere paſſibus quaque uerſum tenden-
tes. Altum ex eis amnem profluentem athesi ſimilem uidimus. Abest a Ve-
rona fons fluminis c.xl. milibus paſſuum. Nobiliſſimus poſtea lacus
& omnium quos uiderim maximus prope conſtantiam ad xxx.
milia ſe aperit. Cuius ripe donec ad urbem ipſam ueniremus ad-
equitauimus. Ciuitas & pulchra & populoſa multum eſt. Placuit
monaſterium ſancti marci inſule .v. milibus ab urbe diſparatum:
ut ibi aſſumptionis beate uirginis feſtum cum monachis illis age-
remus. Vidimus uolumina plura antiquiſſima: & capſam
argenteam uno ſemis cubito longam, in qua beati marci eſſe corpus
aſſeritur: & magnificas ord. ornatiſſimasque reliquias multas. Per-
acto conſtantie triduo Baſileam contento itinere petebamus: ex-
acto triduo illuc peruenimus. Sed antequam opido propinquarem occur-
rit nobis omne fere concilium prelati omnes: non quos cure grauio-
res urgebant. Qui tam ex familia ſua honoratos quoſque miſerunt,
Legati regum & principum atque uniuerſitatum magnificentiſſimo

cum apparatu: ita ut equites quingenti ferme nos deduceret summa cum gloria. Ingressi civitatem regiam & pulcherrimam domi etiam frequentes adeuntium concursus habuimus. Legatus noster humanissime nos accepit. & accipit semper. Secundo iam cum illo pransi sumus. & confidimus in domino quod ille multum nobis deserviet. instantiam nostram traducendum. Sexto postquam ingressi sumus die orationem habuimus in concilio generali prolixam satis, ubi contra morem nostrum celsa voce dicere coacti sumus. Audierunt nos intente atque ut exaudiant iusta & honesta postulantes. Renus fluvius altitudinis vaste urbis munimenta interfluit. nulla tam ingens navis esset que illius alveum attingeret. Pisces optimi sunt. Bona omnia offendimus, & domos exquisitissime instructas utensilibus omnibus. Vineis habundat patria, adeo ut usque coloniam vineas omni ex parte invenias. Nos quotidie laboramus in ope ad quod destinati sumus. Ora frater carissime ut nos dominus hinc expediri solicite iubeat: quo celerius ad vos remeare possimus. Saluta cum videris priorem meum sancte margharite & de angelis. Pacem italie redditam gaudemus. Putamus quod priorem ipsum redisse bononiam. Victoria ducis mediolanensis mirabilis & inaudita. Pacem initam hic, firmaturam speratur. Salutat te augustinus filius noster. Vale in domino frater carissime & amantissime. Basilee.

Dionysio preposito monasterii sancti matthie

22 Ambrosius dilectissimo fratri Dionysio salutem. Scio iam innotuisse caritati tue me indignum licet assumptum esse ad onus regiminis quod quidem quam invitus admiserim deus testis est qui iudex & arbiter conscientie mee: testis & caritas tua frater qui quanto semper studio quietem sim sectatus non ignoras. Quoniam tamen divine dispositioni placuit, ultra reniti non quivimus. Accepi itaque vix tandem onus grave, atque viribus meis non ferendum: fretus primum divina clementia que in se sperantes deserere nunquam consuevit. deinde bonorum virorum et suorum

dei patribus. Et quoniam bonam voluntatem in me tuam iam pridem teneo, te
oro atque obsecro per viscera misericordie dei nostri, ut me in hoc pelago
curarum & occupationum laborantem iuves orationibus, consilio simul &
auxilio subleves. Cupio ea omnia exequi per que religionis propagatio &
reformatio, emendatio morum, & antiqua illa observatio, & sanctitas
reformetur in ordine nostro. Noli igitur obsecro mi frater si me diligis parcere
calamo: sed mihi cuncta significa, que cordi tuo inspiraverit deus.
ac siquid in monasterio tuo vel in aliqua persona videbitur corrigendum
facies me tuis litteris certiorem. Agnosce enim dominum ideirco permisisse mihi
hoc onus imponi: ut quietem qua diu usus iniustus sum, vel amis-
sam recognoscere atque suspirarem simul quoque ut evellam & destruam
noxia vitiorum germina & edificem & plantem virtutes. Tibi
hanc curam frater iniungo, ut neque in domo dei fiat indispositum, & non
sicut decet fratres dei. Vale & me guida scribis tuis ut pro me oret.
Florentie ex monasterio nostro viii. kl. decembris.

Eidem dyonisio.

Binis abs te acceptis litteris responderam exitimenti: sed nescio quo casu 23
illi inter manus elapse sunt. Brevius impartiar respondebo. quod sim
minus ociosus. Quod gratuleris assumptionis mee: accipio quidem grate.
sed non possum tamen non mirari, quid sibi velit ista gratulatio tua. An
tu adiectum humeris meis onus exitiabile, gravissimum quoque gratularis.
Nempe si diligis me vicem meam potius dolere debueras: qui de alto
quietis sinu in profundum curarum pelagus coniectus sum. Quis enim
eum quem diligit expositum periculis gaudeat. Quis in quo ei qui sibi
carus sit periclitanti non exitum metuat. Contra tu bone frater me
quo pacto probaris diligere, quem quieti ademptum curisque involu-
tum letaris. Video quidem quid ad ista respondere pares: te scilicet
adiectione laboris: merita quoque augeri nobis non ignorare. atque ideo
hunc quomodo nostro congaudere. quibus adiecta exercitatio laboriosa
meritorum quoque incrementa parturiat. Accipe ista quidem: nam ab-
nego, sed fateor mallem in tuto consistere. que sepe maioris emolumenti

iactari fluctibus. Ora mi fr ut dns yhs: q me indignu famulu suum sedere cum pncipib; noluit dignum inhabitatione sua dignet efficere: ipo enim innobis habitante nihil metuem scandalis seculi s dice cum apostolo secure poterim: nra aut conusatio incelis est et illud uiuo iam no ego. uiuit uo inme xps. Quo hospite cordis nri nihil iam time poterim stabimus qz in arce et specula dni uni aduenientia picula et puidere et propulsare possim. Ora igr ne adni gra despamur et tuto cuncta subiciam. Non parcem laboribus: non picula fugiemus certi sem p deaux dni. Sz hec hactenus. Negotium monialium imo monialis illius qd gmendas in: dno meo abbati sancti michaelis libent iniungerem quippe quem pris uice singularit diligo n incapitulo an electione nraz. Venerabilis fr nr abbas sce marie decarceribz uicarius generalis illis inpartibz est gstitut cunctabundus lz ac renitens. Adque ut ordo suetur oro grauitas tua recurrere no granet. Monr agnani nup abbate suo destituto Iacobus nr electione monachoz nup abbas datus est. Vellem cum ipo abbe decarceribz colloquin hres nescio: qdo comodius posses pnegotio uenerabilis fris mei pocis tui: quod ex ipo melius disces. Neglignetie culpatus e incapitulo: indicta qz sibi penitentiam pmo graue et aptam pcibus memorati abbis nri leuigatam multuz audio ipm minime suasse. Augustinumqz illum adulescentulu asuo latere no remouisse. Id si ita est contempta adscribi pot: multumqz ee no debet. Verum ista omnia cum abbate memorato melius ages. Ego romam pficiscor legati uocatus. Vale mi fr. florentie. Ex nostro mon. y. idus Ian.

Eidem. Dyonisio pposito mon sci Mathye.

24 Scribimus priori comendantes eius cure frem bndictum nouitiu quem aduos mittim indei ope insistendu. Cum uidez tue Caritati gmendamus ut sup illum solerter inuigiles. nz sinas atramite recto deflecte. Adulescentulus e et pulli lasciuientis imore freno continendus e regularis instituti. Clement tam

et leniter

& leniter: ut sequatur potius uolens q̄ ducatur seu trahat inuit⁹.
Pascendus ē doctrina salutari & deducendus in semita mādator̄
dei. Alium paulo post mittē cogitamus iam professum sibi educā
dum, in regulari instituto. Scripsimus ad te proxime: iam q̄ tibi
arbitramur redditas lrās, quibus te a penitentia absoluimus: in
dicta tibi prioribus lrīs nrīs: Augustinū q̄ adulescentem ubi modo
est ēe p̄misimus. Commenda nos frūm p̄ribus & p̄cipue Gen. fri
abbati mon̄ij sancti michaelis: quem fortasse paucis post diebus tecū
uidebimus. Uale in dn̄o & tu pro nobis ora qui magnis undiq̄
curis obruimur: s̄ tam̄ de misericordia dn̄i confidimus: que maxe
in tribulationib⁹ consueuit op̄ari. ex nr̄o mon̄ fontisboni vi. non. mar̄

Eidem. Dyonisio

G rauiter cōmoti sumus q̄ frn̄itatem tuam non simplici aīo: s̄ pla 25
ne duplici exercitam fuisse p nos iniūcta didicimus. Lrās enim
quas suppo ac uago & piratici Adulescentulo augustino scripsi⁹
te cōsulto florentie dimisisse: apud frēs nr̄i mon̄: scē marie de
angelis: post discessum tuū octaua die dirigendas certo cōpim⁹:
ab hijs qui ex ore tuo id p̄cepisse dixerunt. Ista ē frē obedientia illa
sincera & simp̄ quam maiori tuo debes. Sic te docuit obsuantia
regularis, quam professus es, & patrum doctrina quaȝ accepisti.
oblique agere ḡ superioris imperium. et quid dicam oblique imo p
uerso corde & fraudulento. & ad conspiratione ac rebellione pno.
Nam subsecutum ēe adulescentulū illuȝ temerariū continuo ue
stigia tua p̄usq̄ lrē ad illum nr̄e puenire possent: cuiusq̄ cōmenti
aptum satis atq̄ euidens indicium ē. Tu scil̄ȝ nesciebas intentioēȝ
nr̄am, atq̄ ex simplicitate id nō malitiose egisti. Crederem⁹ tibi
nisi totiens protestati fuissemus: nos nulla unq̄ rōne passuros
p̄ditum iuuenē ad mon̄ ip̄m remeare, honestissimis ex causis ac rō
nibus: hic minime ut instant⁹ necessarijs. Cur nō post repetitā
sepius āi nr̄i sniam, quam ex ūbis & cōmotione quadā haud exi
gua colligere pro cō debuisti: lrās ip̄as deferre, ei q̄ redde passi⁹

non est. quis non animadvertat apertae fraudis et concinnati doli evidentis-
simam spem. Presertim cum Bononia abeuntem evestigio sit ille
subsecutus. Maluisti scilicet precibus tui voluntati parcium religiose mo-
rem gerere: ut per illum adulescentulum reciperet decreto capituli
abeius amissum locum: quam nostris monitis obsequi. Ex quo vix satis ad-
mirari imprudentiam possumus, qui ista putaveris a nobis aut parvi
extimanda aut penitus non advertenda. At non adeo sumus hebetes
aut obtusi Christo propitio: ut huiusmodi scenam non intelligamus: nec
tam pusillo animo ut iniurias nostras: immo dei: ad deum quippe redundat
contumelia, qui divinae resistit ordinationi atque voluntati: qui enim
vos spernit inquit me spernit: inultas esse patiamur. Itaque ne malo
exemplo temeritati pateat aditus: atque ipsa impunitate sua subditi nostri
nostrae curae commissi: maiorum precepta negligere et aspernari assuescant:
ut libere instar parentum vivere: aut erecta cervice incedere, collaque
de sub iugo sanctae obedientiae excutere: te si ita est, ut ad nos fa-
ma crebrescente perlatum est, cuius rei diligentissimum examen venera-
bili fratri nostro abbati sancti Michaelis commisimus: et ab altaris officio sub-
spendimus, et omni sexta feria in pane et aqua ieiunare precipimus
usque ad nostrae arbitrium voluntatis. Porro adulescentulum illum im-
patientissimum fratrem, et obedire nolentem includi carcere volumus
et a monasterio ubi collocatus a nobis fuerat amoveri, ut vel invitus
obedire addiscat qui sponte inobediens fuit. Cuius item rei exe-
cutionem fratri nostro memorato commisimus. Non ista de te meruimus
frater: nec digni profecto fuimus, cum quibus et eos quos tantum tibi licentiae
et auctoritatis adsumens: et quos ita contemptui habens. Atque id
nos maiore afficiunt cruciatu, quod ab eo presumuntur a quo minime
omnium non debuerunt: quippe quem diligebamus plurimum: et cum quo
nostra consilia non secus quam nobiscum communicaveramus. Verum istud
peccatis nostris imputamus: quod hi qui a sectae religiosaeque puritatis institu-
to desiliant: qui nobis et auxilio et solatio esse debuerunt: et a quibus plus
quam ceteris confidebamus. Sed nostras iniurias equanimiter forte ferremus.

dei ac religionis facere nec possumus: nec debem⁹. Vale ex medi

mon⁹ fontisboni . ij . decembris . kl .

Eidem . Dionysio pposito sci mathye. 26

L

ras tuas adme Benedictus monachus attulit, quib; excusas errore

& ueniam flagitas, atq; absolui abindicta tibi pnos penitentia

humilite postulas. Et antea prolixiores lras accepimus hoc ipm

continentes latius, atq; infine conquerentes, q benficia nō

obtulerimus: cum labores tuos & angustias expones nobis: qdo

ea fuerit opinio oium cum adnos pgeres curam t monij alicui⁹

pnos iniungendam. Paucis itaq; accipe sniam nram fr: nā plixi⁹

modo scribere nequaq datur. Accepimus grato aio humilitate

tuam, qua penitentiam iniunctam reuerent exequt⁹ es: aqua tn

ut te prohibito absoluere ven h frei nro abbi sci michaelis iniu

ximus: satisq; miramur illum absolutione distulisse hactenus.

qua ipi⁹ pmisamus arbitrio. Nos tam abea te absolium⁹ pntes

qr id promeret humilitas tua: t q & culpam omne relaxam⁹

& ueniam damus: atq; adiuturemore q uolebamus penitentia

te absolutum ee decernimus: & his nris lris declaramus. Fratz

q augustinum clugie ubi remoratur ee pmittim⁹. Sane

mirari nō desistimus alia exparte: beneficia te uel appetere

uel q t pnos oblata nō fuerint indignant ferre. Nos fr ca

rissime & laborib; tuis plenissimo caritatis affectu copassi sum⁹.

& nisi fallimur ad salutare tollerantiam hortati: nz putauim⁹

anxietati tue finem imponendum, si eam curā adderez: aqua

omnis bona mens abhorret plurimum & deo teste nequaqua

credebamus aiuz tuu eo indbc laborare. Nosti nos ad eam cui

profectus es administrationem te animare assidua admonitoe

otendisse: qr re uera plus ht inse dignitatis & glorie q cura

mediocris cuiq; cenoby proantiqtate loci & ueneratione suma.

Noli queso fr car me aiuz tuu his cogitationib; subde: sz munera

spiritus libertatem euadere contende. Paucis nunc scribo: quia paucis post diebus te uidebo: Proficiscor enim legatus ciuitatis nostre ad concilium. Vale in domino. Florentie. ex nostro monasterio. xvi. kl. martias.

Eidem. Dyonysio

27 Breuiter scribo: quia occupationibus premor: Scribo priori tuo: cuius accepi litteras multum plenas querelarum: contra abbatem de carceribus ut pergat ad venerabilem fratrem nostrum abbatem sancti michaelis: exponatque illi genus iniurie. Illum enim debita auctoritate correpturum si quid ille peccauit. egimus illud consulte: ut omnis illi tollatur iuste querimonie occasio. hortare tu quoque ut hoc faciat. Nos mense septembris deo duce properabimus ad uos. Cupimus enim uidere uos: ut uestro aspectu alloquio que recreemur. Vale in domino & ora pro me. ex nostro monasterio fontisboni xiii. kl. septembris.

Dyonisio.

28 Accepimus litteras tuas ex quibus agnouimus te spiritu pusillanimitatis inuolui & fluctuare cogitationibus & affectionibus uariis. Frater et & qui illas reddidit: plenius causas nobis tue commotionis exposuit. Non erat frater carissime causa illa sufficiens que te ad migrandum monasterio induceret. Et si enim prior tuus aliquid sine te casu de consilio & consensu venerabilis fratris nostri abbatis sancti michaelis egit: quod preiudicare uidetur ad offitium tuum: non tamen id te contristare ita debuit: ut eius gratia monasterium deseras. cui multum utilis & necessaria est presentia tua. Meministi quanto te studio quanto que ambitu prior ipse quesierit. Ipse quoque presens notaui quantum deferret tibi: non debes ita facile rumpere caritatem. Te oro frater carissime redeas: nec inde pedem moueas: sed memorato priori in ipso monasterio necessarium contubernium prestes: donec ipsi de te aliud statuerimus. Nos enim te diligimus plurimum: & tanquam honorabile membrum in religionis nostre corpore magna caritate complectimur: ut uas utile in domo domini preparatum ad omne opus bonum. Volumus itaque ut nostri gratia persistas adhuc in monasterio & diuinas excubias celebres in domo domini: ne desolationem eius deflere cogamur. Caueto autem a facili susceptione fratrum

neq; nisi probetis spūs an sint ex deo / intus quempiam admittatis. Hieronymus frē meus gravi morbo vexatur. Ora ut illum dns yhs restituere nobis incolumem sua pietate dignetur. nobis qz dignam tollerantiam suggerat: ut possimus substinē / nz deficiam⁹ sub pondere adiecti doloris. Vale in dnō & promon qz dnum petrum mustra vicarium illarum partium abbem monij sci michaelis constitium⁹. Florentie: ex nrō monº vi. non. octobris.

Augustino monacho

N on debui committere ut clemens famulus nr̄: me arcū adte lateus vacuus rēet. quib; te certiorē redderē integritatis nrē. Valem⁹ rite xpō propitio. lz dolore lateris temptati fuerim⁹ acriter. morbo plane horrido & molestissimo. nobisqz eatenus incognito. Ora ut nos dominus & percutiat & sanet: nz int occupationes varias pīce pmittat: quabsē longe fieri pinutiles cogitationes & curas. Comenda nos pri monij & frib; omnib;. Saluta euphrosinū nrz filiū carissimum & amantissimus una cum religs filijs nris. Vale fili dulcissime. Piscem quem denobis postulavit euphrosyn⁹ mittemus libentissime. Horologiū nrz illi comendabis. ex nrō monasterio fontisboni. iij. kl. Junias. 29

Michaeli abbi scē Jocunde.

V enit adnos benedictus desc̄ Miniate tabellio: exposuitqz frēmtatem tuam iam diu fundum suum possedisse. nz sibi respondere ulla inparte defructibus ipi⁹ voluisse. Insup & qn inde verba fecit te cum recisione / respondere cum sextario quē no dicē solutum. Quod tantundem apud nos valere dicit ac si nihil vīq; te dāturū asseveres. Petijt sibi iustitiam fieri: nz honeste potui⁹ quod iuste postulabat denegare. polliciti scribē dehac re adte. In omnia displicet nobis si ius atqz iustitiam foves. cū nō illi ista iuris sta poscenti conabitr respondere. nō te sibi quicq debere. si uteris recisione nō daci / cum tueri potius tua urca debueris. & qn quecunqz judicē ydoneū provocare. Volum⁹ itaqz ut istis oīs 30

verbis omissis: & assumpta congrua & religiosa gravitate circa mo
nasterii tui/an que iuris indice/vel certe an nos proferas: quib3 con
stare possit huiusmodi possessionem non adillum spectare: sed adtuum mon
ut iniuria religionis possit arceri: vel assignatis rationibus: vel per
scriptione allegata: ne nos iste frustra ulterius vexet. At si mon
iniuste aliquid possidet: malumus in tuum utilitate potius ipsum quam iu
stitie decore spoliari. Vale in dno: & monitis nris fac obtemperes.
Florentie. iii. kl. iul.

Eidem. Michaeli abbati sancte iocund&

31 C Cum venirent ad nos pro capienda possessione monasterii. Venerabilis soror mea
B. electa abbatissa monasterii sancti benedicti de sancto miniate: antiquitus quidem
iure subiecti monasterio tuo immediate: per renuntiationem factam
inmanibus ancessoris mei dni Antonii de parma: adnos mul
torum opinione devoluti/oravit ut mitterem qui vice mea pos
sessionem illius monasterii traderet: cetera que exerceret que solent in
huiusmodi fieri. Nos autem eius precibus fatigati nec tamen intendentes
cuiusque iuribus per hunc nostrum actum preiudicium fieri: consensimus:
ipsius & propinquorum eius gratia ut illuc adveniret. Venerabilis frater
noster d. dnicus abbas monasterii sancti petri de cotis: & ut ipsas cerimonias
omnes que in huiusmodi spoliari solent vice mea exequeretur illi iniunximus:
cum protestatione ut nihil ex hoc tua iura lederentur: nec ulla
ex parte preiudicaretur iurisditioni tue. Tu itaque frater carissime pacis &
concordie gratia/& eum & illam suscipe: & ista fieri pellum permit
te: istud apud te ratum & firmum habeas/nos non nisi ea velle
que iuris sunt: & privilegia tuo monasterio indulta tibi servare paratos
nec ex eis quicquam tibi derogare velle. Vale in dno. xv. kl. septebris

Eustachio abbati vallis castri

32 F Et ambrosius sanctae camaldulensis heremi prior. Venerabili & amantissimo sancti nostri
Eustachio salutem in dno & plenum dilectionis affectum. Venimus bo
noniam incolumes: atque ex labore itineris Christi gratia non nimium
fracti. Divertimus sua mensis ad monasterium camaldulini: unde

sequenti die civitatem ingredi placuit. atque ad monasterium sancti Damiani re-
iustis enim ex causis monasterium sancte Marie de angelis adire noluimus
primum: licet capatius & instructius & opulentius sit: ut querele
omnis tolleretur occasio. Id continuo volui significare pro innos
affectui & amori tuo: ut scires que circa nos sunt omnia. Multa
invenio que necessario requirunt moram nostram fortasse longiore
quam suspicabar. Ora pater ut me dominus iuvare dignetur & sua servare
clementia: ac per nos boni aliquid in suam laudem & gloriam operari:
Agnosco infirmitatem meam: superumque auxilium supplex imploro.
quia sine illo nihil possum facere: qui me miserum servum suum ad istud
ministerium evocare voluit non merentem. Sum tamen animo
quieto & pleno bone spei: quia scio illius misericordiam numquam defutu
ram: & precipue cum te fratrem cordis mei vices illic meas agere
cogito: per cuius maxime providentiam & vigilantiam domum
dei cotidie in melius reparandam spero. Ante omnia ut heremi
tas patres visites crebro officio & nomine meo. illosque per omnia
studeas consolari. Ac siquid ut solet per antiqui hostis invidiam
scandalorum inter illos ortum fuerit, cautissime pro tua tollatur in
dustriam. Familiam item omnem commendo tibi ut pro modo
facultatule nostre omnes consolari studeas, cunctique patrem optimum
& indulgentissimum sibi advenisse gratulentur. Seniores cum
iunioribus: pueros: monachos: conversos: familiares omnes
& singulos commendatos volo. Mariottum precipue oro habeas commen
datum: cuius quam dulce pignus: carum ac pretiosum depositum crede
rim minime ignoras. Nihil ita cupio ut claustri munditiam
& conservatione innocentie puerilis. Vale in domino frater carissime. &
meo nomine familiam omnem saluta. & ut pro me oret omnibus me
commenda: maximeque patribus heremitis. Salutant te qui mecum sunt
socij omnes itineris mei: Bononie. v. non. martias.

Eidem. Eustachio

33 Scripsi ad te nuperrime: iamque tibi redditas arbitror litteras meas. Sumus in monasterio sancti michaelis, nec adhuc visitationis offitium cepimus quia durum prius visitari consulunt amici mei morum regionis periti: ut facilius et felicius insistamus officio meo. Plurime se hic difficultates aperiunt. Orate ut dominus adiuvet, cuius auxilio bene omnia successura confidimus. Commendo tibi pater carissime familiam omnem et claustrales maxime ut pro tuam prudentiam omnia illis necessaria prouidentibus tribuantur. Significatum est nobis iohannem puerum cum infirmaretur adeo fuisse neglectum, ut nec vilia et cotidiana potuerit assequi. Id quam moleste feram intelligis: quia non ignoras quanta tibi claustrum instantia commendaverim. Obsecro pater carissime et amantissime ne aspicias malam invidentium voluntatem sed ut decet necessitatem indigentium attendas: ut singulis iuxta preceptum regule pro modo substantie necessaria tribuantur. Nec in huiusmodi pusillanimis fias: quia dominus ministrabit necessaria si in illo confidamus et bene operari studeamus. Preterea ut que tibi in notula facienda descripsimus implere contendas oramus et precipue de reparatione capituli et cellarum heremi, et de tectis nostre habitationis resarciendis: quantum fieri potest: ne trabes et ligna putrescant, et corruant omnia. Noli metuere pater non deerit dominus: nec subtrahet manum clementie sue. Fratres heremitas commendo tibi: neque illis deesse patiaris, eosque pro omnia consolari studeas. Saluta omnem familiam. Vale in domino yhesu. Venetiis. Ex monasterio sancti michaelis de muriano. ix. kl. Iun. Calculum antiqui camerarii ut sollicite poni cures oramus. Antonium monachum de pratalia commendo tibi ut ei necessaria procures: ut quantum fieri potest sine tristitia sit.

Eidem Eustachio

34 Scripsimus fraternitati tue proxime iamque redditas tibi arbitramur litteras meas. Postea misimus panni linei ulnas. ccc^tas. xxxvii.

Oportebit aut adhibere saponem copiosum ad candidatione eius.
Dedimus aut illum Porci camaldulum deferendum. Volum⁹ ut
an omnia claustralib; provideatur. & dein qntum dns iuuerit
etiam ceteris tue cure erit pre ita distribuere ut in omnib; qes
& pax pfecta suetur. Facies pomnia ut tue discretioni prude
tieq; uidebitur: & mitte qui ipm ad nos pannu3 ferant. Vale i
dno & quid de mariano hoie pfido & pdito secutu sit significab
nobis. Salutant te qui mecum sunt omnes. Venetijs. ex mo
mon° sci michaelis iiij. kl. iun.

Eidem. Eustachio

Venimus venetias tandem xvi. kl. iun. iactati an aliqntulu 35
navigatione. Ibiq; suscepti sumus a Venle fre pre abbate mony.
sci michaelis gratissime. Negotia satis involuta & intricata in
venim⁹. qb; componendis qntum dns suggessit vires instabim⁹. Ora
te ut dns ybs adsit votis ac desiderijs meis. Commendo t' pre
quam sepe cmendaui ure familie curam ut in pace omnes &
quiete suiant dno. & omnis sopiat' dissensio. ut cu uenero pro
bare possim fidele ministerium tuu. Fres item heremitas ut
omni obsego foueas pcor: ut cosolati viuant & suiant dno in
letitia. Preterea significamus Venli fernitati tue abbe3 meu3 sci
michaelis aliqntulum conqueri qp frem Bartholomeu olim mo
nachum suum contra edictum uicarij istarum ptiu promo
veri feceris ad sacerdotiu: & ptras adiuum tuas nescio quos pa
nos eius memores & repetas. In quib; item lris te gnale3 uicariu
voces. Ego lras n6 uidi tamen dulcit' admonenda3 duxi fernita
tem tuam ut dum ad has ptes scribis hoc vocabulo n6 utaris
qr moleste id fertur: & nisi fallor te meu3 uicariu tunc institui⁹
nullis partib; tum ire ad concilium putarem. Modo u6 qn in his
ptib; sumus ut dixi: oram⁹ ut ab h⁹ mor inscriptione abstineas.
ut membra oia in pace sint: & omnis scandalorii auferat' occa
sio. Vale in dno. pre amantissime. Venetijs ex eodē mon° xvij. kl. iun.

Eidem Eustachio

36 Venimus xpo miserante bononiam incolomes: nisi quod benedictum meum
acrior febris inuasit quam tamen speramus paucis diebus effugandam.
Itaque ipsius gratia hic aliquantulum remorari oportebit dum fiat incolo
mis: quod proxime futurum speramus. Veniemus recto itinere ad uos
exercentes interim his monijs uisitationis officia sancti petri de luco & sancti
iohannis de prato uetere & de poplena ne intermittamus opus inceptum
& credimus deo duce ante finem mensis huius ad uos peruenturos. Tunc
latius omnia que sunt a nobis gesta conferemus. Saluta & marciotum
nostrum & omnem familiam. patribusque heremitis nos commenda. Vale
in domino. Bononie. ex nostro monasterio angelorum. iiij. non. Augusti.

FINIS SECVNDI LIBRI EPISTOLARVM AMBROSII. INCIPIT
TERTIUS: AD RAINERIUM. VICARIUM. ABBATEM ANGIARY.

I Frater Ambrosius prior. Venerabili fratri nostro Raynerio salutem in domino &
sancte caritatis affectum. Venimus ad forum liuij incolomes xpo
miserante: inde ad ulteriora transituri. Inuenimus apud portum ca
maldulum pannum lineum ex uenetijs missum ante plures menses.
Eum quam commode & secure poteris, inde tolles, mittes qui deferat.
atque ita distribues ut & claustro detur ex eo congrua portio: & cu
biculo abbatum consulatur, & de reliquo familie usibus prouideatur.
Laneum quoque pannum si ex arretio adhuc iuxta descriptionem meam acce
pisti, ita diuides ut diximus tibi: & ut prudentie tue uidebitur congru
um. Heremitas foue iuxta traditam tibi sapientiam, ut in omnibus quantum
fieri potest consolentur & dispensatorem te strenuum ac fidelem exhibe
in domo dei. Itaque ita ut cum redierimus plus consolationis inueniamus
quam cum ex uenetijs reuersi sumus. Tunc enim angustie susceperunt nos
pro tarcij mei defectum. Commendo tibi ante omnia claustrum, ut nihil
illis deesse patiaris, quia re uera illud depositum plusquam oculos meos
diligo. Hortare marciotum nostrum ut perseueret in proposito, & enu
triat pueros illos iuxta cor nostrum in timore dei, & secundum religionis

q. 3.

institutione. Caute prospice omnia: ita patiaris ut fures sint in domo dei: Cubiculum illud forami recepta abeo clavi usui condendi olei: sicuti convenit inter nos, deputa. Quod quidem oleum undecumque colligere studebis quando tempus erit. Dominus Bartholomeus antecessor tuus mortuus est ante duos menses pisauri. Id nos hic didicimus a priore isto: asserente hoc a monacho classensis monasterii se didicisse. Masio commenda officii sui debitum. et conare ut familia non sit ociosa. Opus illud in dormitorio heremitarum quod institutum inuisu et pro clausura et conservatione diligenti puerorum, commenda angelo et nicholao ut perficiendum curent. Vale in domino. Ex foro livii xii. kl. decembr.

Eidem Raynerio

2 Recepimus fraternitati tue obitum antecessoris tui: et alia quedam litteris illis inserentes. Oramus Ven. fr. ut sollicite credito tibi incumbas ministerio. Ante omnia ut arte et ingenio heremitis meis studeas persuadere: ut compatiantur necessitatibus nostris: et ligna fieri patiantur in usum et utilitatem domus nostre: persistantque in gratia nostra. Molliendi est dura cervix blandiore manu. Non enim auctoritate sed humanitate et benivolentia agere instituimus et illos tamquam pullos nutrire ac fovere. Laneum pannum comparari precepimus: et credimus iam id fecerit fraternitas tua. Lineum ipsi in foro livii vidimus apud priorem camaldulensem: expectans ut mittas qui ferat. Mittito igitur quam primum tuto potis et linum et laneum sapienter distribues. ut alias ad te scripsimus. Vale in domino et fac ita te habeas ut cum redibimus consolationem habeat spiritus noster. Nuntio tibi luctum meum: Abbas noster venerande memorie eustachius mortuus est. Cui substituimus abbatem venerabilem fratrem nostrum priorem sancti severi Thomam. Dolemus certe multum: et iuste est causa doloris nobis, tali nos viro destitutos. Vale denuo. Faventie. ix kl. decembr. 4

Eidem Raynerio

3 Recepimus ad te iam pro commendantes solertie tue negotia domus nostre tibi commissa a nobis ante discessum nostrum: videlicet de panno emendo

L. 3.

inuisum familie, exarretio: de lineo item qui forilinij est penes priorem camaldulini conuehendo: caute tamen atque distribuendo prudenter. Credimus sanctitatem tuam diligenter ac fideliter executam esse omnia, quia litteras nullas, nec ullos nuntios aliud significantes accepimus. Oramus autem et obsecramus in domino ut sollicite cuncta pagas ut omnis tollatur iuste murmurationis occasio. Patribus heremitis per omnia defer. et tecta cellarum quae pro tempore licebit resarcire curabis. et hoc obsequio tuo illorum siqui sunt ferociores animos mulceant. Scis quid facto sit opus. Commendamus tibi frater precipue Mariottum nostrum cui quanta poteris sollatia ministrabis. Facies quoque ut sentiat in nobis auxilium tuum: precipue autem opus illud quod in dormitorio heremitarum pro pueris imbuendis instituimus. curabis ut pagatur quia re uera utilissimum erit. Facies item ut serra nostra secet assidue: et tabulas omnes caute seruabis, ne passim pereant. sed solatia ex illis familie usibus preparentur. oleum autem quantum poteris undecunque colligere stude: et comparatis uasis in cella illa forami reconde. firmato ostio clavi. Cupimus enim si fieri possit quolibet oleum emi in annos duos. Vides frater quam multa dete querimus licet hec ipsa tecum egimus coram: sed commonendi causa ea replicauimus. Ficus ex florentia credo iam adduci feceris. Vale in domino et te fac ita exhibeas ut de bono et fideli ministerio laudem possis a nobis promereri hodie peruenimus fabrianum quia domus ciuitatis noluit admittere thomam electum nostrum abbatem nostri monasterii uallis castrei: et orauit nos litteris ut illuc ueniremus. Vadimus autem ut libere obsistamus et iura nostra tueamur. Commenda me patribus heremitis. Vale denuo. Rauenne. vi. idus decembris.

Eidem Ruperto

4 Benedictus tu a domino quia aliquid nobis consolationis tuis litteris attulisti: solus enim tu letum nuntiasti dum res familie nostre bene atque ad uotum succedere scribis. Dolemus patres heremitas non ei rei totos insistere quam uiribus omnibus et omni ingenio querere debuerunt: communioni salutis familie: hortare illos meo quoque nomine ut

id bonum adeo laudabile nitantur introducere: tecumque pro omnia elabo
rare: ut id fiat. nihil certe gratius audire possemus. Domno Iohanni
de pratoveteri litteras ex galeata dedimus significantes illi statum pessi
mum insulani monasterii, ad quod reparandum magnis pecuniis opus esset.
et hortantes ut se ad monasterium de poplena transferret. donec sibi
locum ydoneum inveniremus vel certe si expectare vult in domo
fratris faciat cum benedictione nostra. Illud sibi nunptiabis nomine meo
Gaudeo te cum heremitis nostris bene habere et confido in domino quia per tuam
prudentiam et fidele obsequium bene cuncta succedent. Masius
non venit ad me quia necessario bononiam iveram. Pannum tam lineum
portasse: retulit mihi prior noster. Commendo tibi frater carissime negotia
domus. ut cum rediero consolationem invenire possim. Vale in
domino. Ravenne iii idus decembris.

Eidem Ranerio

5

Ex ravenna scripsimus fraternitati: nuntiantes nos fabrianum ire.
ut monasterium vallis castri reformaremus. Ieramus arimini
ibique comperto quod patria illa armis et bellis vexaretur statuimus
ultra non progredi, ne cum militibus pugnare nobis esset opus.
Scimus fraternitatem tuam de nobis esse sollicitam et metuere ne quid
adversi contingat nobis, maxime cum audieris omnia circa
fabrianum armis infesta. Nunptiabis ista venerabilibus et
carissimis fratribus nostris heremitis et familie. ac Marioto nostro: ut
et ipsi de nobis vivant animo quieto et libero. Scribit ad nos be
nedictus franciscum stramatum nolle acquiescere. ut bona que in terri
torio nostro sita sunt libera sint. Scis nos exemendatos esse non sub
ditos, nec posse quemquam mortalium onera possessionibus nostris imponere
secundum privilegia romanorum et pontificum et imperatorum. Has illa pe
nes te et confirmationem etiam huius imperatoris quam producere potes.
Facite omnia que potestis, ut non gravemur ultra debitum, ne
amittamus iura nostra. Vale in domino et solerter exequere munus tibi
a nobis iniunctum. Saluta Mar. Hie. et religiosos. et pro me sit omnes orate.

Eidem Raynerio

6 Accepimus duas lras tuas simul quibus multum consolaris afflictum alijs molestijs animum nrum. Benedictus tu a dno: qui solus discretione ppria afflictionem addere afflictis noluisti: dum bona spe nos recreas dicens omnia modo bono succedere et melius imposterum successura. Delectati sumus mirifice. ptuam prudentiam animum maioris emollitum ita esse ut et priorem claustralem diligat et abietes incidi pmittat. et te quoque amet. Ita prorsus decet servum dni prudentem ac fidelem et vigilantem. Oramus itaque fr carissime ut psistas ardentius nec ea que cepisti desinas sed confirma caritate maioris ipi in omnes atque in nos ipos. Scripsit nobis lras modo consueto indiscretas et plenas querimoniarum: quia non pot ferre patienter nos ei non dedisse omnem potatem immo dolet ablatam sibi esse [illegible] auctoritatem quam sibi consuetudo vite heremitice tribuit. Nos illi an respondimus rationabiliter et commotionem ei conpescuimus et modo placide ac leniter rescribimus committentes illi negotium ingrendi contra abbatem uncoarceti de quo ille nobis scribit. Monemusque ut secum sumat uel priorem claustralem uel te uel utrumque et ad locum pgat ingsiturus de eo. Precipimus etiam ne hieronymum de balneo uel de praga recipe psumat.
Gaudemus quod dilectissimus por nr claustralis ex pusillanimitatis morbo conualuerit. Hortare illum ut psistat in ope dni: et ardenter prosequatur quod incepit quia hec est gloria nra: hec corona capitis nri. Magnam certe mercedem et laudem consequetur pro fideli hoc ope suo. Nolumus aut ullo modo ut abbas ungarceti immundus hic et impurus veniat ad ipm mon nrum fontisboni nisi forte protrahatur carceri tradendus et reservandus ad aduentum nrum. Nescimus enim an redire possimus: uarijs occupationibus pssi: et itineris difficultatibus impediti. Saluta omnem familiam affectu nro. Vale in dno fr carissime. et ministerium tibi creditum diligenter exeque. Mittimus fidem illam quam petisti pro colligendo oleo. Muriam ex nro mon sci matthye. iij. non. febr.

b

Baptiste chiavello Fabriani d[omi]no.   7

D[omi]no illustri Baptiste Ambrosius. Scripsi nuperrime dignissime
sublimitati tue paucis: q[uod] te vera putabam statim ad uos profici-
sci/ sicuti tabellario & nuntio tue dignationis ad uos reuertenti
pollicitus eram: s[ed] preualentib[us] tunc pluuijs iter aggredi periculosu[m]
erat. Ille u[er]o ubi destiterunt, iam serenato aere / iter aggressus ar-
iminu[m] usq[ue] contendi ut uenirem ad uos: Ibi allatus nuntius ce-
leberrimus/ bellici tumultus/ q[ui] totam p[er]iam urbem infestare fere-
batur: mutauit profectionis n[ost]re consiliu[m]/ ne inermes in armatos
incideremus. & militari furori p[re]da fieremus. Quod si contigisset
ingratum ac p[er]molestum fore excellentie ac beniuolentie tue nequaq[uam]
dubitamus. Itaq[ue] saniore consilio l[itte]ris agere rursum institui: quod
p[rese]ns egissem apud eximiam caritatem in me tuam: Doluimus
fateor ex animo q[uod] celsitudo u[est]ra electum n[ost]r[u]m thoma[m] pusinu[m]
nequaq[uam] admisit: cum r[ati]ones a nuntio u[est]ro allegate nequaq[uam]
ei[us] momenti esse uiderentur ut probabiles saltem essent. preci-
pue conditiones moresq[ue] ho[min]is illius p[er]noscenti. Non h[abe]t ille consan-
guineos aut nepotes/ sola sibi superstite m[at]re decrepita: n[ec] suspitio
de illo e[st] ut adoptare inoenius suerim extraneos & nihil ad se p[er]ti-
nentes uelit q[ui] mon[asterii] redditus deuorent. Est enim eius integri-
tatis ut mori malit q[uam] istiusmodi scelus admittere. Preterea q[uod]
allegabat ip[s]e tue dignationis nuntius: cauendum uideri tibi
ne pusinus homo alteri magis factioni pusinoru[m] faueret cu[m]
tu equa caritate & cives & exules colas: r[ati]onem prorsus no[n] h[abe]t
cum sit ab illo uiro remotissima semp[er] h[uius]modi pestis. Et si sola[m]
illi suspitionem q[uod] excepit exules obstituram putamus, cu[m] mon[asterium]
eius g[e]n[er]is sit ut p[er]uijs omnib[us] hospitalitate[m] tribuat. n[ec] uideo
cur & cives possit suscipe[re] transeuntes. Si enim utrosq[ue] equaliter
hospitio suscepit, quod q[uo]d crimen ex hoc uel tue o[mn]is uel illi[us]
offi[cio] impingi possit. Nempe enim & bone memorie uenerandus
p[ate]r eustachius absq[ue] ulla electione suscipiebat. n[am] tam aut[em] e[st]

aut tibi id unquam obiectum est aut crimini datum. Vide queso mi domine
quam diversa sit opinio mea qui putem immo pro certo habeam pessimos maxime
vitandos si animadverterint cenem suum quesitis coloribus a tua pie
tate repudiatum: quem illi norint optime, idque in suam iniuria
factum arbitrabuntur. Porro quod postremum ille allegavit episcopum scilicet
camerinensem cupere monasterium ipsius sibi vita usurpare constantiam
nostram minime omnino perturbat, qui sciamus inanes ac vecitos
illius conatus fore, nec illi succensuri quod iniqua temptaverit. Denique
vitam ipsam cum sanguine potius exponam, quam istud patiar ut monasterium
illud subripiatur mihi quod venerabilis memorie Eustachius tamquam subscra
ganeum meum sepe resignare voluit in manibus meis. Numquam certe
patiar ut per ..... intemperantiam quod non sit contemptus terminis
suis mobilium singulare subducatur religioni mee: pro quo
memoratus pater amplificando ac servando toto vite sue tempore labora
vit: Non tollerabo ut sint irriti labores eius viri: ut sit vana
quam de mea humilitate concepit opinio, qui tunc solum fere me
rexerit cum me ad hunc gradum promotum iri vidit. Subibo po
tius omnia et mortem ipsam quam istud patiar. Idque sibi velim persua
deat benignitas tua. An vero non advertit dominus tuus per hanc dila
tionem ambitioni locum dari dum differtis electum meum sub
scribere, et hec atque illa allegatis. Vultis ipsi auctores esse: ut Eu
stachii dilecti mei frangatur intentio qui successorem sibi quisset
eligere, non alium quam hunc ipsum elegisset: ita vicium noverat ita
diligebat. Nolite queso id pati ut id monasterium quod antiquissimum est
et venerabile per huiusmodi moras et occasiones pastoris ydonei
solatio destituatur. ne sitis rei apud equissimum iudicem maxime cri
minis. Nempe si vos istud pati nolueritis, quod absit ab huma
nitate ac pietate vestra ego nunquam patiar sed agam omnia providi
tando vite meo ne sim apud deum negligentie ac desidie
reus. Obsecro vos et obtestor per communem fidem, per spem redem
ptionis et retributionis eterne per caritatem amicitie nostre, ne in

hanc necessitatem imponatis ut adversus invicem litigem? Omnia enim ut dixi iam sepius subire paratus sum dum iniunctum mihi divinitus munus diligentius exequar. Et triste ac molestum erit humilitati mee quicquam agere quod contristet vos. Sed tamen necessario id fiet: nisi admittatis hunc hominem. Ita enim placere vobis cupio ut tamen domino displiceam deo meo: quia iuxta apostolum si adhuc hominibus placerem christi servus non essem: et illud obedire oportet deo magis quam hominibus. Tristes ita ac dolentes scripsimus. Novit enim deus qui cordis nostri arbiter est quantum in nobis est servare caritatem erga vos atque omnes inviolatam cupimus. Oravimus autem venerabilem fratrem nostrum abbatem classensem ut se periculo exponeret veniendi ad vos eamque materiam nobiscum pacifice et quiete ageret. atque ipsum electum nostrum bona cum gratia vestra in possessionem introduceret ac cetera faceret que ad negotium pertinent. Eum itaque celsitudini et gratie vestre commendamus ut illum nostri vice suscipiatis cum omni gratia ac bona voluntate. Siquando huic bellico turbini finis erit ipsi quoque ad vos veniemus. ut denuo invicem letemur aspectu. Vos autem omnes deus tueri dignetur et ab omni bellorum inquietudine servare integros atque inviolatos domini merito constantissimi. Valete.

Franc. priori sancti Benedicti. 8

D[olemus] Dolemus frater venerabilis et merito nobis amantissime nos ante profectionem inde nostram non adisse vestrum monasterium ut consolationis aliquid ex mutuo aspectu caperemus. Putabamus autem paucis post diebus nos redire oportere necessario ut delegatam nobis legationem implere possemus et tunc officium visitationis intermissum implere institueramus. Verum expectato iam bimestri tempore nemine nos advocante ultra expectare noluimus ordinisque visitationi insistere decrevimus. Testis autem est deus cordis nostri arbiter. quanto vos omnes cupiamus desiderio et quam ample

L. 3.

xemur affectu: quantumque moleste feramus nos frustratos esse aspectibus
vestris & colloquiis quibus maxime solemus recreari. Nam modo
venire florentiam pluribus rationibus nolumus. ne scilicet ibi velimus
nolimus detineamur alienis occupationibus: quas iam excussisse
a vicariis nostris gratulamur. Sane in hac visitatione nostra gratis-
simum esset si dilectissimi fratris nostri simonis solatio uteremur/ ut
eius & prudentia & consilio & adiutorio rem tanti ponderis
melius & commodius implere possemus/ Non ignoramus quidem
id nos quod clausure vestre instituta postulare. Verum caritas ser-
vare ordinem nescit cum sit superior sabbato qui sabbatum fecit/ possitque
caritatis lex humana iura pretergredi: nullis ipsa legibus subdita.
Neque tamen eius rei gratia clausura solvetur. quam & ipsi cupimus
servare inviolabilem: quippe unus iste casus est qui numquam repetit
invita. Nolumus tamen urgere importunis precibus ne molesti simus.
Ceterum erit gratissimum nobis/ si hunc nobis ad solatium nostrum
prestare volueritis. omnia enim accepturi sumus in bonam partem.
quecumque agere institueritis. et veniente igitur illo & remanente:
eque vos diligemus vestramque in nos amplectemur caritatem. Scri-
psimus secundo iam domno andree qui ulterius exercet milita-
ria studia/ precipientes sub sancte obedientie titulo/ & excommunicationis
pena/ quam ipso facto incurreret/ si obedire negligeret ut se
conferret ad nos/ sed hactenus obedire noluit. Tua itaque fraternitas ex
offitio suo volumus ut hunc publice in ecclesiis nostri ordinis excomuni-
catum denuntiari faciat. atque etsi usquam apparuerit custodie
mancipari ut discant exemplo suo ceteri obtemperare superioris imperio
Commendamus autem tibi frater venerabilis & in christo nobis dilectissime
monasterii tui curam & enutrire studeas vernaculos domini sabaoth:
filiosque tuos scalam iacob diebus singulis scandere & verbo horte-
ris pariter & exemplo ne in huius deserti via residere velint/ sed studeant
duce angelo terram repromissionis intrare. Declinet campestria

moabitorũ & montana ↄscendant. illumq; igne diuinũ quez
dñs yhs uenit mittere interras & uoluit uehement' attendi, extin-
guẽ caueant incõdiby suis, imo inaltari diuino lignorũ fomenta
mane & uespe suggerant pronobis ut dñs yhs dirigat ↄssus nros
inbñplacito suo. hortare ex me omnes & pcipue uenerabilez frẽz
meum dominũ bñdictum quem ex corde diligimus, cuiq; insac°
famulatu felices inspirantur auras. Simonẽ q° meuz offitio meo
salutabis & omniby me ↄmendabis. Vale indño fr̃ carissime
Ex ꝑcẽd mon° fontisboni .x. kł. Jul.

Dño. Ior. Cardinali uesino. 9

D nõ amantissimo & omni mihi offitio colendo, atq; obseruãdo
patri Ior. Ambrosius. Agerem grãs pijssime dignationi tue
q mon̄m illud tam amice tam libere resignaueris nobis, si uerba
quiby id possem cõmode reperirem, uel te id uelle putarem. Verũq;
& bñfitij magnitudine facundiam longe nrãz maiore supas°
& deamore nrõ qui adsumuz excreuit, huic gratulatio iam pẽe
sublata ẽẽ debet: cum sit nihil quod nõ mihi detua inme pietate
cõstanter pollicear. Ideo gratias quidem ingentes, nz tam dicere
ↄtendam ne molestus sim auriby pijssimi dñi mei. Accipe nũc
quod uelim pr̃. Delegatus sum cũ Rome ẽẽz apontifice nrõ
adid muneris ut .V. cc. ducatos mercatoriby debitos imponerez
clero florentino. Dati sunt socij octo uiri optimi atq; inhuiusmoi
rebus diutius exercitati. Egimus quod nobis fuit imparatũ iustis-
sime Judicio meo. cum repente nõ nulli accusare ceperunt &
se grauatos conqueri. Quibq cũ rõnabilr occurreretur, & nõ
solum nõ ẽẽ grauati ueruz & benigne tractati docerent' impa-
tientissimi hõis adromanaz curiam miserunt querimonias pro-
positurj. Eos adtuam dignationẽ pfecturos, opinio multorꝫ ẽ
ne sibi subfragia compararent insugillationẽ nominis nri. Et lz

non ignorem dnum meum nihil qtra rationem ex antiquo in
stituto suo moliturum, tamen qz occupatio subripi facile possit
nihil obfuerit admonuisse. Te itaqz mi pr & dne pstantissime
oro si uenerint adte coerceantur digna seueritate. & ut faciat
onus impositum sibi moneantur. Pluribz id adnd meo impe
trare contenderem, nisi ea eet na rei, ut abste tua sponte dis
cutiendam ac discernendam facile nd ignorare. Visitationis
offitium incepimus magno quidem cum labore nrd, ut uo
luntati tue morem gereremus. Qz si auferre nunc quoqz
arcis humeris & inalios transferre dignareris maxime
ete cum gaudio nrd id faceres. Leonardum dathum iuuene

N. de leonado datho.

optimum & amicissimum ardentis qz ingenij & prompti q
mendo qtum possum pijssime dignationi tue. Meretur profto
abste & diligi & honeste promoueri. Scio tibi carissimuz pro
uirtutiz merito: s carciorem qz faciat nerere e ista qmedatio
mea. Vale mi amantissime dne. Florentie uiij. kl. febr.

10

Hieronymo fri.

Gaudeo hieronymuz minime nobis necessitate grauius erga se
agendi indixisse, paratum obtemperare monitis meis. id si ita
erit sibi pmium: labori postremo qsulet nrd. Vellem affuiss
abbas Iacobus, ut testis eius eet bone uoluntatis. Verum hanc
illi uos significare poteritis, nequid queri possit de nra negli
gentia. Negotium abbatis hui9 me absente commode nequit
terminari. Adero si deus uiuerit cras & cuncta expediente
bene ac debite. Scribo lras nd quidem respondentes eis, quas
ex fauentia allatas ais, eius tamen aquo sunt scripte caz age
tes eas inueni, illi dabis adforum liuij pferendas. Vale
indnd ytu: Ex nrd mon9 pulcherrimo ripolitano v. kl. febr.

Bartholomeo demonte gonzio.

A mbrosius. Bartholomeo suo s. Scribo litteras cardinali de comitibus 11
agens gratias quod monasterium illud nostrum sancte trinitatis prope pusiaz
religioni nostre restituere tandem sit dignatus. Conditiones
tecum tractandas cum illo suggessi: modo fiat renuntiatio et re-
stitutio libera. Te oro agas rem ipsam quanto potes cautius
atque diligentius. Nam quicquid ipse statueris ratum habiturus sum.
Dominus meus ursinus cardinalis libere admodum reddit. Coronense
monasterium abs se impetratum persoluta brevi pecunia abbati angelo xxvii
ducatis scilicet. Sive vult lucidus noster aliquam dari pensionem aliquam
honestam sive mutari intendit dominum ursinum et certare cum
illo offitio et gratia sive dum vivit pensionem habere inde querit
nullam nos repudiabimus conditionem: licet superiores cetere ille
gratiores sint. Ages cum illo pro tempore ut melius expedire
putaveris. rem atque tuam agi existimato. Negotium ipsius domini tra-
ctari commode ut comperimus poterit. Ego ubi operam meam exhi-
bere salva semper honestate potero, nihil omissurus sum diligentie.
Fratribus nostris prius quam florentia exirem dere ipsa verba feci, et licet
illis modice pro tempore durum videretur, vereor tamen ne ne-
cessitate cogantur ut dere et expetunis montis. Monasterium
ipsum thome pusino quem nosti applicare institui, quod antea quam
illud aliquamdiu habuit. Demum maiore quam beneficio pro meritis
merito esse honorandus. De domo sua verba egi cum patre monasterii
et fratribus quibusdam, negotium quod facile spero concludendum, si opera
adhibeatur diligentior. Privilegia que ante professionem ex urbe
nostram impetravimus, ut redire tandem possimus. Dabitur opera
quantum per nos adhiberi poterit ut cito pecunie habeantur ad id necessarie.
Saluta amicos omnes nostros: Vale. Ex monasterio fontis boni xv.
kl. febr. Laurentio de Medicis. 12
A mbrosius Laurentio suo plurimam s. Legi litteras tuas nuper ante
ante quadragesimam ferme dies scriptas, maxima certe cum

iocunditate ac desiderio tui / quippe que plane affectus et amores
illius tui germani ac penitus insiti indices ac testes erant. Ita denique
casum nostrum / et hieronymi optimi ac dulcissimi fratris accubitum luges
ut levis tibi videatur tui exilii erumna. Ita nos consolaris et huma-
nitati et benivolentie ac pietati tue nihil possit accidere. Et quidem
laurenti luce ipsa carior: effecit enim communis utriusque casus ut quod
fieri vix posse putabam amori meo et caritati mutue multum accessit.
ita pro tempore constantiam assumpsi / ut tamen hominem nequaquam exue-
rim / ita sine lacrimis et gemitu fratri iusta persolvi / ut quod ipse pruden-
tissime graviter inclusus dolor latius in intimis spirere et acrius sevire
ac liberius depasci precordia coactus sit. Affuit tamen divina misera-
tio / nam absque consolatione deserit supplicem suum christus / et preter me-
rita mea / preter quam omnium spem / Nam fuit ille in comune multorum
metus ne exanimi angore contabescerem atque omnino deficerem
Recreatus ex dolore sum mirabiliter et sancte glorie consideratio mul-
tum detraxit merori / et gaudio ac letitie materiam uberem constituit.
Ea enim omnia mecum agitavi que tuis literis complexus es / et ad
feliciorem sortem atque ad eternam gloriam hieronymum integer-
rimum monachum ac virginem purum commigrasse ex his erum-
nis gratulatus sum / certus quod de celis ille nos proteget: et eternos
coniunctus lumini perpetua fovebit prece. Modum itaque dolori impo-
sui laurenti carissime. ut bono sis animo: et ratione ipsa / et ante omnia misera-
tione dei / et exhortatione tua persuasus. Sane quod ad vos recegetis
et refrigerari suades tamen / libentissime facerem si preoccupationes liceret
quas obmittere nequaquam possum et nisi ea obstaret ratio quam ipse
cautissime deprehendisti / quam tamen minimi extimarem si melius
ratio aliud persuaderet. Ac nescio quidem an paucis post diebus ita causa exi-
gente sim profecturus ad vos ex ravenna. Illud tamen velim persuadeas
vos numquam animo meo decedere / et absentes licet mecum versari iugiter.
Cosmum nostrum cum videris affectu meo amplexaberis et dulces

L. 3.

filios meos Arimini paucis ante diebus, Bernardum uidi & alios ex
nostris, eosque quantum in me fuit consolari studui. Magno certe gaudio
me susceperunt. Barbarum nostrum & iustinianos, omnesque mei studio
sos saluta offitio meo. Vale Laurenti carissime. ex foro liuii viiii kl. Jan.

Stephano portio Romano equiti.

13 Ambrosius Stephano portio romano equiti s. Accepi proxime suauis
simas litteras tuas: quibus de angelo nostro quid actum esset, quodque cum dolore
tuo pene contritus ac discerptus emintias. Rem ipse nobis suis exposuit
sit & plurimum abste cepisse solatii. ingentemque retulisse miserationis
affectum, mirum est quanta cum suauitate referebat magnum uel ex hac
una re profectionis sue fructum cepisse arbitratus. damnaque sua
cum tue beniuolentie emolumento compensans. Ceterum quoniam inopia
ferme constringitur, teque fuisse pollicitum eam prouinciam sumere
uicesque suas non secus gerere quam si eadem esses detrimenta perpessus
fatetur ingenue: orauit ut denuo tibi eam suam commendarem. Quod
facio equidem libentissime oroque per antiquitatem nostre amicitie, ut eum
in re sua te prebeas quem soles, amicissimum scilicet atque diligentissimum.
Neque pluribus orandus es, ne minus uidear confidere caritati tue.
Marciano meo suauissimo ne inpresentiarum rescriberem ad eam impedimento sunt
occupationes perpetue quibus distrahor. Eius ad me epistolam plenam
iocunditatis ac dilectionis, mirum est quam libenter, quam grate suscepimus: dul
cisque adulescentuli ingenium & propriam obseruantiam mei quo studio
& amore complexus sim. Vale. Eidem: 14

Non eam inficias quin fuerim inscribendo imo inrescribendo ne
gligentior. Nam cum & litteras abste officiosissimas & pignus carissimum
commendaueris mihi: Marcianum scilicet nostrum eximie indolis, & ro
mane grauitatis, summeque iocunditatis & gratitudinis puerum
par erat profecto litteras dare ad te amoris nostri & antiquissime beni
uolentie, ac pietatis testes. Verum uti ne huius tam grati offitii
munus absoluerem complura fuerunt impedimento. Sed inprimis per
petua occupationum moles, que ita me indies premit, ut uita ipsa
tedio sit. Marcianum certe nostrum tum ex tuis, tum ex ghasparis

doctissimi uiri preceptoris sui l(itter)is: tum p(re)cipue ex merito suo magna caritate suscepi, amplexus q(ue) sum amantissimu(m) puerum singulari studio. Atq(ue) utinam liberiorem aetatis inuenissem. effecissem profecto prouincia mea, ut te illum ad me dimisisse no(n) peniteret. Mirum est q(uam) ad hec studia humanitatis exitus, q(uam) ardens sit. ut n(on) desit preptoris optimi copia. que illi ubi adsit curabo prouincibus magnus ut breui euasurus uideatur. Darce opam g(rae)cis l(itte)ris cepit eaq(ue) studia diligenter insequit(ur): cui rei me preceptore utat(ur) uolo. Latinarum illi l(itte)rarum philelfus magister erit. Amplectit(ur) me miro affectu ut etiam nisi intercederet auctoritas tua que summa e(st) apud me, ipa illius in me pietas que et in oculis elucet ad se ama(n)du(m) summo studio impelleret. Nihil illi hortatore opus e(st). equus enim in(?) antiquu(m) p(rouin)cium suo impetu fertur ut nequicq(uam) calcaria admouenda uideantur. Hactenus de marciano n(ost)ro. Commendo t(ibi) fr(atr)em hunc meum senem, proficiscitur ad uos ut monij negotia pagat. Rudis e(st) locorum, negotiaq(ue) h(uius)modi minime callet. Bone tamen prudentie ac religionis uir e(st). Paucis itaq(ue) quid uelimus accipe meiq(ue) monij patrocinium queso ut sumas. Vale.

Eidem. Stephano potio

15 Accepi suauissimas l(itte)ras tuas uetustatem mire sapientes: libensq(ue) plegi. De philelfo n(ost)ro actum puto, q(uonia)m istic locus illi no(n) est. que(m) uehement(er) expeteret. Est ille quidem uir bonus & eruditus. s(ed) ita q(ue) sibi minus belle consulat. Poterat ad nos publico salario euocatus proficisci magno comodo suo. si moderari sibi uoluisset consilijs q(ue) meis acquiescere. Nescio quid nam age(re) instituat. Vereor ni acgescat. ne illum peniteat consilij sui. Nanq(ue) mea ciuitate dicendi arte(m) tradit ut scripsisti, que ex omnib(us) ytalie urbib(us) ad id minime ydonea sit, & ea tempestate hanc prouinciam cepit. ut nusq(uam) possit habitare peius. Nescio quid statuam. Persistam tam(en) illi amice co(n)sule(re) ut se recipiat ad nos: quod si fecerit gratulabimur. Sin minus: aget uice suo. Neq(ue) de illo plura. Fr(atr)em hunc meum ita t(ibi) comendo ut no(n) possim magis. Acturus e(st) monij causam. obsecro illi impendas

operam tuam.

opem tuam: Decimam persoluendam omnibus apostolica sedes indixit pro habendo contra hereticos conflictu. Nos pro inopia nostra huiusmodi numquam onera soluimus, quippe quibus necessaria uictui minime suppetunt: quoque preterea graui ere alieno premimur. usurisque consumimur. Erit humanitatis tue pontifici summo nos commendare, nobisque uel omnimodam ex eius benignitate petere omissionem, uel certe eam impetrare taxationem que ferri facile a nobis possit. Scripsimus etiam sanctitati sue litteras quibus hoc ipsum postulamus. Multum certe conferet negotio nostro si ipse quoque precator accesseris. Marianum meum fac saluere iubeas ex me. Te fratres nostri meritum pariter omni officio salutant. Vale Vir humanissime.

Mariano porcio.

Ambrosius mariano suo pl. s. Libenter amplexus sum occasionem scribendi ad te siue rescribendi magis Mariane carissime. Licet enim semper sis meorum: amorque ille in me tuus et obseruantia prope singularis numquam excipiatur mihi, non potest tamen esse nisi gratissima que tibi grata est ipsius commemoratio, et ex litteris uicissitudine quedam ut sic dicam refricatio. Quam iocunde legerim proxime litteras tuas non est fateor nostri operis euoluere. Fecit has ut suauissime legerem auctoris imprimis meritum, et epistolaris illa compositio, caritatisque mutue dulcis recordatio: et ea postremo fere uirtutis attestatio: animo profecto meo iocundissima. Et si enim de Stephano nostro: ut nihil sit quod non mihi facile deque eius uirtute pollicear facit illa in eo ardens animi, illud ingenium excellens, non ingratum tamen fuit etiam nota recognoscere. precipue cum ab eis referuntur quibus egregia beniuolentie pietate coniungimur. cuiusmodi marianus meus illustris puer et dulcis filius est. Vide quantum tribuam in te quamque amorem indulgeam quod te non dubitarim appellare filium. Quid mirum? cum tu me quasi patre ac preceptore glorieris. Sed ne multis: nihil enim opus est attestatione uerborum eximie indoli tue. Hec ipsa que de se scripsisti, mihi grauissima multorum testimonia confirmant. incredibile quoque dictu est, quanta hunc omnes admiratione suscipiant: quanto studio pro 16

ſequantur: eiuſq induſtriam quibꝫ preconijs celebrent. Quo potiſ-
ſime factum eſt, ut ciuitas nouis ſemꝑ rebus aſſueta & maxime
factioſa: ponēt illum nālem impetum & furorem ꝑmeret inſane
ſeuientem, ſedatiſq tumultibꝫ pacatiſſima fieret. & muno Stephano
nrō pars utraqꝫ acquieſceret, & exturbulentiſſima tempeſtate, ortā
ꝑpriam tranqllitatē gauderemus. Sꝫ hactenus de Stephano nrō
Putabam prope diem adnos profiſci: legatis ingermania acivitate
nrā deſignatis. Sꝫ refrixit intereā ciuiū ſtudium adeo ut incertū
ſit an ſimus profecturi. Verisilr̄ tam̄ ut credam nos ituros multa
ſunt que inducant. Pontificis uoluntas adnos maxime pnā inpmis:
& cardinalis urſini atteſtatio qui in nō partendū ſuis adme tris
ſignificauit. ituruſq ſecum depontificis mente ſine alr̄ ncē admo-
nuit. Habebit ſi erit ea nrā profectio uoluptatis plurimū, q te uel
intranſitu uidebo. Vale Mariane ſuauiſſime. Eidem. Mariano. p.
17 Facit eximia indoles & egregia inme beniuolentia imo uerius pie-
tas tua ut occaſiones & cauſas omnēs ſcribendi adte amplectar ꝑli-
bent mariane ſuauiſſime. Idqꝫ cum grauibꝫ undiqꝫ moleſtijs ꝑmar:
ea eſt enim uirtus tua eaqꝫ dignitas & comitas grauitati ꝯiuncta
ea inme offitia ac merita tua ut nō poſſim nō iocundiſſime tecū colloq
& intui memoria grate acquieſcere. Sꝫ hactenus iſta. Quid modo
adſcribendū impulerit non renitentem ſic accipe fili ꝯſtantiſſime.
Angelus aurifex mirabilis inarte ſua ingenij fraudem paſſus eſt.
Plurima nanqꝫ opificij ſui celata argento & argentea quidem bo-
noniam ꝓxime allata fuere ꝑtio metalli & laboris ſui nec dū ꝑſoluto.
Magnum ſibi ꝑſidium ingmendatione nrā comparare uſus eſt.
eius uotis qꝛ & equiſſimā ſunt: & ipē cariſſimus ē nobis: haud
quaq̄ deeſſe debuimus. Commendo illum tibi mariane carme. Scis
quid facto ſit opus, nꝫ ultra admonendus uideris, cum factū non
ambigam ut intelligat ipm̄ potius ſibi ꝙ te cauſe ſue defuturū.
Idqꝫ cum ex bonitate cauſe que iuſtiſſima ē, tum obgrām nrī
Stephano pōtio ſci ~~car~~mo. clariſſimo eqti & amiciſſimo nrō rē ipē
ꝯmendabis. eiq ſalutē dices exme. Vale. fili dulciſſime.

Eidem Mariano porcio.

Non possum non egre ferre tabellariorum seu negligentiam seu perfidiam, qua profecto factum est ut litteris tuis diutissime priuer Mariane carissime et humanissime. Scribis enim complures ex urbe ad me dedisse, doles quod ut par est nullas a me recepisse ac fere me meam sententiam laberis, ut putes me tibi succensuisse, uel certe clementius occupationibus pressum nihil rescripsisse. Ego tibi dulcis fili succensere possem? Nimirum ea sunt in me tua merita que indignatione ulla et non potius summo offitio sint prosequendas. Atqui male de me tu mea uinolentia imo uerius pietate sentis si nos ita inhumanos arbitraris, ut putes indignari tibi ulla ratione potuisse. Nulle unquam tue uel sectis littere procursus mihi reddite fuerunt, posteaquam roma profectus sum nullus allatus est nuntius, licet animo certe uos semper et orde sepe complectar, meque a uobis pari uicissim obseruantia diligi amari obseruarique non ambigam. Et fuit eo cur nihil rescripserim. Nulle sane fuissent adeo urgentes occupationes mee que ab offitio scribendi quiuissent auertere animum tam studiosissimum. Quamquam quidem grauissimis et mordacibus curis implicitus nec usquam consistere datur seu quiescere corporeque et animo peregrinari iugiter necesse est. Verumtamen nec sit quidem iniocunda potest esse ea uicissitudo litterarum, imo iocundissima oportet sit que a molestioribus implicamentis inuestigari memoriam et inimicitie mee recordationem, ueluti gratissimum indiuisorium ut me recipiam efficit. Littere tue dulcis fili. magnam me in spem indolis tue erexere, magnumque aliquid pollicentur si te scribendi exercitio penitus dederis. Habent in se grauitatem et facilitatem nullaque asperitate offendunt grauiora iudicia. Mitto enim quod sint plene beniuolentie, quantumque amoris in nos tui grauitatem spirent et quam multam prese gratitudinem ferant: dum tu mea inter offitia que quam sint exilia plane noui predicare amplecti exosculari que non desinis. Quas tamen partes ipse mihi conuenientius uindicare ut tibi eximie indolis tue gratias agerem: ne tibi forte ingratum existimare. Pollicerris si uita comes fuerit animum in me tuum rebus ipsis magis quam

uerbis consuetum: ut ea que tue mentis alacritate me tibi obligatiorem factum, nisi mihi omnino desim intelligam. Eam tamen curam omnem atque cogitationem ut abycias te etiam atque etiam oro fili. Sique caritati mee nostre uices plane cupis reddere, uirtuti dato operam. pietatemque colere omni studio memento: que cum in patriam et parentes magna est, tum uero maxima et inprimis quidem necessaria in deum. Ista si accesserit humanitati, nihil in te quod ad summum uirum pertineat desiderabimus. Adhanc ut nobile ingenium tuum et illustrem indolem exerceas, mirum est quam cupiam quam uelim. O. d. m. deu te illa factura est. Dij quippe singularis gratie efficiunt merito: ac dei filij, quosque ipsi in nos clementiam immensam intelligimus totisque precordijs amplectimur atque diligimus. Iuri ciuili te dare operam ex litteris fratris sum factus certior. Probo id equidem si ea ratione ut iuris consultos ueteres quam commentatores ignauos legendos hauriendos atque imitandos moneam. Habent illi in se plurimum dignitatis, uetustatemque elegantiam preferunt quam noui isti interpretes intantum abest ut consequi potuerint, ut perimpitiam lingue sepe uero ne intelligant quidem. Alioquin huiusce studijs nequaquam absque cultiorum detrimento studiorum uacare posses. Si enim antiqua illa et limatiora ingenia professione iuris scilicet claram et orationis que teste cicerone pernecessariam: non usquequaque putabant, multumque illi deesse ad gratiam orationis testabantur quamuis illi ipsi iurisconsulti essent peritissimi, quid ipsi statuere possumus qui iura relinque nudos ac tenues fuerint, illeque ipse tanta barbariei interpretum uiolenter. Triduo se iurisconsultum fore si nauaret operam cicero iocatur in seruium sulpicium, ut appareat quanti eam exercitationem fecerit. Vides de hac re quid sentiam: placet ut iuri plane des operam, sed latine lingue et cultioris muse te damnum nolo pati. Vale fili carissime et humanissime. et. V. Stephano portio fratri tuo quem bononie florentem didici salutem ex me dices. Ex ? mon. fontisboni

Romeo Bononiensi.

19 Ambrosius Romeo uiro humanissimo s. Legi litteras tuas plenas offitij atque caritatis, et integerrimi tui in nos animi indices. Negotium

innocentij illius nequaq̄ ultra ɀmendabo t̄ cum certissime noueri
te meo iuuando plura etiam uelle q̄ posse. Posse aut̄ tantū q̄tum
alium neminem. Itaqꝫ bono aīo & ipe sum & ut uueris ipe sit
efficiam: te hn̄s patronū causę suę. profecto beniuolentissimū &
amantissimuz nri: Q̄ꝫ grate uō apologiam admisim tuā qua
pfidię cum obiectuz refellis purgas qꝫ innocentiam tuam nō est
nrę opis euoluere. Nequidem in̄ fuale probari poterat romeū iu
ditio meo inte germanum & suę ciuitatis int̄ paucos ferme pnci
pem tantum potuisse desipe ut ita sapet matris qꝫ catholicę uel
fastidiret uel detractaret impium cui uberius semp innutritus
esse. Egisti amicissime qui hūc ꝑ nobis scrupulum amoūe tam
sollicite q̄ pie curauisti ne h̄ e egritudine diutius nequicq̄ cru
ciaremur. Egi causam tuam apud pontificem eugeniū nō quidē
ita accurate ac diligent̄ ut tu fecisses uir etate nrā moratoria
summus ſꝫ bona plane fide. atqꝫ ita pontifex ipe opinione sinistra
siquam dete conceperat posita sponte uenit insententiam nrām &
te sibi deuotuz ac summe deditum confessus sit. Te oro uir optime
atqꝫ humanissime non desis offitio tuo sꝫ psistas uti cepisti. Bononiaqꝫ
nrām illustrem ac inclitam posito squalore tyrannicę fuitutis libe
ram eē uelis & sub romanę ecclię umbra acquiescere. Nihil am
bigo fore quin desꝑatis etiam rebus ꝑuam solertiaz & indust
am bonę spei nō nihil int̄ ueat. Imo uō te auctore certū est
ɀmendos fluctus frementes tranquillitatem qꝫ redituā: ut pul
sa tempestatis caligine serenū nobis illuxisse diem gloriemur.
Ego eximia te pietate diligo uir magnifice ac pid eū dete cupio
omnia quę t̄ & decus & gloriam subministrare queant. nullūz
uō argumentum aptius adimortalitatē t̄ ɀparandaz gloriaz offerri
posse merum ipe intelligas. Vale indno & nos constantissime
dilige ɀsumus profecto tui amantissimi. Caroliū nobilissimū
equitem & ceteros nri studiosos affectu atqꝫ offitio meo salutari
uolo. Florentię xvi. kl. Augusti.

FINIS LIBRI. III. EPLARVM. AMBROSII. EIDEM. IIII. INCIP:

ADVENERABILEM. PATREM. PAVLVM. ABBATEM. SCI. MICHA
ELIS: DE MVRIANO.

F Rater ambrosius prior ven. frī suo domno paulo. s. in dnō. &
1. sancte caritatis affectum. Scripsi uenerabili mihi semp dignatiōi
tue mox fere me inipō mee electionis initio lr̄as quibꝫ uotuz meum
ac studium significarem tibi, p̄ces qꝫ fundi pro me impensius orare.
Putabam tibi redditas lr̄as, expectabam qꝫ responsum aliquod quo
recrearer, cum lr̄is ad carissimum frēm nr̄z siluestrum directis ab
ste sum factus certior. te scripsisse ad me responsum qꝫ flagitare.
Dolui fateor plurimum, multūqꝫ miratus sum. Nulle enim adhuc
lr̄e tue mihi reddite sunt neqꝫ ad que respōdeam penitus habeo.
Te p̄cor mi p̄r ut denuo scribas ad me quo semel tue uoluntatis
admonitus, sciam quid fieri uelis. Mihi enim gratissimū erit tue
pomnia obtemperare uoluntati quam nō nisi iustissimā fore ꝯfido.
Atqꝫ in hiis maxime que ꝑtinent ad religionis ꝯseruatione atqꝫ pro
pagationem. Tuuz erit iubere, ego libentissime obsequar. Constitutus
est ille in locis an̄ nr̄am promotionem uicarius generalis uenerabi
lis frē nr̄ tue dilectionis alumnus. Abbas de carceribꝫ. Siquid
illic agendum ē uices ip̄e implebit nr̄as: qui dignatione tuam
magno certe affectu prosequitur. Siquid aūt fortassis inciderit
quo auctoritas nr̄a requiratur necessario: scribas ꝯtinuo: faciaz
prompte que iusseris. Cupio plurimuz uidere uos, ut optatis aspe
ctibꝫ atqꝫ colloquiis tandem merear frui. Modo quidem romaz
ex mandato protectoris & ex uoluntate dn̄i nr̄i proficiscor. Cuz
uō me inde expediuero continuo ueniam ad uos. ut int̄ crebras
curas meas solatii aliquid capiam uidens laudabilem ordinē uēz
requiem qꝫ inueniat spiritus meus. Commēdo aūt t̄ p̄r depositū
pium, quod a dnō ꝑuandū accepisti, ut mon̄ quod te duce atqꝫ
auctore ex nihilo fere me in amplissimū ꝑuoꝝ dei domiciliū ex
citatū est, te item operante diuina gratia felicia incremēta percipiat.
Non solum aūt ꝯ et me ip̄m ꝯmendo tibi, ut tuis filiorūqꝫ tuoꝝ
sc̄um medeꝝ me p̄cibus iuues. Sum enim uehementer occupatus

& ex magna quiete & tranquillitate in vehementem procellam ac tur-
binem iactatus ingemisco. Orate ut dominus prius meos dirigat gressus
iuxta placitum suum nequid preter illius voluntatem contraque precepta eius fa-
ciamus nobisque veluti instrumento suo dignetur uti. Vale pater excol.
mon. xvii. kl. febr.

EIDEM. Domno paulo

Recepit nobis venerabilis frater noster prior sancti matthye postulans ut licen-
2. tiam quandam sibi a nonnullis antecessoribus traditam vendendi possessiones
quasdam faventie positas, ipsarumque pretium in utiliores convertendi, aucto-
ritate quoque nostra confirmare vellemus. Asserit insuper medietatem pretii de con-
sensu congregationis ponere instituisse in fisco prestitorum, medietatem
insuper expendere in reparationem possessionum quas in comitatu prat-
te secundo iam elapso anno emerunt. Verum nos qui ignoramus
an hec ita se habeant, nequid permisisse inconsulte videamur: hoc nego-
tium impense genusque reparationis, utile futurum sit monasterio illi nec ne,
venerabili in Christo paternitati tue examinandum ac diligentius in-
spiciendum committendum decrevimus. ut siquidem utile fore perspexeris an-
nuas auctoritate nostra, sin minus rationabilibus modis obsistas prohibeasque
nostra itidem auctoritate id fieri. Venditionem vero fieri permisimus ea
tamen conditione ut in utilitatem monasterii pretium convertatur. Commenda
nos pater tuis filiorumque tuorum precibus. ut dominus qui me inutilem servum
suum perfici religioni nostre voluit dignetur per nos boni aliquid in honorem
suum operari. Spero post paululum videre vos. Orate ut dominus gratiam prestet
qua hinc celerius expediar. nam continuo dabo operam accelerandi
adventum ad vos meum. Vale pater amantissime. Rome. ix. kl. Maias.

Eidem. d. paulo

Cum veniret ad vos venerabilis frater noster d. hieronymus de praga ad conci-
3. lium pergens, fuit enim conventus ut iret concilii legis, nolui ut sine meis
ad te litteris pergeret quem autem omnino commendo pie dignationi tue. Ceterum
litteras prioris sancti matthye plenas querimoniis & multum tumentes
contra venerabilem fratrem meum filium dignationis tue. d. franciscum abbatem
sancte marie de carceribus nos accepisse noverit venerabilis in Christo pa-
ternitas tua. Ad eum rescribimus ut veniat ad te cum omnes qui

mome exponat. Te enim siquid idem abbas erravit correpturum qui
auctoritatem patris nullum habes. Nos enim nequaquam credimus illum incon
sulte aliquid seu precipitanter egisse. Scribimus eidem fratri nostro litteras
et omnia de consilio venerabilis dignationis tue agat semper. Ita enim
nusquam prolabi posse. Optamus mirum immo sicut conspectibus tuis. Commen
da nos filiis meis. Vale in domino et pro me ora. Ex nostro monasterio Fontisboni.
xiiii. kl. septembris.   Eidem. D. Paulo
Non debui committere ut carissimus et nobis merito venerabilis frater ab
4. bas de carceribus filius dignationis tue sine meis ad te litteris remearet.
Cupiebam quidem ipse quoque ad vos pergere ut aspectu tuo optatissi
mo fruerer ac recrearer alloquio, in magna curarum et occupationum
mearum, quibus ut ipse venerabilis frater noster coram notavit, modo
etiam plus solito premeret moles, ac difficultas obsisteret. Credimus
enim peccatis meis actum: ut destructi ferme ac desolati ordinis
cura nobis permitteretur, atque ea potissimum tempestate, qua omnia de
speratissima viderentur. Non modo enim spiritalis inopia que lon
ge maxima est, verum temporalium quoque rerum omnium inferiore licet
loco nobis iactura deflenda est: ut clamare adanz alto cordis ge
mitu necesse cum periclitantibus apostolis sit. Preceptor salva nos perimus.
Vndique enim summa se rerum difficultas ac desperatio aperit. Non nisi
triste occurrit modo. ut nisi ille manum sue clementie porrigat
nulla emergendi relinquatur spes, vixque possumus existimare ab
illo nos deserendos, qui indignos famulos suos gregi suo voluit
preficere. Confidimus pater iuvari imbecillitatem meam precibus tuis. Illorumque
tuorum quos per evangelium domino genuisti: dumque virorum bonorum vota
nos prosequi reminiscimur: meliore modo et erectiore spe, ipsi quoque
manus meas levemus ad deum. Multum sane solatii et consolatio
nis: ex memorati filii tui fratris mei presentia cepimus, qui laudibus tuis
et congregationis tue satiari non potest. Amabam te pater mirum immo
suavis quoque Christi odor de sancta conversatione vestra iam diudum pervenerat ad
nos. Verum accessisse plurimum fateor affectui ac dilectioni ex tanti vi
ri testimonio, quod in istis ex causis plurimi facio. Videre videor

monii nostri laudabilem formam egregiamque disciplinam quam ex illius ore percepi, multum quod refrigerii inter estus curarum mearum invenerit spiritus meus. Eum itaque tue dignationi tota intentione commendo ut illum consilio atque omnia tuo atque auxilio in omnibus et per omnia dirigas. Urat queso concordia tua pater zelus domus dei. ut si fieri potest diebus nostris pristinum ministerium aliquid in ordine nostro antique sanctitatis ac religionis decor aspiret. Ad id quippe vocati sumus ut in agro domini ubi lolium et avena segetem suffocat continua pietate laboremus. Ora pater ora ut dominus nostris conatibus adesse dignetur. quia sine illo irritum est omne quod nitimur. Florentie. ex nostro mon. xvii. kl. octobris.

Eidem domno paulo

L egimus libentissime litteras fraternitatis tue. quas communis frater dyonisius
5. nobis provincie merito dilectissimus attulit. Non possumus non egre ferre nos tam diu frustrari conspectu et colloquio tuo pater: ex quo adversis casibus nostris et consilii plurimum et auxilii speramus affuturum. Magnis undique comprimimur curis molestissimisque cogitationibus quatimur. Cupimus ea omnia exequi iuvante domino que ad religionis nostre incrementa proficiant, sed via certe difficile ad id patet, nisi sic tamen desperamus divinum affuturum auxilium. Multa se ultro afferunt humano more cogitanti quibus initium aliquod dari possit reparationi religiose observantie. Sed ea admota consideratione diligentiore ipse met damno. Sunt in ordine nostro per dei gratiam adhuc sana membra, monasteria scilicet in quibus viget regularis observatio. Ex his periculose quempiam accerserem in auxilium meum: quia non omnes qui bene subici et regi novit etiam ad regendum ydoneus est. Et si quem avellere a monii secreto temptavero summopere cavendum et timendum est mihi, ne initium ruine dem in firmioribus fratribus, dum singuli ydoneos se arbitrantes, inde migrare iugumque sancte humilitatis sub quo securi et tuti vivebant excutere velle incipiant. Ex eo profecto fieret ut dum in desiderate promptum paratumque remedium appeto, et que stare videntur nutare incipiant et idem decuma illis cogar recipi

dare magno cum periculo & detrimento nostro. Satius itaque videtur bene incedentes confirmare in sancto instituto quam inferioribus offen diculum parare per quod eterne salutis discrimen incurrant. Adeo ut de ipso quoque monasterio in quo enutritus sum profecto venerabili ne minem passus sim sequi vestigia mea. immo aperta omnes protestatione conterrui, ne quis inde umquam pedem movere presumeret. Hec diu enim stabunt una membra, que ut perpetuo stent iugis mihi erit cura semper inter angores meos potius video studio omni, ut que mortua sunt opera divina & perpetuo labore nostro reviviscant: ex verbo erubescant tan dem se despabili sopore tam diu iacuisse demersos. Intendum mihi video remedio salubri ad eos excitandos spe atque omnia in deum inten tissima & oratione perpetua ut summus pater familias dignetur de lapidibus istis suscitare filios habrae. Ad id meam intentionem stantium iuva bunt preces patris. Argue inquit apostolus obsecra increpa in omni patie ntia & doctrina. Ora itaque mi pater orent & filii nostri ut animus cor nostrum lumine sue pietatis illustret & flamma divini amoris accendat nosque protegat a conturbatione hominum & contradictione linguarum. Si super me indignum famulum suum scintilla sue pietatis illuxerit. si cor nostrum sibi vindicaverit: prospere succedent omnia. Noli itaque metuere pater ne quem ex filiis tuis auferam tibi quasi furum nobis animo Non est hic animus noster, numquam id cogitavimus immo & augeri tibi gregem domini & merito & nostro cupio. quantumque in me erit id conitar semper. Gratum est quod mihi commendas venerabiles fratres meos abbatem de carceribus & priorem sancti matthye. Sed vellem in alterum eorum plus esset moderationis, ne semet in secularium aurium probris maledictisque lacesserent: ne mordentes invicem consumerent. Scribitur ecce nobis civitatis nostre nobilibus in favorem prioris memorati & abbatis nostri vituperatione. Id quam indigne feramus explicare non facile possimus & digna severitate punire in tendimus: quando exhibere dabitur presentiam nostram. Interea priori ipsi scribimus arguentes eius procacitatem erroremque demonstrantes. Velle autem & te pater assumere tibi curarum nostrarum partem & utrumque corripe si opus sit.

Nosti quanta cum infamia nostra secularibus mutua detractione aures implentur. Commendat te obsecro zelus domus dei, neque patiaris de nobis huiusmodi susurria seculares audire qui debuerant edificari et bono christi odore signari. Commenda me orationibus fratrum filiorumque nostrorum. Clarissimos viros franciscum barbarum et hermolaum donatum salutabis officio nostro. Fratrem Iacobum simplicis indolis monachum filium tuum commendo caritati tue ne pereat. extinguatur que in illo penitus scintilla bone voluntatis. Indoluimus ipsius vicem atque ad pristinum ovile remeare suasimus. Tu optimi pastoris in morem infirmum fratrem resove et non valentem incedere super humeros tuos attolle atque ad gregem refer. Mauro monacho vestimenta sua modo mittimus que re vera non facile possumus. Commendo illum caritati tue ut eum vestiri quoque sustentes. Ego tibi restituam quicquid pretii impenderis si ita videbitur in adventu nostro. Vale pater. Ex nostro monasterio fontisboni viii idus novembris.

Eidem. Domno paulo

6. Venimus bononiam ut ad vos deo duce proficiscamur. Morabimur hic dies x. Significandum id duximus fraternitati tue ut litteras nobis transitus procures ab illustri domino, simul et fac nostro abbati de carceribus nunties, ut venire possit in occursum nobis. sicuti multum nos oravit cum florentie nos adiit. Vale in domino pater carissime et pro me ora. Bononie ex nostro monasterio sancti damiani vii non. martias.

Eidem. Paulo

7. Venimus patavium deo mittente incolumes, ibique episcopo civitatis et aliis plerisque suscepti sumus officiosissime. Illuc nos adiit venerabilis frater noster abbas monasterii sancte marie de carceribus et sequenti die profectus est. Visitavimus heri monasterium nostrum de porcilia et hodie ibimus ad monasterium montis [illegible] inde profecturi ad carceres. Franciscus conversus plurima locutus est mecum, et dubius sum an sit in monasterio perseveraturus si amoveatur ab administratione temporali. Multa dixit multa item audivit a nobis. hortatique illum sumus quantum fieri potuit per nos ad sectandam humilem salutis viam. Si

gnificatum fuit nobis fratrem laurentium sancti matthie monachum
diu apostatam, modo a priore de consensu tamen nostro receptum, multa et
enormia perpetrasse crimina. Atque inter cetera illud non ferendum quod sa
cerdotium accepit saltu, non precedentibus subdiaconatus et diaconatus
ordinibus. Id si verum est in magnum religionis cessit dedecus ut potest
sacros canones admissum, acriterque puniendum. Volumus itaque ut
hunc fraternitas tua accersiri faciat et rem diligenter examinet. Ac si quidem
reum huius sceleris esse deprehenderit: perpetuo illum ab altaris suspen
dat offitio, et penitentiam aliam condignam tanto sceleri illi iniun
gere studeat. vel etiam si videbitur religionis habitum auferat. quod
in tuo tamen arbitrio ponimus. Scripte sunt nobis ex venetiis litere
sub nomine bartholomei riccij quas tamen vel suas esse vel de consensu
suo scriptas non arbitramur. Novit enim fraternitas tua nos per omnia
illum consolari studuisse. Mitto eas ad te his inclusas ut videas quam
superbe et quam indigne loquatur de nobis. Credo stephani illius esse
qui ad nos sepius venit ignorantis forte quid pro illo egimus
tua tamen cupio ut fraternitas inquirat an sit bartholomei ipsius. ad
moneatque uti sese pro amantissime fratribus ac filiis meis, ut pro nobis
iugiter preces ad deum fundant. Ante omnia te mi pater oro atque obsecro
ut integritatem corporis monachorum fures. infirmos que sustineas ne fi
ant pusillanimes. et quos ipsi consolari studuimus et bono esse animo
iussimus. Scripta illa que polliciti sumus: proxime mittemus
ad nos. Vale in domino amantissime pater. et felicem ac mauros nostros
ceterosque nostro nomine et affectu saluta: Socij mei omnes mirifi
fice se commendant tibi et fratribus omnibus, et vos affectu perpetuo salutant.
Patauij. iiij. kl. iul. Eidem. Domino paulo
cripsimus dilectioni tue ex patauio significantes que circa nos
6\. agerentur. literasque ad nos sub nomine. B. riccij directas misimus, ut
videres quam contumeliose pro bono opere tractabamur: quas tamen non
fuisse ab eo sed a stephano propinquo suo illo etiam ignaro conscriptas ar
bitrabamur. non enim ille habebat ius querele contra nos cuius votis
per omnia te presente obtemperavimus. Mittimus cum his inhibitionem illam

ne pecunie ꝯstitorum & cetera uendi possint, fr̄nitatemq; tuam uoluī
eam portibus sancti mathye, sanctiq; iohannis patefacere, prout inipsis
patentibus litteris continetur. Constitutiones insuper quasdam intuo monasterio
ꝯseruandas, quarum tamen moderationem & dispositionem ponimus intuæ fr̄
nitatis arbitrio ut exillarum quoque contextu satis apparet. Nos enim
uenerabilis pater ita intuo monasterio quæ nobis utilia & salutaria uiden
tur constituimus, ut nihil auctoritati tuæ derogare uelimus. Sci
mus enim te ea omnia & cupere & uelle: quæ sunt religioni ꝯsenta
nea inipso nostro monasterio ꝯstituere. Non debeo tacere apud te pater causam
letitiæ meæ, ut ipse quoque ipsius particeps sis, qui maximus ipsius causa es. Ueni
adistud monasterium uisitandum pro meo instituto, & quanta diligentia licuit
examinaui & discussi omnia: scire cupiens certius, an uera essent
quæ depersona uel abbatis mei uel sociorum dicebantur. Gratias deo pater:
inueni falsissimam fuisse calumniam. Et ita apte omnia tetigi
ut dubitare ultra non possem. Monasterium dei gratia gubernatur
& regitur optime. solumque id deest obseruantie regulari, quod ut
etas uel infirmitas impedit. Erant hic decem pueri tanta in
religione & honestate educati ut nihil puerile habeant preter etatem.
Omnes ferme psalterium memorie tenent, grandique sollicitudine
chorum die noctuque frequentant. offitia diuina & pulchre & mo
rose psallentes. Certe non ambigo sicoram adesses placerent omnia &
magno mecum exultares gaudio uidendo pulcherrimum & lauda
bilem ordinem. Atque utinam talem religionis normam & similem
disciplinam regularem inmonasterio meo sancti mathye ipsius quoque portis
comperissem. Magnam profecto requiem inuenisset spiritus meus, ubi nul
lam prorsus inuenit, solaque amaritudo propinata est incalice au
reo. Placuit ista significare tibi pater ut esses letitie particeps, qui
meroris socius fuisti: simul ut filium tuum abbatem meum cariore post
modum amplectereris affectu. Uere enim dignus est quem diligas
& amplexeris caritatis ulnis, quis omnia adte ueluti adpatrem atque
institutorem suum dignissime referent. Tu enim causa illi bonorum omnium
es. qui eum sanctissimis moribus & legibus informasti, adquem ille

grate ut debet ueluti ad fontem refert omnia. Sed satis de abbate nostro
eiusque monasterio. Meministi pater optime quo in statu quanto cum dolore meo
inuenerim monasterium nostrum sancti mathye quanta ibi bonorum uirorum soli-
tudo sit quanta inutilium copia. Non potuimus uno simul ictu am-
putare omnia omnemque abstergere purulentiam ne maiora scan-
dala sequerentur. Quedam commisimus tue serenitati componenda
in absentia nostra quia tibi tanquam brachio nostro dextero confidenter
innitimur. Et nunc pari ratione committimus ut secretius quemadmodum
dionysium. Is enim licet parum sit constans et a grauitate religionis
plusquam uelimus abhorreat, conuentus tamen in secreto credimus
aperiet omnia serenitati tue atque ab ipso personis ydoneis uel minus
ydoneis percontaberis. dominum petrum de fano in perpetuum amoueri
cupimus quem non integre religiosum esse censemus: immo ex toto se-
cularem scimus. Et licet spes sit illum amouendi in occasione
alterius monasterii: ut tecum consului nollemus sub hac expectatione monasterium
ipsum aliquod pati uel in spiritualibus uel temporalibus detrimentum;
cum nobis reformatio ut debet maxime cordi est. Que uero aut in-
debunt gerenda significabis nobis. nos enim omnem adhibebimus
diligentiam quantum innuerit deus ut domui dei prouideatur utiliter.
Commenda nos fratribus ac filiis nostris ut pro nostra miseria dominum depreçen-
tur. Salutamus te omnes puro atque integerrimo affectu. tam
ego quam qui mecum sunt omnes: humanitatis tue, felicisque &
Mauri nostrorum obliuionem numquam percepturi. Vale in domino pater op-
time et pro nobis ora. Salutat te abbas noster carissimus filius
tuus. Ex monasterio nostro sancte marie de carceribus. iiij. non. iul.

Eidem Domino paulo

Recepimus nuperrime serenitati tue satis prolixe iamque tibi
9 alteram redditas litteras. Postmodum de heremitarum prelatorum con-
silio imperatorem uisitare instituimus. ut potentem beneficum et religionis
nostre protectorem: id quod plerasque imperialia priuilegia ad nos
lata testantur. dignum quod uisum est ut in uicino positi ad eum et
debito nostro satisfacturi et confirmationem antiquorum priuilegiorum

expetitur. Ferrariam itaque ire disponimus hodieque mouebimus.
Que fieri vellemus prioribus ad te litteris nostris aperuimus. Modo id
quod significamus fraternitati tue priorem sancti iohannis de in decia in-
stanter a nobis exigere ut scripturas monasterii sui quas apud priorem
sancti mathye esse asseuerat sibi reddi iubeamus. Meministi
pater nos eam rem cum memorato priore tractasse, ipsumque solum testa-
mentum fundationis monasterii apud se esse respondisse. quod tunc
videre nequiuimus. Volumus itaque ut hunc fraternitas tua denuo
moneat siquid scripturarum habet priori memorato reddere, ut pos-
sit iura monasterii sui tueri. Scire etiam cupimus an ipsi priori insinu-
aueris preceptum de negotio bononiense nostrum. Commenda nos patribus
fratrum nostrorum precibus. Vale in domino. Bononie v. id. sept.

Eidem. Domno paulo

Ex bononia misimus venerabilis fraternitati tue instrumentum vicariatus
iamque tibi redditum arbitramur. Et licet tunc hortati fuerimus
10. ad subeundum onus, tamen modo quoque oramus ut huic sarcine ne subiicias
humeros tuos confidens in domino qui supplebit defectus senilis etatis
et dabit virtutem etiam in senectute. ut possis conari super etatem.
Caritas preterea in nos tua illa singularis laborem hunc leuigabit tibi.
Compateris enim nobis quos multum diligis, laboresque nostros libenter
sustinebis. Vides enim pater in quantis versemur angustiis et ut
undique malis coarctemur. nullaque ex parte ulla spe letiore possi-
mus recreari. Religionis nostre homines et prelati et subditi mole
antique consuetudinis oppressi novitatem spiritalis gratie gustare
renuunt: vixque metu cohibentur ne labantur in ruina pristina et un-
dique molestias istas toleramus ut pene naufragantes clamare co-
gamur ad dominum. Preceptor salua nos perimus. Addit his infirmitas
nostra que multa est nec sustinere sufficit grandiora onera. Ora pater
ut nos dominus ihesus indignos famulos suos dirigere dignetur in viam rectam
ne usquam ab illa deflectamus. Ora item ut hieronymum fratrem nostrum de
lecto infirmitas dignetur erigere. Iam enim mensem integrum

febri detinetur, neque possumus non illi metuere, cum vita quam sit nobis
necessaria novimus. Commendabis illum venerabilibus fratribus nostris
et filiis: pater monachi et fratres omnes se plurimum commendant dignationi tue.
Salutamus ex corde omnes et imprimis felicem ac marcum nostros. Bene-
dictus cognatus noster et amicus: et clemens: pleno nos omnes affectu
salutant. Litteras his alligatas laurentio de medicis reddendas curabis:
qui exul indignissime factus venit ad nos. Eum quoque attentius commendamus
dignationi tue, ut cum diverteret ad nos vice illum nostra consoleris. est
enim nobis coniunctissimus. Vale in domino. florentie. ex nostro monasterio sancte
marie de angelis: xiiii. kl. octobris. Eidem. D. paulo

Recepimus dilectissime nobis fraternitati tue nuperrime orantes ut
iniunctum tibi a parvitate nostra munus exequi dignareris. vicesque
11 nostras illis in partibus implere: nec ambigimus dulcem caritatem tuam
hac in parte nobis obsecuturam. Ita nobis de tua in nos pietate persua-
sum est. Cernis enim profecto quam soli, quantumque solatio omni mortali simus
destituti: nec potes quoque multum nos diligis non misereri, non indolere
vicem nostram quod vere magnis et molestis curis cotidie premimur. co-
gitationibusque inquietis purgemur. Vocati ecce sumus a domino ut
celsa in arbore sedentes: ligni hoc est nave ducigamus qui in humili
et abiecto curarum terrenarum infirmarium que cogitationum ceno volu-
tamur. nec oculos ad celum attollere possumus. pressi infelici onere. Com-
pateris pater optime atque amantissime infirmitati nostre sero, ac pro
humeros tuos nostre sarcine subiicies, nostrumque onus levare contenderis:
et contendas oro: Utque ut ad spetialia veniamus adiit nos nuperri-
me frater orlandus conversus: litterasque a priore sancti matthie reddidit nobis:
plenas contumelie, et turgidi animi indicia preferentes: easdem ad te
mittimus ut videas quanto ille patientia comitateque modestia nostra quam abu-
tatur. Admone illum tu quoque pater stare intra terminos suos. nec prelatum
suum hoc pacto provocare temere: quia re vera id ultra passuri non sumus ne glo-
rietur in sua insipientia. Litteras item dionysii accepimus quibus nolle se illic
ultra remorari aperte contestatur. Rescribimus illi hortantes ad perseve-

rantiam, quia profecto si ille discedat, multum destitus relinquetur prior
iste. monasteriumque percipiet in spiritualibus detrimentum. Hortare illum
tu quoque pater et letis promissionibus releva: quod nos quoque facere studebimus.
Litteras a priore sancti iohannis desiderata percepimus, quibus orabat ut sibi
mathyam monachum permitteremus, quia monacho sacerdote indi-
geret, solo sibi superstite iacobo. et andrea inde profecto qui tamen
ad nos non venit. Quod nos facere omnino renuimus: ne decreta
et statuta nostra videamur infringere. Misimus ad eum Bernardum
quem ille ut ex litteris ipsius accepimus suscipere noluit. nescimus qua
ratione, nisi quod putamus id utriusque intemperantia accidere potuis-
se. Orat nos Bernardus ut eum in aliquo partium illarum monasterio locemus.
Secum tu hanc etiam curam pater adsume. dummodo illius paci salutique
prospicias. Non putamus in monasterio sancti mathye collocandum:
quia ad ruinam monasterii fieret. Ita enim ille intemperans est ita solutus
ut putemus si quid ibi religionis superest eius gubernatione violandum
Facies tu tamen secundum datam tibi divinitus sapientiam. Preterea
in monasterio montiscrucis quedam statueramus ad reformationem monasterii
ipsius pertinentia que a priore ipso audivimus penitus negligi, ipsumque re-
mansisse solum. Qua in re doluimus plurimum. Ad eum scribimus
abs te quoque pater admonendum. Fratrem orlandum ut ex litteris suis intel-
liges prior sancti mathye a nobis postularat. Sed hunc indulgere illi nequaquam
acquievimus ne contra statuta nostra faceremus. Eum fratres hi nostri petierunt
ipseque hic locari postulavit. Itaque votis illius acquievimus. Plura
que scriberentur occurrebant, sed in aliud magis tempus ea reservan-
da putavimus. Non defuit apud nos pater qui de nobis quereretur ac
diceret tulisse. Non tamen miramur quia satisfieri omnibus nequaquam potest
precipue quando pro voluntate quisque sua non secundum rationis normam fieri
cupiunt. Testis est deus quia nihil a nobis sibi nisi recta intentione
gestum est. Ex infirmitate nunquam sed tristes ista. Hieronymus frater
male vexatur, ita ut de illius salute et vita dubitemus. Commenda illum
quesumus tuis filiorumque communibus precibus. Neque illum modo verum et me ipsum

q̄s ut mihi dominus uirtutem tribuat substinendi. Vale in domino amantis-
sime pater. Florentie ex nostro monasterio sancte marie vi. non. octobris. Lau-
rentium nostrum de medicis cum uideris consolare ex me. Eidem paulo
Postquam scripseramus priores litteras accepimus inde graues querimonias contra
priorem sancti matthye quod nihil fere ex his que constituimus in suo
12. monasterio seruetur. imo penitus ignoretur quid constituerimus. Quod quidem
non facile credimus considerantes uenerationi tue hanc fuisse a nobis
curam delegatam. ut ea tam a priore ipso quam a conuentu seruanda iubes
sicut et ipse prior in suis ad nos litteris quas ad te misimus arrogantur ex-
probrat nobis. Volumus tamen ut quid scriptum fuerit nobis nouit
sinceritas tua, insistatque uehementius si ea negligi animaduerterit.
Insuper ea in notitiam conuentus deuenire precipimus ne prior ipse ignoran-
tiam possit ostendere. utque si ea fuerit transgressus deferri possit ad te.
Scribitur etiam nobis illum aduersus senem illum nostrum patrem optimum
insolescere multum: nec illum alloqui: eosque ex conuentu suo qui illum allo-
quantur odiose insectari dyonisium uidelicet atque antonium. Id quantum
decoris sit animaduertis. Ista ut credamus inducit nos maligna il-
lius natura et inquietum ingenium ac superba procacitas. Licet ne ea credamus
admoneat grauitas et diligentia tua qui ut ille scribit non pateris in-
ultum si uel unum iota preteriret ex his. Additur illum puero floren-
tino dedisse habitum religionis: idque contra fratrum uoluntatem. Hoc
si de consensu tuo factum sit non improbamus quamquam sit reliquum ut puerum
ad te accersitum inspiceres et examinares ac siquidem religioni aptum
iudicares permitteres suscipi sin autem abiici iuberes. Conuentum item
male tractari in his que ad uictum cotidianum pertinent nihil ferme
superesse condimenti in pulmentis uinum tenuissimum et marcidum propi-
nari ieiunantibus. Ista uolumus sinceritas tua perscrupetur diligenter.
et siquidem uera esse comperis increpato priore ipso remedium appo-
nas: ut quod exhibent fratres seruitutis sue pensum iuxta preceptum regule
absque iusto murmure faciant. Scripsit nobis prior ipse non posse inter
terminum sibi assignatum obseruare moniis superfluos aditus: petebatque
terminum prorogari sibi. Eam rem permittimus discretioni tue ut

facias quod expedire iudicaueris. Salutamus ex corde uenera
biles filios omnes nostros simul quorum precibus commendari oramus
Saluta in primis felicem meum et maurum ore nostro et officio comitum
meorum. Hieronymus frater meus infirmatur grauiter et de illius
uita temporali modica spes elucet nobis. orate dominum ut et illius
et mei misereatur. Saluta meo affectu laurentium nostrum de Medi
cis Franciscum Barbarum. Leonardum Iustinianum et reliquos
nostri studiosos. Vale in domino. Florentie ex nostro monasterio iiii. non.
octobris. Litteras his alligatas reddes secretius: domino antonio Blanco

Eidem. domno paulo

No. 14 Lugubrem tue dilectioni nuntium affero, ut sis per omnia par
13. ticeps doloris mei. Cui enim magis quam tibi aperiam dolorem meum
cuius in me non merentem tanta extant beniuolentie et caritatis
indicia, ut uel sola memoria recreer. Hieronymus dilectissimus
germanus meus dignationis tue filius hac hora tertia ferme
noctis migrauit ad dominum. Scio fratrem diligis immo quia multum
diligis, uicem dolebis meam qui unico illo et maxime quo sub
stentabar adiutorio sum repente destitutus. Frater erat genere: affectu
filius sollicitudine pater. Me miserum: In quo post hec homine acqui
escam. Quis consilium fidelissimum destituto omni humana ope
suggeret iam. Quis labores portabit meos. Quis pericula pro
pulsabit. Reuerebatur ille ut patrem. diligebat ut fratrem affectum
sepe patris adsumens. Uigebat in illo discipline regularis stu
dium: fraternus amor, et omnium in se prouocabat affectum. Quis
illo ad obedientiam promtior: quis eo purior. Elucebat in ipsis
oculis uirgineus pudor. quem usque ad exalationem anime gratia non
amisit. O me infelicem quem manus domini tam grauiter tetigit.
Ac licet peccatis hoc et iniquitatibus meis imputem quod tam necessa
rio auxilio sim destitutus minora quam etiam quam promeritis patiar
non possum tamen non dolere non flere non ex intimo corde alta su
spiria trahere. Non est enim fortitudo lapidum fortitudo mea. nam

uirtus mea enea. Non tamen audeo reprehendere iudicium domini nec contradico sermonibus sanctis. Et si hec parua sunt maiora adiiciat: donec qui cepit ipse me conterat: dum tamen tolerantiam subministret: nec sinat absque suo adiutorio: quem quidem fratrem nostrum subduxit auxilium.
Scio non patietur clementissimus pater nos super temptari quam ferre possimus. Ac siquidem conuersum ad illum faciem meam propitiabitur iniquitatibus meis imperabit uentis et mari ut fiat tranquillitas magna. Ora pater amantissime ut dominus adiuuet infirmitatem nostram: et perficere imperfectum nostrum dignetur nobisque uti uelut instrumento suo. Commenda defuncti animam: uiuentisque mihi iam uenerabilibus filiis meis quos omnes affectu precipuo salutamus. Scripsimus ad te proxime de priore sancti mathie. litterasque illius ad nos inclusas misimus ut argueres hominis procacitatem. Ad ipsum quoque litteras dedimus eius intemperantiam digna castigatione uerborum insectantes. Fratrem orlandum placuit postea admonitum montisceruum unde uenerat mittere. Scripsimusque priori ipsi litteras arguentes quod precepta nostra suaue contempsit. Si ua fraternitas fuerit de illo requisita quod in contumacia perseueret omnem exerceas auctoritatem illi quod errore ondes suum. Uides pater quam de te confidam: quantum sperem. Necesse est ut pro amore tuo defuncti quoque fratris suppleas uices. Vale mi pater amantissime. Clarissimis uiris et amicissimis nostris Francisco barbaro. Leonardo. et Laurentio de medicis cum ad te diuertent: obitum fratris nuntiabis. Salutabis officio meo plebanum nostrum. Florentie. ex ueteri monasterio. non. octobris iiij. noctis hora. Eidem. Domno paulo

1 Recepimus uix tandem optatas diu litteras dignationis tue: quibus querebaris nostras eatenus litteras minime ad te peruenisse preter duas. Miratі
14 sumus uehementer cum ad te ex bononia et ex florentia crebro crebro scripsissimus. Postremas uero scripsimus significantes obitum hieronymi dulcissimi fratris nostri: ut mestitie nostre te participem faceremus iamque redditas arbitramur. Oramus autem ut te in domino ihesu ut illius animam fratrum nostrorum tuorumque filiorum quam des precibus

Quamquam enim religiosissime vixerit et sanctissime mortuus sit: iuxta prophete tamen sententiam sicut pannus menstruate sunt in conspectu dei omnes iustitie nostre. Confidimus quidem immensa tionibus domini illum invenisse misericordiam cui semper sollicite per bona opera quesivit sibi placare iustitiam. Securi tamen esse nec possumus nec debemus. Nobis preterea pater optime et amantissime que sumus ut miserationis solite viscera expandas: Laborantesque sub gravi onere iuvare digneris. Vides certe quanto solatio simus destituti quam forte amisimus brachium quam simus relicti soli. Ne queso subtrahas manum, nec deseras sub molestissima curarum oc mentes sarcina. Scimus quanto nos affectu dilectionis prosequaris quantumque preter merita nostra nos foveas. Debes id amori tuo: ut nos iuvare velis: quos unice diligis, nec senectutem obtendere et infirmitatem. Est in te pectori gratiam animus victor annorum. Iuvabitque dominus pios conatus tuos si caritatis in te ferveat bonum cupiasque nos iuvare, quos diligis. Egre te ferre significas quod et in locis illis vices permisimus nostras. allegasque infirmo et seni adiectam sarcinam celerioris occubitus causam fore, teque absolvi ab ea necessitate maturius postulas. Sed te precor per viscera misericordie domini nostri ne nos destitutos velis tuo adiutorio. Quis enim nobis opem ferat, si is quem precipuis merito vite sanctimonieque diligimus sese subducat et in tam horrenda vastaque solitudine deserat nos. Que de d. Christophoro scribis ita ut asseris esse confitemur. et aliunde querenda solatia sunt. Scripsimus iam superius pie dilectioni tue de priore sancti mathye. literasque ad vos suas misimus ut animadverteres quantum tumidus sit plenusque superbie. Verum ut ad illum scripsimus nimium lenti sumus, qui contemptum nostrum tam sepe tolleremus. Volumus hunc tua severitas moneat et acri verborum insectatione castiget. Advocavit ex bononia augustinum illum, cui nec religionis habitum reliquimus et de quo tam multa dedecora dicta sunt: adulescentem

protervium contumacem, rebellem sibique similem. Contestare illi et precipue auctoritate nostra, ne ulla hunc ratione intra monasterium admittat. Nam profecto ita ingemuimus adversus insaniam et ebrietatem suam ut illum peniteat temeritatis, si in aliquo fuerit inobediens deprehensus. Vale in domino pater amantissime. et nos fratrum filiorumque meorum commenda precibus. Saluta affectu nostro omnes, Felicem. Maurum. Benedictum, et dilectum nostrum. Salutat te dominus filius tuus. Ex nostro monasterio Fontisboni .v. non. novembris.

Eidem paulo

Binas a tua dignatione nobis litteras reddidit d. Antonius Blancus harum baiulus. Altera ex his obitum Hieronymi suavissimi fratris
15. mei pia lamentatione prosequitur, nosque super illo proprio affectu consolari studet. Altera nobis modice succenset quod propter onus impositum senectuti tue non satis tolerabile, et dirigendi scilicet portus sancti Mathye vicariatum quod senilibus humeris non ferendum adiecerimus mille partibus conquerens, quod pacta non servaverimus tibi totiens postulanti, ne te illo fasce tam gravi premeremus, et declarari postulans, quas illas partes velimus intelligi. Insuper adiciens negotia Vangadicie, carcerum, Vincentini et Tarvisani monasteriorum omnino tractare nolle. Agimus gratias dulcissime in nos caritati tue, qui casum nostrum profecto miserabilem ita doles, et amantissimum fratrem subductum nobis immatura morte ita ingemiscis, ac si in nobis hoc ipse passus esses, ita consolaris, ut affectus in nos tuus mirabili benivolentia emineat, pietatemque tuam, qua tuis et venerabilium fratrum nostrorum: tuorum in domino filiorum et fratris primum incolumitatem et modo eternam salutem votis precibusque prosecutus sis et totis ulnis caritatis amplectimur. Sed te pater optime et in Christo visceribus plurimum diligende per hunc adeo insignem pietatis affectum oramus atque obtestamur ne nos tanto solatio destitutos tuo quasi auxilio desertos velis. Scimus quidem seniles annos ad onera huiusmodi ferenda minus sufficere. Sed memento obsecro quid beatus Martinus, cuius nuper natalitium celebravimus diem, orantibus discipulis ne-

se deseret quis senior q̄ tu / responderit conuersus ad dnm. Dne
inquit si adhuc populo tuo sum necessarius non recuso laborem
fiat uoluntas tua. Cui hec uerba seuerus sulpitius suauiter expo
nens: non ne inquit his paucissimis uerbis tibi dic̄e uidetur. Gra
uis quidem ē dne pugna militie & licet optanda sit seni remissio
post laborem non tam fatiscentem causabor etatem / munia tua de
uotus impleto. Sub tuis signis quoad ipe iussis militabo & pro tuo
castris adstabo. Est enim animus uictor annoꝝ & cedere nescius
senectuti / fiat uoluntas tua. Noli itaq̄ pr̄ si nos diligis nobis sub
duc̄e auxiliu tuū / s̄ nos & uotis ppetuis & aux̄ fidelissimo pro
sequere. Vides certe quantis in angustijs erumnis q̄ u̇semur: utaq̄
omni ex parte desolati sumus. Tu si te subtrahas cui ferme soli in
nitimur / quonam iam eamus & cui imploremus adiutoriū non
habemus. Absit aūt apijssimo corde tuo ut nos desere patiaris
cui & ultra merita foues ac diligis. Induximus tibi pr̄ fiducia ca
ritatis / p̄ocis sc̄i mathye correctionem superbi hominis & contu
matis atq̄ arrogantis. ipi q̄ moñ prostratum quiete subegiz tibi
ut refugium hr̄ent sub halas tuas nobis absentib3 / q̄ eius temerarios
motus & conatus improbos ferre non possent. Vidimus idē tunc
grauem tibi hanc & molestam ēē prouinciam: qui scires ferum
& indomabile hominis cor. egre tandem obtinuimus ut eam
susciperes curam / q2 quem in faciem resistere nobis plenis insipien
tie uerbis animaduerteres / eum abs te dirigi posse aut frenari
non putabas. Amisisti eam curam sub conditione tam si ille pa
rere nellet monitis tuis. Aliqquin ad nos abs te reijciendam pro
testatus es / cum nos tunc facturos ut illum peniteret intempa
tie sue si tibi non obtemparet: p̄nte illo cominati apte sumus.
Meministi pr̄ ita ēē ut dicimus. Deuitario insti tuendo in illis
partib3 scim⁹ quidem u̇bum te ferre nullum potuisse. Nos tam
concessisse tibi aut aliquid pollicitos fuisse non meminim⁹. Immo
semp eius sententie fuimus neminem p̄ter te illis in ptib3 insti

tuendum. Quas autem intelligamus illas partes accipe pater. Hosti duos solere institui vicarios: alterum ultra alpes alterum citra alpes. Te itaque in transalpinis partibus vicarium a nobis institutum sicut alio tempore fuisti intelligas: ad quem recurrere qui volunt possint quoque auxilio et consilio indigent, et in quos delinquentes auctoritatem tibi sciasque attributam. Sane quod quatuor illa monasteria excipias: facies tu prout voles. Ea tamen cum ceteris nos subijcimus tibi et subiecta decernimus. Ceterum si nunc potius correctioni ea reservari malueris, nihil resistimus, et te consolari per omnia cupimus. Integram tamen potestatem et auctoritatem tibi damus in absentia nostra. Sane quod dominum antonium misisti ad nos et quibusdam ex causis medium inter priorem et illum te interponere nolueris, non improbamus quidem consilium tuum, causas etiam iustas esse putamus, tamen id noveris preter adventum illius ad nos sollicitudinem ac molestiam accumulasse nobis ita ut pene tedeat vivere. Litteras enim attulit subscriptas manu fratrum quinque seniorum, crimina porcis continentes, que sint omnino non ferenda. et que absque vindicta non esse vehementer miramur. Litteras preterea privatas quorumdam aperte protestantium se illius insolentiam et incontinentiam ferre ultra non posse, ac nisi mature provideamus remedio salutari omnes monasterium illud deserturos. Nihil illum servare ex his que precepimus: non fratribus necessaria ministrari, quod primum statuimus. ex pecunijs prestitorum, non tecta reparari: non satisfieri creditoribus: preterquam uni iohanni: priorem quotidie adire civitatem: unum in usus fratrum non emi, frumentum et ligna omnia noctu asportari. Aditus quos obstruendos precepimus, licet retro non obstruxit. ut possit licentius et que velit noctu asportare. et quos velit impudicos adulescentes introducere. Adulescentem illum quem ne ultra monasterium ingredi sineret precipientibus nobis te scilicet ac plebano nostro interdiximus: crebro secum esse. Augustinum illum antiquum dedecus suum revocasse. et inaudita atque pijs auribus non ferenda perpetrasse scelera: atque id solum intendere ut pecunias undecunque colligat: neglecto ord

sui monrii cura. Que omnia et scriptis suis illi significavit nob:
et in ore ipso antonius retulit. Ea ut dixi qm a senioribus fratribus sunt in
dicata vehementi nos indignatione concitarunt: et putamus abs te
utrocq nondum fuisse emendata quia ille non obediat monitis tuis / iuxta
quod a principio illi protestatus es / sed ille glorietur impudenter / se aucto
ritate tua scelerum ista facere quia iam curare neminem quia te habeat fau
ctorem sententie sue. Que res qm infamiam inurit sinceritati tue
indignius tollerata est a nobis / scimus enim illum apte mentiri / qui te sui
sceleris consutum / imo et fauctorem dicere non erubescit. An non aptius
potuit eius presumptio notari quam quod litteras a nobis tue sanitati et domino
Antonio missas aperire presumpsit: et sed excuset quod sit illi credendum
expertis admonem. Nos itaque gravi admodum ut cernis necessitate co
stricti / ne monasterium antiquitate ipsa sua venerabile penitus corruat /
caute prospicere et mature providere decrevimus. Ad priorem itaque
ipsum scribimus litteras / quibus illi ut se ad nos intra prescriptum sibi termi
num conferat sub excommunicationis sententia et suspensionis ab officio
precipimus. processuri ad ulteriora si inobediens fuerit. Videmus frater
tatem tuam ex causis rationabilibus excusare iniunctum ipsius correctio
nis officium. Atque ideo necessario ut aspicis / ne monasterium illud omnino
corruat / nobis huiusmodi negotium sumimus. Certe si ipse causam quam gtuma
cem prosequi velis libentissime permittimus et quippe alijs negotijs multum
occupati. Atque ideo litteras ad illum nostras ad te mittimus / ut si quidem ipse
rem prosequi non vis: eas illi reddas / sin autem vis / retineas tibi. et pro
pinquum sed pia severitate plectas: Bernardum monachum in monasterio
vincentino abs te constitui volumus: imo ipsi constituimus: per litteras ad illum
nostras: nam in monasterio sancti mathie prout postulat eum remorari iustis
ex causis omnino renuimus. eas inde advertit prudentia tua. Vale
in domino pater amantissime et nos fratrum nostrorum commenda orationibus / ut
possimus que dei sunt inoffenso pede tractare. non deflectentes ad
dexteram seu ad sinistram / sed recto gradientes itinere. Salutamus vene
rabiles fratres nostros / petrum. felicem. maurum et reliquos / qui tecum et sub
tua custodia domino militant. Gravamur fratres sancti Mathie presbiterorum pecu
nias iohi venerio fuisse assignatas: et ad hoc se fuisse coactos: Non

credimus omnibus que audiuimus. Id tantum dulci fraternitati tue significamus, ut noveris omnia & ut remedium apponas necessarium ne fratribus desint que sunt in usus quotidianos victus vel vestitus necessaria. Petrum de fano dolemus ibi remansisse, sed eius amovendi nullum speciale preceptum reliquerimus quia putabamus ex se ipso discessurum. Vale denuo & prolixiori epistole ignosce. Ex foroliuii id. novembr.

Eidem. Paulo ex officii nostri debito tecum pariter impartiri onera nostra decrevimus a quo auxilium inoportunitate speramus. Excessus subditorum eo nos gravius

16 cruciant quo fuerint ab his admissi de quibus nihil tale speravimus quia & improvisa plus ledunt iacula quam que provideri & caveri possunt. Dyonisius profectus ad nos magna cum gratia & amore susceptus est. Sed minime ut audio respondit officio: acceperat litteras a nobis: Augustino cuidam adulescentulo monacho, quem amori sancti mathye sententiam capituli generalis iustissimis ex causis amovit, tradendas, per quas ei precipiebatur districtius ut se conferret ad nos. obtemperaturus monitis nostris, instabat enim viribus omnibus ut ad antiquum monasterium suum mitteretur. nec id a nobis impetrare potuerat. Et audi queso impudentiam. Acceptas litteras dyonisius florentie dimisit. post octavam diem ex quo inde discederet mittendas. profectus quoque bononiam adulescentem memoratum aut secum duxit aut se subsequi toleravit. eumque in monasterio clugie sancti mathye subscaganeo collocandum curavit. Ista si vera sunt, vides certe quam facile presumpta sint in sancte religionis nostre contemptum. Si indiscussa & impunita relinquimus negligentie rei tenebimur & licentiam videbimur dare criminibus. Itaque si ita est ut comperimus quia fraudem huiusmodi vehementer exhorrescimus memoratum dyonisium & ab altaris officio suspendimus & omni sexta feria in pane & aqua ieiunare precipimus usque ad plenam satisfactionem. eius tamen pene tempus in tue fraternitatis arbitrio ponimus. abs te autem discuti rem diligentissime volumus quam ex eius confessione plenius disces. Porro memoratum Augustinum inobedientem & irreligiosum compelli aliquamdiu incarcerare iubemus ut vel invitus obedire addiscat quam servitutis & superbe parere contempsit. imo tam expresse contra nostram sententiam venit quod totiens illi reditum inhibuimus & tamen redire nobis invitis ac renitentibus voluit. Eum igitur per mensem

fenitas tua carceri mancipabit. & postea mittet ad nos constituendu
in aliquo ex monijs istarum partium, ubi uiuere bn ac religiose poterit.
Or si eius rei executionem ven. fri abbi de carceribus delegare ma
uis: facito arbitrio tuo. Dyonisij tum negotium iniungimus tibi. Vale
in dno & pro nobis ora multum occupatis. Ex nro mon. fontisboni
Kl'is decembris.

Eidem. D. paulo

Meminimus quid fenitati tue absolutionem postulanti promisimus, ni-
hil scilz laboris tibi impositurci plusq nelles ipe. Ita de mon. sancti ma-
17. thye & psona prioris illius monij q de ... offo: sicq; facere in-
tendimus: qr te consolari pomnia cupimus cui magne caritatis
debitores summus. Itaq; statuta quedam nouella d. petro priori trade
da, tibiq; obstendenda dedimus, quibz int cetra illud constituimus
ut camerario ipi monij licitum sit pecunias institutorum libere acci-
pe, atqz illas dispensare prout a nobis in prioribus constitutionibus fuerat
ordinatum. hac apposita conditione ut singulis mensibus fenitati
tue, & priori suo atqz conuentui rationem reddat administrationis
sue: istudqz euitandi scandali gratia. Preterea nouerit fenitas tua
nos allocutos fuisse d. Iacobum de uidera: eiusq; dedecus sua potis
simum confessione & quidem libera & uoluntaria cognouisse, ueruq;
ee que de femina illa nobis tua fenitas dixerat, qr scilz ex ea filios hat
& qr uenetijs prope cruciferos remoretur, lz se nunq illuc iuisse re-
status cum iuramento sit. Ei districte precipimus ut illu inde amo
ueret quantocius & ad locum unde uenerat redire iuberet, multu corri-
pientes eius istam intemperantiam. Oram aut ut fenitas tua illuz
ad se aduocet atqz precipiat ut illum inde remoueat ne sit nrez &
religionis nre dedecus expositum an oculos omniuz. Absolutu se quat
a penitentia reys pontificis summi asserit, continent uixisse biennium
Commenda nos obsecro fratrum nostrorum precibus: Vale in dno. Patauij
xuij. Kl. Mart.

Eidem. d. paulo

Chronicam cassinensis monij, & desiderij dialogum mittent ad te
18. fratres mei, pulchrum sane opus & uolumen. Precium scriptu ac me-
branarum & totius opis ipi scribent qr re uera melius id norunt quoq.

Ei si id psoluendum curabit pia dignatio tua. Florentiam nec statue
ramus ut pontifici occurreremus: sed ea fama euanescente mutauimus
consilium, ut uisitationi cepte insistamus. Sunt qui dicunt nos adeo
cilium proficisci opotere: legatione cleri florentini pfuncturos. Quid
futurum sit certo scire non possumus. Commenda nos fratrum nostrorum tuorumque
indno filiorum precibus. Vale pr amantissime. Ex nro mon sci pet de
luco. xviii. kl. aprilis. Eidem d. paulo
A ccepimus dignationis tue lras quibus uolumen illud chronice cas
19. sinensis te accepisse significas. Gratum est quod uoluntati tue satisfactum
fuerit. Breuiationem donati a nobis olim factam accipies paulo post.
D. Iohanes ad nos non uenit sed concessit adheremum, ibique a pribus
heremitis detinetur. Que tam pcipimus in mon fortis boni collocari.
Dolemus quidem pr antiquos fres discedere ex mon, sine uerius
abijci, sed qm iusta ro subest non possumus nec debemus ferre moleste.
Scimus prudentiam tuam non nisi bene omnia & iuste disponere:
quieto & tranquillo aio & secundum timorem dei & regularem
institutionem: atque ideo iudicia tua accipimus. Placet magistrum sicut
ti cantus prouidisti iunioribus fratribus, ita et gramatice preceptorem
rem eis prouideas, qz re uera magnus in fructus & honor dei
proueniet: si iuuenes lectionibus sacris iuxta preceptum regule dare
operam poterunt. atque illo studio a cogitationibus secularibus animum
auertent. Oro ut sancti mathye curam non penitus deseras: sed ro
nem camerarij & uideas & scires apud te. De fre petro conuerso
quod audisti uerum non est nos credimus illum in mon sancti iohis
moraturum, qz non illud permitteremus. Ceterum si illuc aduene
rit p unum mensem aut duos mutandi aeris causa qz dixit nobis
aerem illum mon decarceribus non sibi ee conformem, & oppotere
ut aliquantulum inde discederet, nolumus ut fenitas tua id grauiter
accipiat, pro conuentuali certe nunquam ibi morabitur. Ut audisti
pontifex florentiam uenit, summoque honore susceptus est. Nos illuc
ex pisis secuti sumus, sermone que plurimum cum ei sctitate dete & de tuo
mon, eiusque egregia disciplina habuimus. De mon sancti mathye

eiusque priore multa contulimus, satisque illi displicet tam nobile monasterium meliori capite non regi. Scripsimus ad te proxime orantes ut ex officio tuo fratrem hyeronimum conuersum monasterii de in dieta: de quo nostri de medicis scripserant in uno ex eis monasteriis collocares quocunque maluisses. et nunc idem scribimus: oramusque ut si factum non est fiat. Saluta obsecro officiosissime plebanum nostrum et reliquos nostri amatores. commenda nos orationibus fratrum filiorumque nostrorum. Benedictum meum nostro nomine benedicito. Vale in domino pater optime et pro nobis ora. Florentie. ex nostro monasterio sancte marie de angelis. iii. non. iul.

Eidem. paulo

Scripseram dilectioni tue nuper me ex nostro monasterio de carceribus ui necessario aliquot diebus remorati sumus: in crast summo
20. mane discedimus uicentiam profecturi. Misimus et constitutiones quasdam, non quidem iubentis arbitrio, sed suadentis affectu: eas apud te si placet seruabis et dum opportunum uideris obseruandas propones uel omnes uel earum partem. Tuo enim eas iudicio sponte moderandas subieci: nec eas solum, sed nostra omnia tuo libentissime subijceremus arbitrio. Atque utinam patris tui copiam maiorem habere uel etas tua uel occupationes nos nostre permitterent. Multum certe solatij curis nostris accederet, multumque consilij in rebus dubijs et emergentibus cotidie casibus nos habere gauderemus. Quod quia non datur ita merentibus peccatis nostris: uel in his que fieri per te possunt, te oro per misericordiam domini nobis opem tuam ne deneges, nosque patribus tuis primum, et uenerabilium fratrum nostrorum, tuorum in domino filiorum. dein consilio necessario in his que occurrunt auxilioque prosequaris. Commendo tue dilectioni negotium graue quidem et molestum, plenumque tedij: a nobis tamen in uirtute sancte caritatis iniunctum sancti felicis mathye monasterium, potius quam ipsius: quod quanta nos solicitudine et merore cumulauerit minime ignoras. Ex litteris tuis didici te ea prosequi, que tibi iniuncta fuere sed uereor ne lasses ea animo siue deficias ex consueto uocabulo tuo pleno facetijs tuis inserto litteris. Te oro pater atque obsecro ut me adiuues et quem parentem officiosissime humanissimeque tractasti, absentem et diligas et opportune foueas in hoc presertim negotio:

quod dici non pōt q̄ sit nobis cordi. Adsume tecum fidelissimū labo
ris sociū amantissimum nři plebanum sanctę marię: cui etiam hac
ipā de re scribimus: atq; ambo hominis illius quem saluū cupimꝰ du
ritiam & obstinatum animum frangite: ne in pniciem suam calces
contra stimulum iactare uelit. Sit bonus: sit humilis: sit quietus: sit
bene religiosus: discatq; in monᵒ suo remorari / ut & diuinam et huma
nam gratiam possit promereri. Audio illum nec dum quiescē / & monᵒ
sepius egredi / lz hoc lrę tuę nequaq̄ significent. Atq; ideo nō satis credo.
Laurentius non uenit ad nos / quem te missurū pollicitus es. Uereor
ne aufugerit: siquidem patauii uisum an̄ hoc biduū didicimꝰ. Gratu
lamur d̄. ricium nō scripsisse illas lr̄as / nā nos putabamus eū ita po
tuisse scribere / & referre contumelias beneficiis. Sz stephanū tarcinsa
num potius in causa eē credimus: quem grauiter etiam an̄ discessū no
strum fuisse de nobis conquestum publice coram plerisq; nobilib;. hoc
nobis fr̄ abbatis nři retulit. qui illum conquerentē audiuit. Sz nih
ad nos q̄q̄dem iniuste fama nr̄a uexatur. Misimus fr̄nitati tuę mā
datum illud inhibendi uenditionem ꝯstitorum / & oramus ut exequi
uelis quę mandauimꝰ: nā te monij hiꝰ in quo re uera multū ꝯsolati
sumus: q̄z falsa dep̄hendimus quę de memorato abbate nřo filio tuo
temeritas effrenata uulgauerat. Et quidem cum eam sollerti inda
gine pquirere studuissemus: ut erat debiti nři: atq; ut tales multos
haberemus alumnos. Meliore profecto in loco res nrę ꝯsisterent. Sz
satis de abbate nřo. Commenda nos obsecro seniori nřo plebano: &
fr̄ibꝫ omnibꝫ p̄cipue felici & marco / quos omnes q̄ mecū sunt pu
ro affectu salutant: memores humanitatis eximię / quam abs te
pr̄e & a tuis omnibus: maxime a memoratis uiris p̄ceperunt. Uale
in dn̄o. pr̄ amantissime. Ex nrō monᵒ sanctę marię de carceribꝫ
vi. id. iul.

FINIS LIBRI QVARTI EPLARVM AMBROSII: EIVSDEM
QVINTVS INCIPIT. AD DOMINVM. MARIOTVM. ARE
TINVM. DILECTISSIMVM. SCVM.

[D]ilectissimo fratri in xpo mariotto Ambrosius. Vir uen[erabi]lis
Bernardus abbas tuus exegit a me familiaritatis iure
ut ad te aliquid scriberem asserens te mei amantissimum
ac sacris l[itte]ris religiosis q[ue] moribus deditum. Ego et si te
corporali dum taxat effigie corporeis q[ue] liniamentis
ignoro, gratulatus tamen tanti uiri de te tam graui testimonio lib[e]n[ter]
1. [ex]pleui quod orans postulabat. Et scribo igitur ad te p[er]libenter mariote ca-
rissime & te ad ea hortor studia, quibus te ultro deuouisti probitatis
& humanitatis. Non enim es ignarus quid premij quid honesti de-
coris maneat uirtutis emulos, sancteq[ue] ac religiose obseruationis stu-
diosos. Hi enim profecto iam future beatitudinis spe & expectatione
felices sunt quos seculum nulla presentis uite uoluptate contaminat, nul-
la fede oblectationis colluuione sollicitat: sed celso animo inuictaq[ue] con-
stantia, fragilia cuncta mortalia q[ue] supgressi, uirtutis gratissima fru-
untur pulchritudine: nihil q[ue] quod se ab ea auocare possit patiuntur
aspicere. Vides nempe uti uirtus hoc etiam in tempore sua habeat
premia, et quidem permagnifica ac dignissima. Quid enim tante men-
tis celsitudini conferri queat? At ex his conijcere datur, quid gau-
diorum in futura illa & perhenni uita suis amatoribus prebeat: si eos adeo
illustres ac beatos inter huius mortalitatis pericula ualet efficere. Ad hanc stu-
diose sectandam hortor te equidem frater unanimis, adq[ue] illi decore
inexplebili auiditate expetendum incitare desidero: ut eius sacra &
ueneranda facie frui quoq[ue] merearis. Quid aut[em] uera uirtus est
nisi illa quam apostolus tradit, dicens xpm dei uirtutem & dei sapien-
tiam? Hunc uirtutum omnium fontem: hunc totius perfectionis aucto-
rem: ut toto haurias pectore hortor atq[ue] commoneo. ut in te illius pol-
licitationem fiat in te fons aque salientis in uitam eternam. Nihil
tibi ex omni uirtutis specie deesse poterit, si illius in te suscipias & am-
plectaris parentem. Non sapientia, quo enim pacto, cum sit ipse sa-
pientia patris. Non fortitudo, quippe cum sit ipse d[omi]n[u]s fortis & potens
in prelio: qui alligauit fortem armatum, eiusq[ue] abstulit spolia. Non
iustitia: ipse enim factus est nobis a deo pretium iustitia & sanctificatio

Non prudentia non temperantia: quippe sine illo nulle iste sunt: non gloria cum sit ipse rex glorie: non opes. Quid enim eo opulentius qui regnum seculorum possidere promeruit. Nihil denique clarum et expetendum eximio huic possessori deesse satis constat. Studijs huius dare operam perge frater carissime, ut eterne felicitatis hereditate beatus sis. Sed nimis multa nunc ad te primum scripsim. Tu ueniam dabis caritati. non enim potui nec debui patris tui non parere iussioni, nec fuit mee potestatis scribendi continere impetum breuitatis que breve rationem: Vale in domino yhesu et nos dilige, quia et nos te profecto diligimus. Florentie ex nostro monasterio. iiij. id. martij.

Eidem Marioto

1. Ambrosius Marioto dilectissimo fratri s. Accepi nuperrime litteras hu-
2. manitatis tue: teque meis letus gaudensque complexus sum. Animaduerti ex eis dulcem in me animum tuum: gratissimumque affectum recognoui. Video quo studio quo affectu legeris epistolam illam meam, adhortationemque paruitatis mee, qua auiditate susceperis. Ego gratias deo qui pectori tuo tantum mei desiderium inspirare dignatus est. Nihil in me certe est: quod uel appetere debeas uel expediat imitari. Nam et predicationes uere sunt quas de humilitate mea uel ex abbatis tui uenerabilis uiri, uel ex reliquorum mei studiosorum ore percepisti qui quam amore affectuque labuntur ea de me loquendo non exspaciantur, que quam ita cupiunt in me esse putant. Quorum ego errori et si facile ignosco, quippe quibus ex nimia dilectionis ui id persuasum scio: non possum tamen non egre ferre me non esse quem putant: idque fortasse christo miserante ex hac illorum tam prona in me tam pia uoluntate lucrabor, ut esse tandem incipiam cupere quem diu nequiquam fuisse arbitrantur precibus eorum meritisque subnixus. Primum uidendi nobiscum desiderium et ex tuis litteris et ex communis patris uerbis didici: Mihi quoque id Mariote carissime uoti res esset si quo fieri pacto potuisset. Quinam uobis ista dere fuerint sermones mei, melius ex ore ipsius abbatis addisces. Aspirat deus cordi tuo carissime frater ut quod ardenter appetis animo implere ac perficere possis. Meum profecto circa te studium

idest ut quoad liceat numquam tibi defuturus sim. Vale in domino & brevi-
tati epistole fac ignoscas: Sum enim ita occupatus ut prolixius scri-
bere ad te non detur. Florentie: ii. kl. iun.

Eidem Mariotto

Ambrosius Mariotto fratri sal. Legi hoc fere momento litteras tuas
quibus dilectissimo fratri antonio aperis intentionem tuam. Aperuit ipse quoque
3. sermones nostros aretii familiariter habitos. Non licet mariotte ca-
rissime prolixiores litteras dare ad te quia is responsum expetit noster
& qui tuas detulit iam redire festinat. Paucis tamen tibi sensum
aperiam meum. huiusmodi fuisse te voluntatis fateor numquam hactenus
comperi, ne tu quidem cum de te prolixius sermo inter abbatem tuum
& me agitaretur. Nam profecto currenti sponte adhortationum
stimulos adiicere curassem: & festinanti equo admovere calcaria.
Rem ita accipe frater amantissime. Abbas sebastianus ita in gratus
& carus & profusus in bonos omnes & in me non merentem huma-
nitate & gratia ut nihil supra. Tu si te ad nos conferre pro stu-
diis insequendis institueris, & vel sententia mea, vel auctoritas propria
apud te valet, neminem tibi magis expetendum censebis. Est
enim vir ea facilitate, religione, comitate ut felicissime apud
illum te futurum & sperem & polliceri audeam. Adest illi prete-
rea ingenium nobile & a studiis tuis minime abhorrens. Ex quo
necesse erit gratior sibi tibique convictus communis fiat. Itaque si me
diligis, si me a te diligi tibi persuasum est, ocius advola, ac libere
in illum tui curam proiice. Facies id profecto securus. Novi hominem
plus illi de te quam de se erit cura, nulloque loco deerit commodis tuis.
Vale in domino. Florentie quam raptim. iii. kl. octobris.

Eidem Mariotto

Frater ambrosius pauper inutilis mariotto dilectissimo filio nostro
4. sal. in domino & pure dilectionis affectum. Decrevimus fili inter
angores nostros quibus assidue crucianum uti solatio tuo. Tibi itaque
in virtute sancte dilectionis iniungimus ut quam primum te conferas

adnos subiturus nrorum onerum partem nrisq monitis obtem-
peraturus: que adlaudem dei & nre religionis augmentum nō ambi-
gimus futura sunt. Vale indnō yhu. Exnrō mon fontisboni vi. id.
Augusti. Eidem Marcioto
am fili carissime alijs lr̄is nris te inuitate amoris hortati sumus
ut proficisceretis adnos. Est enim opus nobis solatio tuo atq ope
inter angustias nras quib undiq premimur & fere succumbimus.
5. Sz dns adiutor ē: qui mergendis sine gratie sue psidio ut possimus
emergere manū sue clementie porrigit. Itaq fili dulcissime patri
laboranti pie succurre, atq inmilitiam adquam xps dns te pro nos
euocare dignatur accingere, paratus proillius nomine & consolatione
nrā: totius q religionis nre iam collapse reparatione nobiscū la-
borare. Memoria teneo fili q prompte obtuleris opam tuam inre
nrā imo dei. Te igitur iterum atq iterum insancte caritatis uirtu-
te monemus ut ultra uenire nō differas: sz aduoles protinus ad-
nos percepturus adnō probono ope mercedem bonam. Vale indnō
yhu. exnrō monasterio fontisboni xvi. kl. sept. Eidem
ccepimus lr̄as tuas quib multum excusas q adnos huc usq non
6. ueneris allegans rationes nequaq improbandas occupationū ua-
riarum atq discriminum itineris nequaq tuti & multū dubij.
Ea omnia ut diximus probabilia sunt. Ceterum intuenti q apte
q libere & coram & plitteras pollicitus sis nobis opem tuā assiduumq
ministerium & familiare contubernium: suspicio incidit: ne tibi
quispiam dissuadere forte conatus sit profectionē adnos tuam.
Cupiebamus te fili inpartem curarum nrarum uel papua trahe
& id t munus iniungere, quo nullū dignius nullū gratius hre posses
& inquo solo spes ē atn ordini iam fere penitus merso emergendi affo-
re utcumq facultatem. Id tecum egissemus uerbo: quid q uellem
coram explicare satius putabamus. Difficultate rei te credimus
fuisse deterritū ac prius aproposito aliquatenus defecisse: q re ue-
ra pdifficilis ē & fastidio proxima puerorū cura: quorū tibi edu-
candorum intimore dei atq imbuendorū lr̄is munus delegare

instituebamus. Verum si quanti istuc faciamus intellige possis qtiq
existimemus, non modo non desistes, uerum ultro te mei ingeres. nāq
metus ille latronumq piculi caute declinari possent. Venias itaq fili
florentiam ubi modo sumus, ut ista gmodius tractari possint, si tn
absq piculo fieri liceat. Vale fili karissime. Florentie. id. septembr.

Eidem. Mariotto

Mictimus dilectissimum filium nostrum paulum, ut suppleat defectū
absentie tue, nequid scandalorum possit oriri. Ceterum qm̄ nobis
7. admoq necessarius ē non intendimus eum illic remorari quo mit-
titur. Volumus enim ut adueniente uicario monij puppiensis te g-
tinuo aduuq mon̄ gferas iustis ex causis. Contendimus modis dib
abijcere sarcinam nobis impositam uisitandi alterius ordinis nq
tam facili & tam celeriter uoti gpotes ēē poterimus. Intereq tu
monasteriū tuum curabis & nos agemus cum abbate tuo florē-
tie, ut te nobiscum ēē nō moleste ferat nq pabsentiaq tuaq quē
piam tibi substituat. Que omnia inotio & coram magisq̄ hoīs
aut subito agenda & tractanda sunt. Vale indn̄o. Sorys nr̄is
scribimus ut mittant celerit quē mitte instituūt. Arretij exmo°
mon° sancte marie ingradibq: non. decembris.

Eidem. Mariotto

Qua primum die profectus anobis ueni adpratum uet?: felicē
illum nō uidi: dulcem tamē ipi° paulum amplexus sum, egregiā
8. indolem inannis suis p̄se ferentem. Credo patris aspectuq illius
nobis infirmitas tulit. Aliogn illum uisitasse offitio caritatis. An-
tonium illuc adnos accersire uisum nō ē, aq postridie illuq adire
cogitabam. Perea qppe loca transituri eramus ubi ille habitabat.
Sq cum sero ex certis auctoribq prepissemus, q ea die ypm iter
confecerant, loca illa piculose adiri, mutato consilio, pluōr qdem
s tutius iter agē delegimus: sic q uirum illuq nō sumus allocuti,
sumptum tamen adilluq misimus q eum nr̄e uoluntatis admo-
neret. et credimus uel iam satisfecit. uel gtinuo uotis nr̄is satis
faciet. Venimus bononiam secunda mensis incolomes xp̄o miserāte.

nosq3 minus q̃ ceteros itineris molestia fregerat. Frequentes ad nos
concursus amicorum & nobilium fiunt. & credimus plusculum q̃ pu-
tabamus isthic remorari necessario. Commendo tibi fr̃ carissime
depositum meum: depositum pium: pueros scilz nostros quos in dei ope
informandos accepisti. Scis quid uelimus: quid cupiamus: q̃to ad hoc
studio & amore rapiamur: sz plura scribere impatientium uacat
qz festinus urget tabellarius. Vale fr̃ amantissime & nos tuis
puerorum qz precibus adiuua. Ex inclo mon° sti. damiani. vj. non.
maias.

Eidem. Marioto

Accepissamus nuperrime dilectioni tue iamqz tibi arbitram redditas
litteras nras. Nec modo quidem pati debuimus ut uacuus Marcuz ad te
9. litteras reduceret uenerabilis fr̃ nr̃ abbas monij uallis castri. A quo facti
certiores q̃ta te humanitate adiusus illum: q̃to studio erga ͭ creditum
ministerium habes: non potuimus non gestire gaudio: non exilire
letitia. Et si enim ita nobis psuasum erat: magna detua indole
beniuolentia: uirtute: pietate sentientibus: nihil qz te aeque ac no-
stris desiderijs morem gerere optare sciebamus. Est tamen ea rei
natura ut iocunda queqz commemoratione ipa nõ nihil iocundi-
tatis adcumulum sumant. Egimus deo gratias fr̃ ex animo inten-
tius orantes ut initia nr̃a imbecilla lz. secundare successu meliore
dignetur: faueatqz comunibus uotis. Etsi libet enim ad reparationem
claustri maiori auiditate feramur: non tamen nr̃a fere dixerim tuis
desiderijs arbitramur antecellere. Ideo te obsequentem & uotis nr̃as
more gerere paratum gratulamur. Remittimus ista q̃ nõ sunt repe-
tenda necessario. Te fr̃ carissime & nobis dilectissime oramus uti
tenuitatem psentem equo animo feras: certus affuturam nobis miseri-
cordiam dni & ampliore prouentu tristitiam parciendi psiliorum co-
piam in gaudium conuersuram. Quid de ylariano constitueri nosti
uti scilz respondeat ͭ & c. Antonio campino iniunxi pruntum ut
pannum ad te pferret. Commendamus tibi fr̃ cure tue commissos
pueros: ut eos in timore dei & spiritu sancto indesinenter erudias.
Vale in dno. Salutant te q mecum sunt omnes. Bononie. Ex inclo
mon° sancti damiani: vj. idus: maias.

Heremitis.

Venienti ad nos venerabili fr̄e nr̄o Eustachio afflicto multum
ob insolentiam & pfidiam d. Marciani quem pro mon° vicarium
instituerat: consolari illum quantum licuit studuimus. Ab eo didi-
cimus quid de fr̄e nicholao converso nr̄o factum sit, multumque
10. doluimus illum tam pverse egisse seu cogitasse. et quoniam in domo
dei pacificis oportet assistere & ab eis scandala procul amovere
volumus & ita vicario nr̄o mandavimus eum alibi collocari, ne
offendiculi materia sit. De domno item mauricio nuntiavit nobis
quod velit obstinato animo adire cellam vel maiorem instituere fr̄em
dominicum. Dolemus quidem illum sani ac robusti corporis ita
desilire a proposito quietis, sed tamen ut praestet contra voluntatem suam
cogere nolumus pro vitandis scandalis. Itaque contenti sumus ut va-
dat, quia re vera sacerdote ibi opus est. Sit tamen in arbitrio vr̄o utrum
illum tanquam heremitam illuc ire velitis, an veluti remotum ab heremo.
De cetero fr̄es amantissimi oramus vos & obsecramus in dn̄o yhu ut
sitis unanimes & uno spiritu, atque uno ore glorificetis deum &
patrem dn̄i nr̄i yhu xpi: simul ut pro me misero oretis qui presto
magnis angustijs animi afficior, dum negotia religionis mihi
credita non sicuti est desiderium meum progredi inspicio. sed tamen
diffido de misericordia dn̄i si me vestris prosequamini precibus. Valete
in dn̄o dilectissimi fr̄es. Bononie. ex nr̄o mon° sc̄i damiani. iiij
id. maias.

Marioto:

Quamvis nihil ferme esset quod scriberem, id tamen significandum
11. fuit, nos deo mitante incolumes pervenisse venetias. xvi. kl. Iu-
nias. ubi suscepti sumus summa gratulatione omnium: moraturi
quantum satis erit pro exigendis negotijs nr̄is. Commendo tibi
fr̄e depositum prius pueros nr̄os, quos in dei timore educandos
accepisti. Cupimus quidem copiosius posse opem ferre: sed tua pa-
tientia feret ut certi sumus equanimiter inopiam nr̄am. Dabimus
tamen operam quanta poterit dari prius ut necessaria victui honesto nō desit.
Vale in dn̄o fr̄ amantissime. Venetijs. ex nr̄o mon° sc̄i michael.
xiij kl. Iunias.

Eidem.

Accepimus fr̃ cariſſime binas lr̃as tuas, ex quibꝫ ppoſitũ feruẽs
12. in diuino famulatu gratiſſime amplexi ſumus, idq3 ſolatij nob
adm̃o int̃ triſtitiam nr̃az reſuatum gratulati illi gratias egi-
mus. Puerorum curam ſr̃nitati tue quanta poſſumus inſtan-
tia cõmendamus. Panni hic cariſſime ueneunt, et ultra ſolitũ
morem. Satis tam̃ miramur antoniũ campinum nõ fuiſſe exẽcu-
tum que pollicitus erat. Ad quem ſcribimus lr̃as ut pannũ uel
unũ ad uos ferat pueris ueſtiendis profuturũ. Flacianũ admo-
nebis uice nr̃a ne tam diu differat ſolutionem ſꝫ q̃ primũ pot
ſoluere conetur et ſatiſface debito. Contriſtam̃ nimiũ fr̃ nobis
neceſſaria nõ plenius miniſtrari, quod inopie potius aſcriben-
dum putam⁹ q̃ defectui bone uoluntatis. Memento fr̃ ſalutare
tollerantiam eſſe nimiũ et ferme neminẽ euadere miſeriaz q
hanc nõ ſũma ſibi ope conciliare ſtuduerit. Atq3 quid ego te hor-
tari ad tollerantiam pergam, q me ipm̃ hortari nõ deſiſtas ad ſpem
melioris atq3 uberioris frugis: pueros nr̃os ita tibi cõmendo ut nõ
poſſim maiore affectu. Eos omnes ex me bñdicito et conſolare atq3
inſtrue. Pannos lineos dedimus ad uos pferendos ulnas credo
CC.XXXVII. Ex camerina illos nobis deferendos curabitis, nanq3
portitori camaldulum illos conſignauimus eos pferendos. Vale in dño
et pro me ora qui uarijs undiq3 curis opprimor. Venetijs ex
nr̃o mon̄ ſancti michaelis. IIII. kl. Junias. Eidem.

Accepimus proxime lr̃as tuas, cum adhuc uenetijs eſſemus, quibꝫ de
pueris noſtris plura ſignificas nobis omnino gratiſſima. Egimus
13. ergo deo gratias fr̃ q nos indignos ſuos ſuos nõ deſerit. ſꝫ preter et
ſupra merita nr̃a bñdictionibꝫ prevenire dignat̃. Commendo tibi
fr̃ cariſſime nouellos milites xp̄i. etatemq3 cudem ut ſues ſollicite
teror, quia magna tibi merces adm̃o pro pro tam pio ope repoſita eſt.
Nos certe hanc tuã opam et diligentiam obliuiſci nunq̃ poterim⁹.
Caminũ paupertatis ut feras equanimiter ideo admonendus nõ
es, q id ſponte ipſe exequeris ſtrenue. Dabit deus hiis q3 finẽ. Fla-
cianũ meo noĩe monebis ut ſoluat debitũ ſuũ tibi ſecretius,

prout disposuimus eoque tantulo emolumento vel modice relevet
inopiam vestram. Venetijs fuimus dies ferme .xl. magno mul-
torum & nobilium & religiosorum gaudio excepti & officiosissime
tractati. Dominum simul omne primum, post autem seorsum ducem visi-
tavimus. summaque cum benivolentia & pietate suscepti sumus.
Invenimus nostra illic monasteria bene disposita, sed sancti michaelis lon-
ge constantius per sapientiam ducis & peritissimi magistri. Alteri de-
esse caput idoneum ut par erat indoluimus. Heri venetijs pro-
fecti patavium venimus: circumposita monasteria lustraturi. Ora pro
nobis & pueri nostri dilectissimi orent, ut dominus iter dirigat nostrum
ut aliquid in suam laudem possimus operari. Commendo tue dilec-
tioni frater depositum pium quod servandum accepisti. Sed & vicarium
nostrum ita commendo, ut te illi cupiam per omnia gerere morem eiusque
commode poteris iuvare, ut quod facit absque tristitia faciat. Eum
te queso frater exhibe quem spero. omni ex parte sollicitum nihil ne-
gligentem prospicientem omnia. & cum timore dei cuncta gerentem.
Dum redeo quod ante duos ut spero menses erit, patienter paupertatis
angustias tolera. Saluta omnem familiam ex me precipue fratres
ac filios nostros. nicholaum, angelum: bartholomeum & pueros
omnes. Vale in domino frater carissime. patavij viij. kl. Aug. / Eidem.

14 Reversos ferrariam exceperunt nos tribulationes varie, tum ami-
cissimorum hominum tum nostre. Nam & exilium & claustra cosmi
ac laurentij nostrorum perturbarunt nos, & ante omnia infirmitas
hieronymi germani nostri que ita invaluit ut periculum sit de
ipsius vita. Eius rei gratia paucis hic diebus remorabimur, ut videamus
quem sit habiturus exitum hic morbus. Esset enim profecto impium
germanum huiusmodi deserere, cuius ex vita nostra pene vita dependet: nec
illi solatium afferre pro viribus. Ora dominum ihesum & pueri nostri orent,
ut eum restituere dignetur incolumem. Vale & pro me ora frater.
Florentie. ex monasterio nostro xvi. kl. octobris.

Eidem. Mariotto

15 Venimus christo miserante ad monasterium nostrum insulanum incolumes quidem

ſ maiore periculo quam uſque & unquam alias experti ſumus. Ut enim emenſo tan
dem periculoſo itinere arduo & decliui, imo uerius precipiti ad planiora per
uenimus: leti quod difficultates euaſiſſemus omnes: e regione iam montis
conſtituti, qua duo amnes inuicem coeunt: transuadato quoque alto reli
quum traijcere preceps ipsius decurſus & gurges profundior diſſuaſit.
rurſus conſcendere flexuoſum artum atque arduum tramitem ut ad pon
tem peruenire poſſemus impulſi ſumus. Tum uero me plusquam unquam antea
animus deficit magnitudinem periculi intuentem, etiam & redire
& niti contra undas poſſe diſſuadebat eo: damnabamus quoque ductorum con
ſilia, qui pedites equitibus neceſſitatem eiuſmodi impoſuiſſent, nec
tamen arctiſſimus callis, quem magna iam ex parte emenſi eramus,
iumenta ferme contigua & inanteriora nitentia redire ſine apto
periculo ſinebat, nec iumentis deſcendere ille anguſtie faucium permit
tebant: & ratio ipſa diſſuadebat poſſe id parum quod reſtabat peri
culoſi aſcenſus pedibus poſſe conficere: ita impediti ſicut ipſi eramus.
Addebat metum atque periculum lubricum iter, quo fauces anguſtas
conſcendere iumenta multum impediebantur. Quid plura: Triſtis
rerum facies ſeſe undique aperiebat. nec niſi meſtiora conſpicari animus
poterat: ac penitus ſeſe ferme deſtituerat. Tandem miſerante deo ſuperatis
anguſtijs ad pontem uenimus, eoque tranſmeato applicuimus ad mon
ſ antiquum quidem & uenerabile uetuſtate ſua, ſed ſenio iam rectorumque
negligentia collapſum: multumque curis meis adiectum eſt. Orate ut
nos dominus adiuuet, nec indignos famulos ſuos temptari ſinat plusquam
ferre poſſimus. Ora tu frater, orent & dulces pueri mei, ut miſeratione
diuina ſathane laqueos & paratas inſidias declinare atque euadere
ualeamus. Quantum opis quam imbecilli ſuſcepimus, non ignoramus, & niſi
deus operetur in nobis, caſſus erit & irritus omnis conatus noſter. Orate
ut dignus ſim per quem ueluti per inſtrumentum ſuum dominus dignetur operari.
Saluta occurſo meo uicarium noſtrum, eique commenda familie regimen
& glandem undecunque legi nutriendis hyeme ſuibus curet: & omnia
gerere in abſentia mea, que deo & nobis grata & domui dei ſalu
taria eſſe prouiderit: ut plus in illo diligentie quam in preterito noſ uicario

inuenisse gratulemur. Polliciti eramus notulam dare Masio uas-
culorum fictilium & ceterorum que iussus claustri parauerat
hieronymus suauissimus frater meus, sed nescimus quo pacto id ne faceret
nobis exceptum est. Scribas tu uel recte nunc marcus scribat qui flo-
rentiam mulionem qui ferat carcas mittitis & illi ut hec mittat in
pace nostro nomine: Uale frater amantissime. Ex eremo monasterii sancte marie
de insula: v. id. nouembris. Si hec mittantur ad nos: primum desa-
milia mittite ad forum liuii reddendas nobis. Eidem Marioto
Scripsimus ad te periculum exponentes quod incideramus prope insulanum
monasterium: ne ignarus esses omnium que contingerent nobis. simul ut pro
16. nobis preces & ipse ardentius funderes, & pueros nostros ad orandum acrius
inflammares. Accepimus postea litteras tuas, quibus iuste ac conabiliter
quereris mauricium apud nos in claustro remorari nolle, idque auctoritate
nostra. Nos quidem frater cum proficisceretur ille florentiam, quod nec-
dum apta penitus erat & explorata sententia tua, eunti in mandatis
dedimus, ut siquidem susciperetur in monasterio sancti benedicti moras traheret:
sin autem, in claustro posset nobiscum remorari. Numquam tamen fuit inten-
tionis nostre, ut ibi preter uoluntatem tuam habitaret. Postularat ut
in heremo recipi posset, quod nos iustis ex causis omnino prohibuimus.
ne instantie ac leuitati ea facultate nostra: aditum panderemus
assuescerentque nostri heremite huc illucque circuire et postea remeare.
Tue frater discretioni curam istam delegamus, ut siquidem ad aliquid
fore utile puerorum ministerio prouides, siue resarciendis pannis
siue ad quodcunque genus offitij: retineas: sin autem tota illum libertate
repudies. Displicuit nobis mirum in modum bonifatij illius intemper-
antia que oblatrare contra te scribis. Itaque litteras ad illum scribimus pro-
teruitatem eius arguentes & illi mandantes ut satisfaciat debito. Eas
illi reddendas ipse curabis. Venimus ad forum liuij ubi uisitatis & re-
formatis monasterijs nostris. & salutato gubernatore familiarissimo nostro
a quo sumus humanissime accepti cum portam egressi essemus dupli-
ci periculo temptati sumus. namque dum necessario ambitu muro ciui-
tatis adequitaremus uenimus ad angustissimum tramitem & interruptum

quem dum saltu strenuo iumentorum magno certe cum metu
euasissemus: patebat enim alia ex parte precipitium aggeris et am-
nis: ipse eatenus pauidus aliud periculum nam supra commune omnium
fuerat incidi. Namque in scrobem limo plenam mula mea imprudens
anteriores iniecit pedes. Erat autem profunda ceni uorago unde cum
saltu gestiret emergere tum uero anceps periculum inerat. nam siquidem
saltu euaderet uehementi atque uiolento motus erat ne equitem excuteret.
haud satis assuetum istiusmodi saltibus. Itaque saltu se ex fouea extra-
re conata inadiusa parte ingenua procubuit posterioribus pedibus li-
mo infixis. Metu exangues omnes rei exitum operiebantur. cum
eques strenue mula descendere adnitens: calcaribus panno quo sella
tegebatur implicatis retardatus aliquantulum est. Quo in spatio
si mula ui se proripuisset e uoragine. pede subspensum secum pro-
traxisset sessorem iam elapsum. Deo tandem miserante et iumento
dante intelligentiam expectauit dum libere descendissemus
moxque surrexit. Uides quantis undique temptemur angustiis. Ora ut
dominus adiuuet nec peccatis nostris offensus deserat nos. Profecti inde
uenimus ad castrum carium. unde postridie fauentiam contendimus
inde et bononiam: tuis enim crebris et nuntiis cogenti necessario
illuc profecturi sumus. ubi remorati pusillum fauentiam redi-
uimus loca nostra uisitaturi. inde rauennam continuo petemus. Uale
in domino et nos patribus heremitis commenda. depositum quod nostrum prium
custodi. Saluta offitio nostro uicarium nostrum. Fauentie v. kl. decebr.

Eidem Mariotto

Tertio iam scripsimus ad te nihilque abs te litterarum reportauimus. Quod
etsi moleste satis ferimus, iusta tamen ea res excusat silentium tuum
17. quod instabili et nusquam consistenti difficile scribi potest. Uenimus rauennam
non. decembris ubi cum uisitationis offitium exercere biduo inspectis
basilicis mire uetustatis intendimus allate a fabriano litere fecerunt
studium nostrum quibus dominus oppidi uenerabilem fratrem nostrum thomam 18.
pusinum eustachio uenerande memorie abbati substitutum a nobis
friuolis rationibus nec satis probabilibus non admisisse significat: oratque ut
eo ipsi mature contendamus. Quod facere iterum intendimus ut uicar-

nostra tueamur. neque permittamus a secularibus penatibus ea violari. Itaque hodie proficiscemur ea intentione ut libere & caute pro veritate & pro religionis nostre libertate loquamur atque agamus. Ora ut nobis dominus ianuam sue pietatis aperiat, & cor nostrum lucis sue fulgore collustret tribuatque constantiam sermonis atque operis: ne in ullo illius maiestatis oculos offendamus. sed illi per omnia placeamus. Commendo tibi frater unanimis dulce depositum nostrum pueros scilicet quos tibi in dei opere educandos tradidimus, atque in celestis militie castris exercendos. Magnus hic labor est & fastidiosum ut sic dixerim onus. sed facere debet finis inspectus ut labor ipse iocundus ac levis sit. Vides certe quam uberes fructus labor iste parturiat. Erudiendos accepisti & exercendos ad eterni regis militiam milites Christi atque tyrones. in eius paulo post sacramenta iuraturos. Quantum glorie quantumque mercedis huic tam pio operi repositum putas. Nempe si qui ad terreni regis nutriunt obsequium equos ut non dixerim milites, magno apud illum in honore sunt quid illi fiet qui pueros ad immortalis imperatoris alit obsequium: illius postea sistendos conspectibus, ac ministeriis et servituros. Age itaque famule Christi, et puerilem innocentiam inpueris: ac pudorem serva virgineum. Erudi illos in divinis operibus, nec te paupertas angusta deterreat. Confidas dominum per omnia vel adfuturum adiutorem, nec passurum ut tempteris ultra quam ferre possis. Scribimus vicario meo illique & te commendamus & pueros, opusque illud constitutum pro pueris ut perfici iubeat monemus. Credimus fratrem Martinum revertisse. illo quoque utere ubi opus est. Vale & nos puerorum nostrorum commenda precibus: Ravenne. v. idus decembris. Saluta Bernardum nostrum.

Eidem Marioto

14. Quid ad comprimendam insolentiam maioris nostre egerimus, ex litteris patentibus ad vos directis intelliges. Ad eum autem scripsimus districte inhibentes ne se de gubernatione illius claustri ulla ratione intromittat nec inquietudinem ullam vel excitare presumat. Si obedierit gratulamur sin autem remedia parata habetis. Te autem fili carissime nobisque merito dilecte frater obtestor ut patienter omnia toleres que invidia dia-

boli excitantur contra te / ne bonum institutū nrm executioni mā-
detur. Animaduertit uersutus inimicus magnum q se conflari bellū
p sacram institutionem puerorum / cupit qz dissipare consilia nra
ne subsequi possit ulla religionis nre reparatio. Ea consideratio ui-
res tibi subministrare debet. & te ad tollerantiaz sacri certaminis
& pij laboris armare. Scriberem de re ipā prolixius si liceret occupa-
tiones meas / quas impntiarū maxime amor dum multis ex locis
aduecte hic uno tempore rursum flagitant. Tenes certe quanta in prin-
cipio nascentis ecclie psecutionum procella concitata sit. quicqz pij sā-
guinis riui p martyrum gloriosa certamina effusi uberiore sege-
tem agri dominici fecerint. Meministi item beatus pr bndictus
cum discipulū maurū in gallias proficiscentem ostruendi monij cā
lris admonet / que nam sibi adfutura pdixerit. Predico inqt t morā
nos in eundo ee passuros / & cum difficultate locū habilem inuenturos
probis que a deo disponente agentur / & inimicus humani gnis cunc-
molimine sue iniquitatis concitabit. Nosti hec fili. nec ignoras omniū
uirtutū dura & ardua ee pncipia. est enim ex exiodi qz sententia
catholice conueniens ueritati / durum ee & arduū ac pdifficilem uirtu-
tis ascensum & confragosis anfractibus asperum: in quo pmū multo
conatu / multoqz labore desudandum sit. Ceterum ubi euicta priore
difficultate ad summum attigeris aperitur planities leta in infinitū
se porrigens / plena uoluptatibus & inqua insenescibile ducat eum.
Benedictus pr eādem sniaz alijs complectitr uerbis dicens. Sz & siqd
asperum a nobis fortasse positum fuerit. nō ptinuo refugias uiam sa-
lutis / que non nisi angustis initijs incohanda e / Sz processu uō
conuersationis & fidei dilatato corde & inenarrabili dulcedine
curritr uia mādatorum dei. Noli itaqz fili deficere: s; patientiaz
magna uirtute complectere / & grandi aio cepto incumbe opi: cum
te p clara merces / & apud deū & apud nos / bonosqz omnes manet.
Cum malis ex proposito nrō displicere debemus. Summe nō uires
nec timeas / maior est q uincit in nobis. Si consurgant aduersum te impio-
rum castra nō timebis / nec formidet cor tuū. Foue dulces pueros
nros / & in dei timore dirige / sacrisqz eos legibus & lris maga caritate

imbue. Nos certe nusq̄ tibi defuturi sum⁹. Eos omnes & Aniballdū Papiue
dilectum meū ex nobis bn̄dicito. Vicario meo scripsimus ut pannū
& lanum & lineū in usus meos impertiat. Bernardum filium meū
hortare ut psistat ne fiat in hyeme fuga ei. Eum item Papiue cō-
mendauimus Vicario. Susceptionem hospitum item Vicario pā-
ticipandam minime permisimus ut insup locib; & iuxta cubiculū nostrū
uel in abbatum diuersorio suscipiantur: ne fiat claustro ptubatio
Cetera omnia indies deo duce disponemus. Vale in dn̄o frē ama-
tissime. Cesene xv. kl. Jan. Eidem Marcioto
1 Recepimus lr̄as tuas libentissime qz legimus, qb; tristib; pmisis nō
nulla et iocunda pmisisti. et lz animum nostrū pcussit metus
19 ne te spūs tempestatis & pusillanimitatis inuolueret, facit tm̄
altior consideratio uirtutis tue, & gratie tibi indulte diuinitus
ut timē desisterem atq; in me ipm̄ rediens, felices auras cursui
tuo imprecarer. Quid queso angeris frē, qd titubas, Ante admo-
nendus es q̄ multa impedimenta agente diabolo felicib; ceptis imi-
neant. Aspice qso ut a pncipio statim atq; ab ipis incunabulis
nascentis ecclie, in ipos dn̄ici gregis arietes furor impius seue
grassatus sit. Vide petrum & iohannem uirgis cesum: et prohibitos
loq in nomine dn̄i yhu, imo uel altiora quoq; repetamus, aspice
dn̄z saluatorem inter duos latrones pendentem in ligno, ut ex ma-
lorum consortio & pena consimili glia diuinitatis obscuretur. Et ne
multa commemorans plixior sim paulum attende quid in secunda
ad corinthios epla de se loquatur, & aduertes pdicationis initijs
plurima semp obstitisse. Aduerte sanguinis flumina que de piorum
corporibus late manantia ecclie matri purpureas texuere coro-
nas. Solent arbores cum radices altius infigunt, uentorū con-
cussione firmiores fieri, & ualentiores assurgere. Quod factū
in nr̄is maiorib; cernimus. Illi enim sacri cruoris riui, illa pa-
tefacta p supplicia martyrum uiscera, & denudata ossa ut solet
infertili agro, immessis incredibilem ubertatem pferre, & agrū
dn̄icum segete letiore uestierunt. Noli obsecro fili diffidē. imo plenis-
sime cōfide gr̄am dn̄i nunq̄ defuturā. Aderit certe pius dn̄s & effi-

anti tibi inter amaros perturbationum fluctus manum porrigens dicet: fa-
miliari illa & blanda increpatione sua. Modice fidei quare dubita-
sti. Noli inquit perturbari fili: nec tam pulchro tam pio: tam sancto operi tuo
desperes auxilium diuinum defuturum. Si se prebueris studiosum, audi
ait scriptura qui os meum eris / nutris uernaculos dno sabaoth, exerces
ad eterni regis obsequium & ad dni saluatoris militiam pueros & pu-
tas tam preclaro sudori tuo dni ihesu defuturam opem. Temptari quidem
ille te patitur ut probet / ut coronet / sed timere desiste: non patietur temp-
tari te super id quod potes ferre sed faciet cum temptatione prouentum
ut sustinere possis. Siqui terrenis & mortalibus regibus / uel equos
nutriunt / uel athletas ad eorum exercent militiam: gratissimi sunt
& magna sepe munera referunt / quid sperare deus debet qui eterno
imperatori tam sollicite tyrones erudierit. Magno itaque animo opus
omnia tolleres fili pro tam nobili ope / pro exercitio pleno pietatis
in quo siquid insurgit aduersi maior adsumenda constantia est:
nec ulla ratione dimittendus animus: sacris eruditus es literis: diuinum ad-
iutorium maxime inter pressuras solere operari. Unde & propheta adiutor
inquit in oportunitatibus in tribulatione. Et apostolus cum infirmior
tunc fortior sum. Et dns ad illum. uirtus mea in infirmitate perficitur.
Et ut leniter pulsem maxillam tuam / quod aiunt sicorum adesses /
dic oro fili quid adhuc pro dno seruitute perpessus es: num usque ad san-
guinem restitisti. num animam pro dno saluatore posuisti. im-
petitus es iaculis lingue. Molesta illa sunt fateor: & lingua detrahe-
tium gladius acutus. Sed quatenus ea senserunt: numquid tu solus hoc
passus es: & dns tuus uorator & uini potator amicus peccatorum &
publicanorum uocitatus est. Paulus quoque per infamiam inquit & bonam famam.
ut seductores & ueraces. Quis unquam priorum euadere potuit uene-
nis armata lingue spicula: qui & ipse regem nec huiusmodi lacessi-
tum contumelijs ac probris audimus. oporteret constanter ac firmiter ma-
ledicta omnia & iurgia in nos prolata tolleremus, si incedere uolumus
mas eius, qui nos exemplo instruxit & uerbo. Beati inquit eritis cum
uos oderint homines & dixerint omne malum aduersus uos men-
tientes propter me. nos autem nolumus benedici / & siquid aduersum nos detractibus

insonuit sermo deficimus irascimur indignamur / neque ferre pa-
tienter possumus. Oro te fr carissime dignam xpiano homine
& religioso instituto constantiam sumas: ministerium quod tibi
precaz humilitatem iniunctum diligenter exerceas / nec metuas
a labiis iniquis & a lingua dolosa. Qui enim te tetigerit tan-
get pupillam oculi mei. facilius quod tolerabo discerpi laniatibus
carnes meas quam te patiar cuiusque improbitate uexari. Certe quanta
sit nostre mediocritati de te cura ex pluribus conycere potuisti: si
nulli uolumus credas hac de re plusquam tibi & conscientie tue.
Bono itaque sis animo & cura ut pueri nostri dulcissimi in quibus
multum spei reposuimus quique corona nostra profecto sunt sancte
instituantur. Gratum fuit quod significasti de Iohanne puero
gratum item quod hieronymum reddidisti / & puellis habitum sancte
religionis tradidisti. Placent ista & nos mirifice oblectant.
magna item spe recreant. Eos omnes ex me amplexare: &
affectu meo benedicito & precipue hyeronymum / qui ut ei actione N. d hiero.
respondeat / cui illi nomen est inditum / mirum est quam cupiam
quam sperem. Que de impurico homine abbate N. scribis: maior quod he-
remi significabit nobis ad quem rescribimus ut illuc tecum
uel cum uicario nostro ingstiturus negotium peragat: & siquidem ue-
ra esse dephenderit / que fama infamis & rumor obscenus dis-
seminauit. eum compeditum in carcerem mittat ad nostrum aduentum
reseruandum / qui uereor ne aliquantulum tardior quam uellem sit obsi-
stentibus negotiis plurimis. & hyemis asperitate. atque inclementiore
celo. Familiam omnem salutabis offitio & affectu nostro. Pueris
nostris amantissimis nos commendabis / ut iugiter pro nostra miseria
deum deprecentur. Vale in domino fr amantissime. Luciani ex
nostro mon. sancti mathie. iii. non. februar.

Eidem. Mariotto

Stephanus porcius eques romanus & uir clarissimus patria bo-
noniense perfunctus ita mihi iam pridem una cum cl. adulescentulo
20. marciano suo fecit / & ipso egit familiaris & carus est ut nostri

merito inter paucissimos queat. Fecit omnium eorum singularis
uirtus & continentia & dignitas precipua quoque humanitas ut fratres
carissimos extimem, ipsi quoque me non secus certe quam fratrem diligunt. Vi-
sitare instituerant heremum nostram, ac preterea socij in domo habita-
tionis nostre remorari. Scripsi uenerabili fratri nostro uicario & quid
fieri uellem de his mandaui: fac tu quoque M. carissime pro officio tuo
nunquam illi desis, sed partes quoque tuas inserere studeas una cum memorato
uicario nostro. Et si forte ille abesset: resignabis nostras ad eum litteras: &
conuocatis ex familia. Nicholao. Angelo: & alijs, iniunges eis ex nobis
quid fieri uolumus. Scripsi ad te proxime prolixiores litteras, iamque tibi
redditas puto, quibus exuere abs te pusillanimitatis spiritum precepi. Hortor
ac moneo parentis affectu: ne usquam discedas, sed prestoleris aduentum nostrum
qui proxime deo dante futurus est. Vale in domino: & pueros nostros nostro
affectu benedicito: Marciani. v. id. febr. Eidem Mariotto
M agno certe studio contendebamus proficisci ad uos, diesque sacros celebrare
nobiscum, ut communibus uotis fieret satis: cum repente medio exitum
21. mestissimo nuntio perculsi coacti sumus mutato proposito aliosque sequi.
Sed adhuc incerti eius rei pendeamus, nec an uenturi simus plane scire
possimus. hoc tamen nobis erit indicium nos non esse uenturos si die
dominica non adfuerimus. Quidnam cause sit: tuto litteris mandare non
possumus. Accepimus autem permoleste: nobis non fuisse redditas litteras nostras,
quibus Stephanum & Marcianum patricios, romanos nobilissimos equites &
prestantissimos atque amicissimos nostros commendabamus, atque ita ut maiore
affectu & studio nequaquam possemus. Et quamuis accepti a uobis sint huma-
niter, ut ex tuis litteris primum & ex uicarij nostri nunc uerbis certiores facti
sumus, nequaquam tamen affectui & officio cui illis sum debitor est
satisfactum. Non modo enim domum nostram illis assignari uolebam
sed lectos quoque necessaria cuncta supellectilemque eis impensa mea suppe-
ditari & ordeum ac paleas iumentorum pabulum emi, uinumque
quod illic repositum est & omnia uictui accommodata ministrari spe-
rabamus. nec sane ambigimus strenue cuncta executurum, si littere
ille tibi reddite fuissent. quamquam sponte tua illectus eximia humanitate

ac uirtute

ac uirtute coniunctissimorum nobis hominum, quod plenissime cu-
piebamus: ex parte prestitisti. Id tibi uolo pro constanti sit pparatos in
uita ee: nobis eque caros, neminez certe cariorem, & quem iustis ex
causis maiore gratia dilectionis prosequam. Itaq; quod minus hacte
nus impletum est exactissima te uolumus exeq cura. Ante omnia ut
cpleciti cas erroris apias, & queq; fieri lris mandauimus ea exeq mo
dis omnibus studeas. & is ipi q; scribimus excusantes cur modo eos in
uise quod optatissimuz erat nequeamus. Saluta dulces filios nros
& familiam omnem, singulos q; ad confitendum hortare atq; ad capi
enda sacramenta corporis xpi. ita ut si fieri pot nullus tant? bene
dictionis & gratie sit exsors. Vale in dno & nos uiua tuis paruu
lorum q; meorum cpibus, quos omnes pcipuo amore bndicimus: &
hieronymuz inpmis nrz. Ex mon nro sancte margharite xv. kl.
aplis.

Eidem Mariotto

B inas abste lras accepimus, gaudemus te strenue cepto opi insistere,
pueros q; nros in dni famulatu iuxta cor nostruz indies proficere,
22 dispensari item prudenter abste pecunias pontificis elemosinas gra
tulamur. Nos eo aduenissemus nisi obsisterent quotidiana & nostra
& aliena negotia, que pontificis iussu necessario exequim. Verum
illud extremum quod in tuis prioribus lris posuisti, ita cupim ut uix
sperare audeamus. Atq; utinam nris desiderijs annuat deus. hiero
nymum q; nrz nobiscum ee gratulemur, cui ope ac studio multu
solatij laboribus nris accederet. Sz disponat ista deus iuxta placitu
suuz. Nos ei nd decreuim nullo si adulescentis nri uoluntate explo
ratam habebimus. Que scribis postremis lris tuis de insolentia
masij, & noua nd sunt & admodum ingrata fuerunt. Scribimus ui
cario lras qbs pcipimus ne quid de infirmarie substantia ue
niat absq; conscientia osensu q; tuo ut dignu est. Sz & si quid fo
tasse omutari possit in melius, tua semp inde prius exspectat & uo
luntas & deliberatio. Eadem & decano scribimus mandantes
quum opus erit tibi dari. Placent que de quotidianis puerorum
pro pontifice & nobis pcibus scribis. Negotiu illud pecuniarum de quo
abbas sebastianus uerba fecit effectum uereor hre nd pot, quia no

pecunias pontifici, & argentea uasa clerus exemptus dono dare co-
stituit. Vides quid obstet nihil tamen dubites fore ut consulatur
necessitatib; uris. Aperuit deus manum suam: nz contrahet qn im-
pleat animalia sua benedictione. Vale indno puerosq; nros bene-
dictione nra firmato: ipsi te pontifici qmendabim⁹ ut mereꝭ. Flo-
rentie vi. kl. augusti. Siquid bernardus ate petit acqescas illi
de mutatione uestium. morari decreuit inmon° sci saluatoris.

Eidem. Marcioto

23. Veniens adnos uitarius nr mentem nram ita qfudit: innumeras
domus nre clades enumerans. & an omnia graue es alienū
quo pmitur ut uite subiecit tedium: qnadem occurrere ipsi nequa-
quā ualem⁹ & omnia desunt humane opis argumta. Narrauit
nobis uenditionem abse factam partiuz asserens te assentiri
nolle. Nos illi rōnabilr obuiauimus illum imprudent & in-
caute fecisse. qui quod sibi fieri nollet: alij fecissꝫ. nz eniz te inre-
quisito temptare quippiam debuit. etiam si milies anobis ple-
nissimam potatem uendendi accepissꝫ: qz nz ipe hu⁹ rei patiēs
fuissꝫ. Dolemus & ingemiscim⁹ & inangore animi suz nz possuz
qncq solatij aut qsolationis admittere, tot undiqz malis attriti
nz obsistere ualentes. Intentio nra & fuit & est siqd ex bonis
infirmarie ueniret refici, atqz alibi qsignari. Gratū eēt si
requisitus abeo dulciter pstabis assensuz, ne pusillanimis fiat
qz re uera absorbetur apusillanimitate spe & tempestate. Pu-
eros nros nra uice bndicito, quos uise desideriū est. lz impn-
tiarum hoc implere nequeamus. Vale indnō. Florentie vi. id.
Augustas.

Eidem. Marcioto

24. Venimus florentiam xviij. kl. septembris ucis accersiti hiero-
nymi nri, ut negotijs domus nre succurreret pcli tantibus.
Illuc nos adijt bernardus cum litt̄is & nuntijs tuis. Indoluim⁹
alto cordis gemitu nraz infelicitatem, nz potuimus nō moueri
& quidem acerrime tot miserijs uris. Adnos enim refert acci-
disse & q statuta nra temptat, multum tam merorī leuauit
nobis bona tollerantia & uirtus tua. quam usqz infine oraz pues.

Nos paucis post diebus venturi ad vos sumus necessario ut cognoscatis
illorum fiduciam qui adeo imprudentes fuerunt & disponamus ne-
gotia domus nostre quando illi quos constituites impleant nostras iussionem ita in-
maniter dereliquerunt nos. Tu autem fili carissime & nostrorum misteriorum
pars: age ut cepisti & vernaculos enutrire stude domino sabaoth: quo ex
ope profecto piissimo dici non potest quantum tibi mercedis apud dominum
queras. Ex tuis ad hieronymum fratrem & ex bernardi verbis sum factus
certior pueros nostros recepisse & animo & gratia. Qua ex re tantum quantum
capere possumus voluptatis accepimus. Vale in domino & pueros omnes
nostra vice benedicito. Florentie ex nostro mon. xi. kl. septembris.

Eidem Mariotto

Scripsimus patribus heremitis ut ad nos continuo mittant scripturas intus
adnotatas que sunt multum necessarie rebus plurimis pro agendis nego-
25. tiis domus quas illis allegamus. Putamus nos hic aliquandiu necessario
remoraturos: sive fortassis pro confirmatione imperialium privilegiorum
ferrariam profecturos. Itaque non poterimus in reformatione offitiorum
heremi presentes adesse, sed tibi vices nostras plenissime si opus erit committimus.
Precipientes ut dominum placidum maiorem & d. Gaspare sacristam vice
nostra constituas. Cetera offitia ut sunt permaneant. Scripturas insuper illas
& precipue privilegium patris sine avi imperatoris huius cuius nomen non teneo: sed
ex eo conicies quod ultimum est & lxx. anni ferme sunt ex quo indultum
est nobis require diligenter una cum heremitis & ad nos mitte continuo. Com-
mendationis nostre litteras & pacta cum hac civitate: & quaternionem in mem-
branis in quo habetur descripta controversia cum hominibus partine ab antecces-
sore nostro Antonio habita: est etiam apud camerarium utraque scriptura
mittere curabis. Commendo tibi dulce pignus meum pueros nostros quos
videre vehementer cupio. Vale in domino. Florentie ii. kl. septembris.

Eidem Mariotto

Tristes experti sumus pulsatore didicimus te incurrere pati, nec posse missarum
solemnia celebrare, bernardum quoque ibi nolle ultra remorari. & tres ex
26. pueris nostris infirmari quibus desint necessaria omnia. Cruciant nos
ista fili, nec sinunt congerere animo. Ac nisi obstaret fratris infirmitas ipsi
continuo profecti essemus, vel inopiam relevaturi quantum donaret dominus.

uel inedie & necessitatis participes futuri. Speramus tamen
intra viij. dies ad nos remeare & oportunum aliquid solatij nobiscum
ferre. Interim scripsimus venerabili fratri nostro maiori sacriste here-
mi commendantes necessitatem claustri & ut Bernardum admoneret orantes
Tum autem fidelissime laborum nostrorum & curarum socie fac bono sis
animo, nec ambigas nos tibi unquam defuturos. Inveniemus aditum
profecto Christo propitio miserias claustri relevandi quod ultra subege-
state ac penuria adeo insigni non gemantis. Hortare dulces filios
nostros: utque pro nobis orent instanter admonebis. Vale in domino. Flo-
rentie. ex nostro monasterio. ix. kalendas octobris. Eidem. Marioto
27. Christus. Litteris certiores facti sumus dominum Datum obiisse diem: Que
de vestibus illius partiendis inter uos scribis non displicent nobis.
Placeret tamen ut ex his aliquid daretur d. bono: ut posset aeris tolle-
rare inclementiam. Que reliqua sunt in monasterio praetermeteris permitte
ut serventur ad reditum nostrum. Tunc enim disponemus quid fieri in
velimus. et ut uno sermone concludam placet ut vice mea de his
que sunt apud te disponas libere pro arbitrio tuo sive in tuos sive
in puerorum usus profuturis. Oleum mittendum curabimus. russo
pro emenda mulo sella socium dabimus. Horologium item perferendum
curabimus. Placet homines nostros de Moiona te agente redisse in
gratiam, nec aliud a te expectabamus. Abbas sancti Fridiani pro-
pinquum habet monachum professum ut ipse ait: bene natum, quem pro-
pinquorum potius quam suo instinctu compta claustri nostri mundicia
& fama vel traducere instituendum sanctis moribus cupit. Est ut ait
satis introductus & instructus. Indolem habet iudicio nostro non impro-
bandam atque ingenium bonum, nisi nimia abbatis vel indulgentia
vel negligentia illud forte vitiavit. Facies tu quod videbitur. Ego
namque istud totum iudicium discretioni tue delegavi ea tamen condi-
tione adiecta, ut si forte placebit, nam nihil egebo subsidium
flagites ab abbate ipso percipias que. mulam gradarium qui adducat cle-
mentem mitto. Dices autem vicario ut quatuor casei optimi formel-
las illi addat ad nos perferendas. cellerario significabis nos eius pro

percepisse litteras, et brevi quantum donabit deus ipsi satisfacturos uotis.
Vale in domino. Florentie iiii. non. octobris. Eidem.

Repentina uicarii nostri profectio non sinit ut tecum plenius respondeam.
Illud solum attingimus quod plus urget quam cetera. Tanta nobis et tam
28 uaria de persona camerarii nostri nuntiantur in dies ut non possimus
non laborare suspitione. nosti enim quantum excruciat furis domesti
ci suspitio. eius rei gratia factu optimum putamus: eum ut ipa au
spitia absoluere ne difficilius et maiore cum sua uerecundia et damno
nostro postmodum amoueatur. Scribimus uenerabilibus fratribus nostris heremi
tis ut eum absoluant tacite et ad suam etiam remittant. Ista inte
rim tibi promento nostra pandenda et ut non mireris aut doleas quod
ademptum tibi solatium quod re uera magna cum amaritudine fodis
id facimus. sed rationem audisti. Litteris tuis summatim respondeo nullis quibus
pungentibus litteris abs te profectis nos moueri et quicquid ipsi facimus bono
animo facere: nam de te aliter existimare, esse quos satis in ea militia exer
citatos: in qua ipse exercis quippe in qua plures annos uiximus, nam
ignorare laborem et fatigationem tuam. Vale in domino: et familio
lam nostram nouam et progeniem saluta. et ex nobis hortare Florentie
iiii. non. octobris. Eidem. Marciotto

Instituerammus sicuti et filio nostro Bernardo diximus. ii. kl. uenire ad uos
quod de hieronymi nostri salute spes certa esse uidebatur. Postea uero illa ipsa
29 die ita recidit ut de uita ipsius medici desperent. et nisi uerius modico
successerat unus actum de illo existimetur. Paucis itaque adhuc diebus ex
pectare decreuimus dum de illius euentu certi simus. Interim per hunc
tabellarium ad te sex aureos mittimus ut donec ipsi ueniamus necessi
tatibus uestris prouidere possitis et necessaria pueris uel sanis uel in
firmis ministrare. Vale in domino et pro me ora pueris quod meis me
et hieronymum fratrem commenda. Florentie. v. non. octobris.
Eidem. Marciotto

Scripsimus proxime ad te de puero stephano qui ad uos ire cupiebat.
et quid fieri uellemus aperuimus si suscipere eum decreuisses qui nobis su
30. scipiendus uidebatur. Commendo illum curae tuae quod re uera huic
propinqui mihi ualde commendarunt. Tu uelim super illius custodiam

solerter inuigiles, & qr nobis amicorum rone & carus & gratus e
ita illius curam habeas ut prem se inuenisse gratuletur. De uestib; illi
monachi defuncti quid fieri uellemus scripsimus superiorib; lras. Ita
te habe pomnia ut decet fidelem & strenuū dispensatorez. Vale
in dnō florentie non. octobris. Eidem Mariotto

L egimus libentissime lras tuas quib; pueri illi monachi aduentū adeoq;
parum grate uideris admittere, nā iniuria, cum ea te de illo audisse
31. discatz que displicent plurimum, atq; obid maxime q talem habuit
eruditorem, de quo boni nihil, mala psumas omnia. Nos fr̄ carissime
nihil te grauamus nihil urgemus, ut q̄ q̄ tibi uidebitur suscipias que
q̄, imo semp in tua dispositione rem positam noueris: & si quē etiaz
interdum ipsi mitteremus eum iubentes suscipi, quod tam nūq̄ erit
uolumus ut arbitratu facias tuo, nā nobis in hac re obtemperare cures.
Propinq ut ad te scripsimus istius pueri, uiri satis honesti eū nobis
summe cōmendarunt illecti & attracti odore bono sanctimonie illi
claustri. non licuit orantib; diu reluctari cōmonefactoq; illis psentib;
puero scripsimus ad te. Nempe nisi nepos eēt de abbate suo locum heret
mala suspicio. Tue tam erit uigilantie si hunc admiseris explorare
diligent omnia illius gesta ut caue possis. Et si qdem affectu boni
detineri cognoueris iuuabis piam uoluntate, sin mīn abicito. Came
rariū nostrum consolari prouerbi studuimus & ad laborē tollerādū
animare. Nos illi paucis post diebus solatiū aliquod pecuniarū mitte
curabimus. nō desire qui illi crimina obicerent, multum q; nos stimu
larent sollicitudine. cum testes non leues sint. Sz expimentum illi
instituimus hortari hominem ad bn̄ agendum, nā illi quicq̄ obiectorum
sibi criminum aperientes, ne pusillanimis fiet. Minus quippe metuz
cum te ibi & uicariū ppetuos sit custodes habiturus. Furti illi crimen
impingitur. Istud monendi cā cōmemoramuz, nō tam plus alijs de illo
q̄ sibi de se credituri. feruentem satis in bono proposito & honesta uolū
tate cōpimus & currenti calcar amonē curauimus. Te oro fr̄ carissi
me, ut id ipm dicatis omnes & nō sint in uobis scismata. Ecce enim do
mum urāz quatuor idoneis columnis suffultam arbitrami. nisi inui
cem congruatis labefactatum edificiuz corruet. Oportet eniz ut pari

proportione exceptis nulla eminente plus ceteris moles domus substen-
tetur. Et uos frater carissime in structura domus dei que in substenta-
tione tanti operis congruite inuicem, onera que uestra potestate compati
sibi necesse est membra, sed corpus integrum seruare cupimus. et iuxta
apostolum infirma inuicem uestra tolerare. Nemo est tam sanus, tante
constantie, tanti consilij, tante uigilantie: cui interdum non labet in-
firmitas: non dormitet intentio, non dormitet ingenium. Suspecti
nobis ipsis oportet simus, et sensui nostro defficiamus, plus in illo uigere con-
silij quam in nobis arbitrantes. Nempe quod non sit nobis gloriosum quam non
tutum, si uos prefecti domui dei ab inuicem dissentiatis: nisi concordie
panem manducetis ignorare non potest prudentia tua. Submitti oportet
inuicem et aliquid de suis uestri rigore laxare ut concurrere in ope dei
tota firmitate possitis, fiatque concentus suauis in cythara domini non discor-
dantibus fidibus. Superiores inuicem arbitrantes ait apostolus. Non est
equum fili carissime ut sensui nostro innitamur et de nobis ita sentiamus.
ut errare iudicio non posse putemus. Summa prudentia est sua nostra
9. ſal. in dno / & ſancte caritatis affectuz. Ex offitij nri debito aſtri
gimur errantes cure nre ꝯmiſſaſ oues reuocare ad gregez / nolē
tes ut ingrediant / flagello uirge paſtoralis impellē. fr̄nitatem
itaq tuam oramus / eiq ſub titulo amoris iniūgimus / ut mō bidā
ouem ſepet / eāq custodie mancipet / ne miſſia ſua quod abſit infi
ciat ceteras. Fr̄ Raynerius olim conuiſus nri monij / qui diu prauis
moribus uiſſit / & modo post iuſſionem nrām & inhibitione ut huc
atq illuc inſtar infrenis equi male libere & inſiam uagat̄ p̄miciez
cohercendus est & ꝯijciendus in uincula / ne & ſalutem ſuam una
pdat / & offitio nrō derogēt in ordinis totius ac religionis iniuriam
Eum itaq facies capi / & arctiori custodie trades. ibi ſuandū ad
nre uoluntatis arbitriuz / ut ceteris terrori ſit / ne audeant ex impu
nitate nequitie licentius ppetrare ſcelera. Ꝺſ Terrendi nanq ſunt
reprobi ne peccare pſumant / ſalubrit̄ q multorum ſaluti proſpi
citur ex pena paucoꝝ. Ita enim erit utilis manſuetudo nrā / ſi pcā
nō ſoluitur diſciplinę cenſura. Ex nrā igitur lenitate q pficere
negligant neceſſario ex ſeueritate pficiunt. Apponēda ſunt pro
morborum qualitate remedia. Unde & ſamaritanus ille nr̄ uul
neribus infudiſſe oleum & uinum phibetur ut & leniter & auſtere
agendum nobis in animorum cura admonēt. hunc itaq nequāq
hominez ex iuſſione nrā coharctabis ut dixi / nz an relapabis q
fueris denuo nris lr̄is admonit̄. Filios item nrōs q tue cure cre
diti ſunt ut integre ac religioſe uiuant ſtudioſe monebis / philip
pum pcipue ac petrum. Noli obsecro parcere in receptationi cotere
uirga & flagello ne peant. Eos ſi ſe probe egerint caritate pcipua
proſequar / niſi emendauerint ſeuerius inſequar. hanc tam cure
mee partem tibi pr̄ malo ꝯmittere. Moueat te aſſo zelus dom̄ dei
Rationem ecce poſiturus adueniet. Uigilandum ē nobis ne forte
ex improuiſo ſupueniens dormientes inueniat dns nr̄. hortare oēs
ex me ut pficēē in bonis ac religioſis actibus ſatagant mercede bo
nam a bono dnō pcepturi. De electione noui abbatis ac ceteris hiē
ronimo frī plenius ſcripſi: is q nō ambigo tecuz ꝯmunicabit oīa /

Rationis calculum nec dum cepisse nos precipi. ea dilatio et si consul-
to fit. displicet tamen. Frigescent enim vota et postmodum difficilius ista
repetentur. Curre tamen neque erit quantas potero informationes mittere
ad vos. et fortasse hec mora non erit prorsus inutilis. Vale pater et
filio compatere tuo mediis curis immerso. Arretii ex edibus monasterii sancte
Marie in gradibus. xvi. kl. Ian. Eidem Sebastiano.

Litteras proxime accepi abs te dilectionis plenas quibus respondere diutius
10. distuli agentibus id occupationibus meis. Quamvis inde non multum
perdis quia que sensi meo scribo tibi quasi coram esse non ambigo. De cal-
culo amici video quid sperandum sit mihi. Alio iter pergemus. et
forte id iam fecissemus nisi obstitissent rationabilia impedimenta.
Et quoniam tibi cogitationes meas iam patefactas novi, rationem cur eas obmisi-
mus reddenda videtur ex parte. Sunt plura quidem que id dis-
suaderent. sed imprimis virorum levitas et inconstantia quibus mandare
negotium institueram. Cetera coram melius. Iuvabit spero deus conatus
nostros votisque aderit supplicium suorum. Negotium imponende collecte
iniunctum mihi una cum ceteris interim referre intendo. teque nobis sub-
stituere. si obtinere id potero a pontifice summo. Commendo tibi pater me
ipsum quanta possum intentione. Scio quanto semper affectu prosecutus es me
non merentem quantoque nunc studio afficiaris filio tuo. Sed peto per eum et
per antiqua nostri amoris iura et cineres venerabilium patrum nostrorum
quorum est meriti omne quod vivo ne derelinquas me sed misereris mei
oneris quod grave quo premor admotis manibus atque humeris alleves. Quid
tunc erit mi pater si partem curarum nostrarum assumpseris tibi. Scis indictam
nobis necessitatem reddende pro omnibus rationis ignorat. Vide quid de
te petam: quid velim. directionem familie tue. Scio animi tui celsitu-
dinem non modo ad ista verum ad maiora longe sufficere. Novi quanto con-
silio vigeas quantisque nervis cum aliquid instituis exequaris. Nemo te ad omnia
aptior: expeditior: lenior: cum quod statueris profecto reputare possum.
Voluisse tuum ferme fecisse est. Cupit pontifex votis nostris concors decen-
rem observantie regularis ibi constitui. Scio et ipse desiderium tuum. idque
pontifici palam aperui. Video quod obiecturus sis. id scilicet quod semper

consuesti: paratum facere omnia, si modo dentur qui obseruare uelint. Difficultatem rei mecum attendis non supsunt qui uelint. Quid igitur. Ideo tanto commodo, laude tanta, tanta consolatione priuabimur quod desunt qui induci nouiter in monasterium possint obseruantes uiri. Ista fuit apud ceteros legiptima fortassis excusatio qui forte impetrare deus non merebantur. Num ita respondebis ambrosio tuo: Non nihil ultra conaberis. Excita queso te illas uires tuas, ingenuitatem tuam, constantiam fortitudinem arripe. Non deerit consilium si uoluntas adsit egregia, si absit stupor atque segnities. Memento queso mi pater quid deo tu debeas: quanta ille te clementia et pietate prosequitur sicque euigila in lucem miserationum domini, ut sciant omnes nihil deo esse impossibile, nihil difficile, obstruaturque os loquentium iniqua et glorificent omnes deum in die uisitationis. Sentis ne quid uelim. Ego tui amantissimus conciliari tibi diuinam beniuolentiam per bona opera cupio, per tuam sapientiam et industriam initum aliquod dari uite regulari ut bono odore omnes saturentur agantque deo gratias atque ad imitandum prouocentur. Quanto id cum gaudio meo fieret quis referre possit. Adiutorem te esse nostrum cupio et rogo. Si qua in necessitate uideres filium tuum: is est affectus in me tuus ut putem uitam quoque expositurum, ut ipse periculis eriperer: hec igitur amoris sui uis: fac obsecro elucescat in opere tam pio tam sancto. Quomodo id tibi faciendum sit nequaquam es amonendus. Intelligis quid facto sit opus. Dedit tibi dominus in omnibus intellectum. Credo, spero, confido, me pater consolaberis quem multum diligis. Et te uicissim a nobis obseruari ac diligi minime ignoras. maxime cum ad eternam salutem tuam et temporalem quoque gloriam pertineat omne quod petimus. O si uidere possis desiderium meum et quo affectu quo animo quo amore et desiderii estu ista perscribo non ambigo pro amore quo diligis commouendum ac disponendum ad omnia que sunt nostre uoluntatis. Sed dictis finem facio non desiderio. Uenerabilis pater meus hospitalarius sancte marie noue orauit me per litteras nec tuum ut sui commendarem tibi. Scis me omnia que illi cum monasterio de quercheto est commisisse tue diligentie discutiendam et debito fine terminandam. Nos quantum in nobis est potuit in

telligentie nrē cauillari mulieres illas arbitrati sunt. Utcunq̃ se
hābt res: oro partas laboribꝫ nrīs adhibeas q̄ negotio q̄ntū potes di-
ligentiam ut finiatur. Saluta et hortare filios nrōs admonens
ut religiose uiuē uelint. hieronymū q̄ frēz nrm̄ queso ut sepi
uisitas. Vale pr̄ amantissime: Rome. iiij. kl. maias.

Eidem Sebastiano.

Literas fr̄nitatis tue mihi reddit venerabilis fr̄ nr̄ iacobus p̄ntiū
11. portitor, quibꝫ sollicite ꝯmendas nobis negotiū quod tibi cū latomo
illo ē: Ego omnem sollicitudinem q̄nta poterit exhiberi p̄me impē-
dere institui ut res fine debito terminetur. Interim informatio
nes capiam quantas licebit et undecunq̃ probabiliores elici po
terunt. Te aūt pr̄ carissime admoneo affectu quo diligo ne uel
arce defice, utq̃ carior sit tibi fides et integritas conscientie tue:
q̄ queuis ampla lꝫ sūma pecunie. Scis quid uelim quid taceam.
Qui rationi adheret nihil scandali timere pot. Qui asue ꝯscie
tie testimonio se exutē querit: nunq̄ ꝯquiescit. Neq̃ istud ideo di
xerim q̄ de te tale aliqd suspicer: s; ut uel ex habundanti ꝯmone
faciam. Nam siquid te aberrare a rationis tramite inuenero ne
quaq̄ parcam, nꝫ tam in alteram partem ero propensior. Vale in dn̄o
et filios nrōs admone ut monitis obtemperent nr̄is, et maxime ne,
soli circumeant ciuitatem. utq̃ honeste semp omnia hābnt: nequid
querimonie ꝯ illos afferatur. Nam corrigere delicta intendimus
et seuere quidem si admonitio lenta nō sufficit. Ex nrō mon° fon
tisbonj. iij. non. octobris. Eidem Sebastiano.

Cum eēz an paucos dies in heremo mēa, ortus ē sermo de censu quē
debes annuo, querentibꝫ illis lenit tam fr̄nitate tua se negligi
quippe unū ex eis pepigisse tecum: sine consensu aliorū ut hoc
12. anno denuo soluē incipes, omni retro r̄ōe prorsus abolita. Ego
quid a te percepissez respondi, ut scilꝫ hoc anno exacto pepigisses
ꝑsoluē in reliquūz. Contra illi negare, et anno p̄nti incipe solutio
nem opōtere. Exegerunt ut aliquid in adte scriberez hortarerq̃ ut
satisfaceres debito. Quod facio libenter ac necessario hortans atq̃

orans ut fidei tue non desis, agasque quod iustum ac debitum est.
Siquidem ita se habet res: ut illi constanter profitentur. Caritas illi
sibi deberi ac funes certo modo autumant & pecuniam preterea. In
neutram partem volo sit sententia vestra propensior. Si racionabiliter postu-
lant heremite fratres nostri: merentur exaudiri. Sin minus confutari. Pro-
babilis illorum videtur assertio: nec tamen tua improbanda. Te oro &
moneo affectu quo diligo debito tuo satisfacias. Quod si forte prorsus
potior videtur tibi tua res, anno que futuro solutio integra est inco-
handa iudicio tuo. vel aliquid muneris loco ex his fructibus offerre
te convenit. quod fecisse anno preterito affirmant. Dolemus frater carissi-
me minus in te aliquid integre dilectionis quam vellemus inveniri. Mi-
simus primo fratrem simplicem & senem abs te confovendum sumptibus
tamen nostris: nec suscipere illum omnino voluisti. Venit postea alyo
missus & se vix hospitio susceptum conquestus est. Quid hoc est
frater. Istud ne meruimus de te. Debetur hoc mutue illi observantie
& antiquissime caritati nostre. Si canis a te veniret nobis, suscipien-
dum grate & libenter arbitrati essemus. Displicet nimium te in
huiusmodi reprehensibilem inveniri. licet hoc postremum excusare dominicus
noster ad te rediens conatus sit. Adduntur mihi cotidie cruciatus &
ab his qui minime debuerunt. peccatis meis imputo. Vale in domino
Ex cenobio monasterii fontisboni v idibus novembris. Eidem Sebastiano.
T u solus ferme superes: cui post obitum amantissimi fratris eius meos
13. isthic possim curasque refundere. Neque enim habeo in quo libentius
ibi securiusque acquiescam & ea a quo fidelius consilium fortiusque presidi-
um expetam, quive me carius foveat, maiorique affectu complectatur
quam tu. Tibi itaque litteris quando verbis non datur per absentiam meam, aperire
fluctus omnes cordis mei, cunctasque cogitationes institui: ut &
absens tecum verser, tuumque consilium: quod ut debeo plurimi facio
eiusque offitio eliciam & te item ad scribendum negligentem
ad rescribendum provocem. Angit me sepius pro suscepti oneris ad-
mota diligentiori consideratio: dum quid sim: quid: quo tempore: quia

incertum omnium hominum quam penuria subierim cogito. Ignarus scilicet: rudis: imbecillus: imprudens: fractum et ferme omnino collapsum ordinem nostrum: regendum dirigendum componendum: et in antique sanctitatis effigiem restituendum suscepi: ea potissimum tempestate qua et italia tota quatitur bellis, ob quam id maxima desolatione affecta monasteria ferme omnia nostre religionis offendi, tanta hominum inopia est, ut maior certe esse non possit. Quid inter hec infelix ego faciam: quo me vertam ignoro. Messis quidem iuxta euangelij sacratissimas voces multa est: sed operarij pauci. Rogandus est tota intentione dominus messis ut mittat operarios in messem suam, nec offensus sceleribus nostris avertat a nobis faciem suam sed solitudinis nostre miseratione commotus illuminet vultum suum super nos et misereatur nostri. Id solum mihi superesse presidij video id agere omni studio quantum ille donare dignatur intendo. Atque utinam ille cor meum lucis sue radijs compleat. Lucerna quoque sit semper meis pedibus ipsius verbum, nec usquam a via sua recta nos aberrare aut devios agi patiatur. Speramus aliquod fructus laborem nostrum erumnasque parituram quotiens inde ut debemus spei nostre anchoram iacimus: et ex eo solo pendemus qui adiutor est in opportunitatibus in tribulatione, pauperum que suorum miseretur. ac potens est ex lapidibus istis suscitare filios habrae et dura corda gratia compunctionis salubris emollire, atque aversos convertere ad se. Sed cum cursus unde adiutorium sperare debueram inde mihi tendi insidias et scandala parari conspicio pene spes illa me deficit, que letior ad tempus adm arrisat. Debuerant certe mei heremite quos foveo nostris quam gallina pullos suos: vices reddere dilectionis et comportare mea onera. quippe ad hoc a me in delitijs habiti sunt. ut essent unus spiritus mecum et de meo spiritu viverent. nihil que a voluntate mea quam et iustam et sanctam ac rationabilem et fuisse et esse et fore non ambigunt discrepare. Et ecce progenies illa solitaria, quam illis et verbo et litteris conciliare studeo semper parturiunt animos turgidos et humilitatis professores superbiam spirant. atque patris nostre homines adversum nos clam conivrare non metuunt. bellaque parare ut de eremine illo prorsus eradicando cogitare cogamur. ne radicum amaritudinis latius spargat et revivisscant ydre novella plantaria. Id arte mihi agendum

impiis video ne detur detractioni locus. Verum alia me rursus
cogitatio excruciat. est locus ille religionis nre caput atqz principiu
nz sine magno nro dedecore desertus accolis aut desolatus erit. Et
licet psset iuxta vulgare proverbium solum ee q pessima societate
subtrati: nz omnino censendi sint solitarij qui bella forensia cellulis
inclusi meditant. facit tam ut dixi loci celebritas ut sit no desedus.
Ferme subibat illa cogitatio quam approbat consensus plurimoz religionis
nre homines: tum platos tum subditos q petatez & valitudinem
possint labores vite heremitice pferre. sibi vicissim substituere
ut terni aut quaterni aliquot ibi exigant menses. quibz succedant
alij donec idonei & grati illic heremite collocentur. Fiet ex eo
ut et domus dei bonos hat & pacificos habitatores. q divinis illis
offitijs inserviant iugiter. & qui ibi cmorati aliqdiu fuerunt: solitarie
vite precepto gustu meliores postmoz evadant. Omnes qz boni huiu participes
erunt dum mat assistent dum assuescent religiose vivere.
prudebitqz postmoz no pietati ac religioni stude. Sz hec prolixius
collationis gra simul ut explorarez inde snaz tuam. Ex ravena
scripsi ad te pro lras qbz fabricianum nos ire significabam. Eade
ni fallor die ariminum venimus. destinatum iter pacturi. Illic
versari bellis picenum totum agrum & cuncta igne ferroqz vastari
ii cpimus mutato consilio saviniani primo inde lonzanu & cesenam
venimus atqz inde britonorum. Placuit inde ad foru livij pgere
ut ibi nativitatem dni celebraremus. Hec dum integru biduu
ibi egeramus: tum populus omnis inarmis erat electoqz mayo cu
invicta gubernatore a quo fueramus humanissime susceptiqz cum
gra accepti aliquu dnz sium advocarunt. Ea res nos paucis diebz
intra munimenta continuit ut tuto proficisci possemus. & cepte visitationis
offm exequi. Redditi illic nobis ex venetijs tre prioriaz
ingreunt nram. Hanqz prior sancti mathye cum varijs apud nos cventus
sui lris agreretur criminibz: citatus a nobis fuerat ut huc intra
pscriptum sibi tps adeet. his que sibi obijciebantur responsurus. A q
ille citatione appellavit necessarioqz cprimenda visa e hois stulta
supbia maxime cu in maturez monij illius nobilissimi ruina prorsus
immineat. Itaqz proficisci instituiz atqz hodie iter arripim. Placuit

istud significare tibi: ut ii simus noris. et rescribere possis ad nos.
Hortare communes filios ut bene honesteque uiuant. Vale in domino
et pro nobis ora. Ex foro liuij .iij. kl. Ian. Eidem Sebastiano.
E meritum senem cursus uisitare necesse est. et post exacta iuuentute
certamina arma iterum sumere. Exigitur a me ut rei nostre gratia
14. summum ciuitatis magistratum adeam. Prohibent plurima et que
obmittere consilij non esset. Interim distentum tenent. Nemo occur-
rit aptior cui hoc munus iniungam quam tu. Itaque paucis accipe quid
facto sit opus. Proxime cum rumor exisset militarem manum domum
nostram que forij est parare ingredi: est autem illa horreum nostrum quie-
tis quoque nostre diu socium: scripserunt principes quidam ciuitatis litteras ad
commissarium quibus fieri id prohiberent. non paruerunt litteris quibus id
erat imperatum. Venerunt nostri querule id exponentes, auxiliumque
de nobis flagitantes. Requirebatur presentia nostra, sed obstant que di-
xi ne nos ipsi possimus. Te itaque frater carissime uices nostras exequi conue-
nit. et alloqui summum magistratum, atque orare ne patiatur hanc nobis
iniuriam fieri: hanc inferri iacturam. Non es admonendus qua
arte, quibus uerbis id agendum sit. Erunt ista orationis capita. Excusabi-
tur illuc ipsi nos accessimus. Dolebis litteris ipsorum minime obtemperatum
fuisse. quibus iustitie fauentes atque honestati nostre nobis uitam intemera-
tam seruari preceperant. Sumus enim commendati nos subditi ut quoniam
iuribus proprijs et homines subditione nostra habeamus: nam et alia
nostra conditio quam uicinorum comitum. Admonebis nos deuoto domino
nos istud mereri ut ita uiolemur. Orabis ut opem ferant: quod in
eis est, annum biennium in regione hiberna habuisse milites, nec tamen
attigisse domum nostram. Ab hominibus nostris foenum si acceperint precio
id a nobis postulasse. Rogabis item tu homines nostros inuiolatos
uelint et que ad nos pertinent omnia. Postremo si uidebitur adij-
cies nos pro defensione uitis nostri si opus erit, Pontificis auxilium im-
ploraturos. Vale et hodie fac exequaris quod fidei committuntur tue.

Eidem Sebastiano.

D esideramus diu litteras tuas et iuste fortasse quia siluimus ipsi aliquandiu
15 apud te. Modo quid uelimus ita accipe. Scripsit nobis abbatissa quem-

intercetera petrum anselmum Antoniȩ nouitiȩ sui monij prez
mense maij proximo eam consecrari uelle / similr & philippȩ nouitiȩ
consanguineos cupe / ut ambȩ uno die sumptibꝫ eorum unis consacrentur.
necessario frnitati tuȩ secretum id pandimus quod omnes ferme norunt.
Utraqꝫ ex his & turpis & infamis ē / eiusqꝫ rei plenissimaz nos notitiaz
habemus. Et quidem fieri posse nō negamus / ut post correptionē &
obiurgationez nraz cum hoc bienniuz factum destiterint a feditate qd
tamē uix credimus. Decreueramus tunc antoniam illaz pri reddere
copulandam coniugio / sꝫ obstitit potior rō / & uerecundiȩ confusionisqꝫ nrȩ
consideratio. Quoquo plura tunc egimus ut eum alloqui possez. philippā arbi
tramur professam ee / ac pīa nihil de illa tale agitaueramus cū. Ui
des pr optime quō cornuto ut dr silogismo concludimur. Si consecratio
nez illis ut dignum ē denegamus / probri nri aptum documtum
damus: dum erit parentibꝫ rō exponenda necessario: cur ita faciaz:
scandalum qꝫ erit inferioribꝫ: si illis xpi flameum tradimus: agimus cō
scientiȩ normam eas uirginitatis insigni honorantes quas uilia
fuisse scorta / amatoresqꝫ non alios quā ordinis nri uiros admisisse certuz
est. Tibi itaqꝫ pr negotiū hoc delegamus ut eas adeas & scrupulū
illis nrm non taceas: imo primo deterreas nrȩqꝫ nō ee mentis ut ue
lentur apias. Qꝫ si pudice illas aliqādiu uixisse dephenderis & fa
ciendum tibi uidebitur: eas frnitas tua sacro uelamine induat.
uel certe si molestum id uidebitur: alri hoc negotiuz iniungat dū
modo platus sit. & uti pontificalibꝫ insignibꝫ possit: ut requirat cō
Absque tamē id fieri malumus quo honestius pōt. hita semp ratione ho
noris nri. Sin autē quod forte erit: detrudendas mon° / parentibꝫ
qꝫ reddendas iudicaueris. facito auctoritate nrā / qꝫ re uera pro
stibulū antiquū & religionis nrȩ dedecus tolli demedio cupimus.
Uale indnō. Ex urcō mon° deciani .y: kl. maias

Eidem Sebastiano:

D ici nō pōt quā grate accepimus te protectorē nrz in tuo mon° habi
16. tare cupientem libenter admittere: illiqꝫ oīs offitio more cōerere
instituisse. Nihil abhorrens a tuo instituto peroisti: quippe q semp quē
utilia religioni cognoueris exequi semp consueuisti. Animaduertit

profecto prudentia tua: quantum incommodi ex hac ipsius ibi mora ordini universo oriatur, quantum conducere honori tuo & testimonio conscientiae tanti hospitis possit. Qua ex re induxisti maximum modicum interim immo non multum incommodi propter dum communibus consulens commodis. Et licet iuxta cuiusdam sancti viri sententiam optanda sit seni remissio post laborem: tu tamen etatis oblitus negligensque senectutis te ipsum pro religione universa incommodis exposuisti. Non possumus non mirari, qui sumus homines, hanc ex vicem tuam. Sed multum plane humano more considerantes consolatus altius inspecta virtus tua. Verum non erimus prolixi ores inre apta. Vale in domino pater carissime & nos perpetuis votis prosequere qui peregrini agimur. & nusquam congestimus. Senis ex monasterio sancti Virgilii.) Eidem Sebastiano.)

N eque inter ipsa peregrinationis incommoda labores que assiduos tui obliviscimur. distractus que licet curis animus crebro ad te scribendi meditatur. ut qui sit erga te affectus noster plane ac penitus noscas.

17 Qua die te complexu dimisi nostro pratum venimus exceptique a priore nostro sumus grate. Pistorium postridie summo mane pervenimus diximus que ad familiare nobis monasterium, ubi regio pene apparatu acceptisti magnam fratrum dei caritatem in nos experti sumus. Visitavimus maiorem ecclesiam: & ornatissimum beati apostoli iacobi magnificentissime que instructum altare vidimus. et quoniam legati dominis socius expectabatur, ipsa die nusquam discessum. Sequenti die cum ille nuntiaretur advenisse sermonem in multam horam produximus de rebus necessariis. Vespere profecti extra opidum mille ferme passibus hospitium habuimus. eo consilio ut summo mane proficisci possemus. Ascensus arduus & perdifficilis effecit, ut xvi. tantum passuum milia eo die conficeremus. Postridie difficiliorem longe ascensum quam numquam alias experti sumus. Namque rupi precipiti quam monti arduo iter illud erat similius. Superata demum difficultas omnis. Viginti duo milia passuum ipsa die peregimus. Tertio tandem die pervenimus mutinam. Estus maximi qui nos potentissime toto itinere torruerat. Augustinus filius noster cui multum ab re insolita timueram laboris digeni

tollerantia ferme nos ſupat: & reliq ex nrīſ ualent. Placuit uen.
pr nr iſta ſignificare tibi ex itinē ne putes refrixiſſe auz inte
nrz & qm abſentes corpore dumtaxat ſum: arbitreris nri memo-
ria & cura non moueri. Significabis iſta innrō mon̄ ut nra
norint oīa. nz enim uacat omnibz ſcribere: ſimul & adquē p̄-
mum ſcribendum ſit fluctuat animus. Nos magno aiō ſummaqz
conſtantia iniūctuz nobis munus exeq pgimus. oramuſqz ut ppe-
tua pce deducas abeuntes & diuini nobis fauoris impteris auras.
Confidimus indnō fore ut infructuoſus non aequatur labor nr
Cōmenda nos dnō protectori nrō: quo gloriaris hoſpite. Saluta
omnes ex familia & Vale. Te q meū ſunt ſalutant omnes. Nu-
rinē. iij. kl. Aug. cum iam equitare uellemus.

Eidem Sebaſtiano.

Ex
cripſimus dilectioni tue ex baſilea ſignificantes profectionem
adimpatorem nraz proxime futuram uolente ac iubente pōtifice
18. ſumo. Mouimus iii. non. nouēbris. egimus qz terreſtre iter. vij
fere ppetuos dies uſqz ulmam nobile opiduz & opulentū. Ibi ade-
uitandum & laborem & piculum nauim conſcendiz iumentis
nris uiennam terreſtri itinē pmiſſis. xij. tandem die miſſate
deo uiennam incolomes uenimus. lz piculo temptati haud exiguo
ſumus. Namqz due rates quibz ſingulis gſtantes ligniſteiuſmoi
pcl locorum ſunt inuſu nos uehebant. uiris atqz rebz honuſte ſatis
namqz uiginti ferme homines eis uehebamur. Quarto nauigatio-
nis die ratiſpona antiqua ciuitate moueraz pontiqz ſublicio pro-
pinquabamus quo danubius amnis uaſtus & rapidus traijciebat.
Gubernatores quiqz puppim & qui proram remis agebant: nā
clauo nō utūtur diſſidentes nau fragio fere nos expoſuē. Qui
proram agebant unū pontis uacuū qui puppim altiuz petebat.
Ita factum ē ut cū ſūmo impetu & remoruz & decurrentis aque
nauicule ferrentur. inpontis inpingerent pedē. atqz ita ut alta
ex eis inlatus procumbens aquis ferme impleret. reliqua eidez
uicina piculo. Repentinū exhorruiz maluz. mōtez qz iā ppiqua

formidavimus. Tandem summa vi remorum ripe fluminis appro-
pinquantes exhausimus nostram sentinam, sed plane integram navim
imminebat supra castellum, ex quo confluentes barbari et solatio
nobis et auxilio fuere. Refecti modice cursum reliquum feliciter peregimus.
Viennam nobilissimum oppidum vidimus, et per omnem illam navigatio-
nem ex utraque parte amnis urbes, castella, villas egregias et monasteria
nobilissima spectare libuit. Sed ista quandoque coram melius. Imperatorem
Vienne esse falsus rumor attulerat. Nam ubi illuc advenimus abesse
adhuc quatriduo itinere certiores facti sumus, in villa atata mora-
tem, quo se ille venationis et piscationis, namque ad utramque rem locus
aptissimus est, piscina ingenti et permagnifica ab illo extructa et sil-
vis camporum feracibus prope adiacentibus, contulerat. Advenimus ad
locum nonis decembris ad vesperum. Postridie videre nos cupiens cesar
multis legationibus prepeditus, nam adsunt ad quinque milia equitum,
vi idus ad se accersivit, honorificeque multum suscepit. audientiam
nobis publicam in alba regali dieti itinere hinc distante reservans
celeberrimo in conventu prelatorum, legatorum, baronum ac principum.
Optima de principe ipso pollicemur nobis, confidimusque in modum illum amica
sententia nos demitaturum. Neque id solum verum et ocius expediendos
atque ad vos redituros, pariter Venetiarum feliciter ex pacto negotio spero.
Quid de monasterio nanonadicis sit actum hactenus nihil scire potuimus,
multumque dolemus, sed motus iste noster et peregrinatio longinqua ne
scire possimus impedimento sit. Commendamus pontifici cerviensique
nostrum negotium, et confidimus nihil attentandum in vicium ac religionis
nostre preiudicium. Nulle curis nostrarum illic rerum materiam, ut quieti
minime esse possimus. Hortare filios nostros ut religiose vivere velint
atque ita ut eos diligendi ac fovendi iusta nobis causa sit. Commenda
nos Cesterco protectori nostro, eique ut nostra negotia commendata habere dignetur
suggere. Vale in domino. Ex patata vi id. decembris. Post biduum al-
bam regalem petituri sumus. Eidem Sebastiano.

Litteras tue dilectionis libentissime legimus, quibus multa nostre illarum
19. prati a nobis vel amici instantia promissam scribis. orasque postremo

ut quoniam ipsi in provincia sumus negotium ipsum terminemus. Paucis re-
spondemus nos id muneris tibi nequaquam delegaturos: nisi hoc ille
postulasset ea fiducia quam ipse scribis, ut quoniam compater es putaret
nihil sibi abs te denegandum. Sed quid facerem, qui vehementie illius ob-
sistere et assiduitati nequaquam possem. Te oro ut prudentiam illam tuam,
qua ex dei clementia viges, exerceas, ut in ista quoque uno incomposito negotio
quantum valeat ingenii tui lumen ostendas. Nos diu nequicquam laboravimus
nec proficere aliquid omnino valuimus adeo rustica nos conterere certamina.
Et credimus contra morem nostrum acerbi videri velimus. nam numquam
fuimus. nec esse volumus frustra contenderemus cum iam diem ferme
integrum ad genua fere dixerim illorum provoluti transegerimus
nec lucrati oro quicquam simus. Que de Antonio isto contulisti credo sortitura
effectum non exeunt si diligentia ex nobis non desit. Multum te amat: mul-
tum defert tibi, quod cum sint tibi noti mores tecum habitantium: et ipse
diverso longe vivat instituto, nisi aliquid bone spei sublucet nequaquam
veniret ad te. Et aptius dixi quoniam pallescunt ora: vellem ut se ad
te conferret pacta solemnitate paschali, recuperande sanitatis causa.
Et credo sic faciet. tuncque melius ipse rem tuam tractare coram poteris.
Et quidem ex nunc oro eum detineas apud te, quia nunc inutilis est. tibi
fortassis erit utilis, eoque auctore observantia in tuo monasterio initium habere
poterit. ut iam nullus obstrepat. Nos in heremo habitare cupimus.
ut rebus nostris melius et cautius prospici possit. Vale in domino et nos dili-
ge. ex heremo. x. kalendas aprilis. Eidem Sebastiano.

L 20. Legimus proxime litteras tuas cum dilectione in nos summa plenas:
tum senili prudentia graves: nobisque admodum gratas. Desipiunt
qui ita sapiunt ut tibi pietatem prudentieque tue detractum aliquid putent
cui accessit plane eius ipsius gratia plurimum, decessit nihil. Rem prati
nostri ita ventillas, ita versas, ita ut sic loquamur, angulos omnis
excutis, nodosque dissolvis, ut quam ipsi facilem ex industria facere cu-
ravimus, tu implicitam difficillimamque constituas. Agis id ipse quoque ex proposito
sive ut te intelligere nostram artem ostendas sive ut rem difficilem sta-
tuens eo maiorem laudem consequaris quo labirinthum inextricabilem

filo prudentie rectus euaseris & rei ardue exitum reppereris quem ipsi inuenire nequimus. Mirum immodum placuit ista sapientia tua litteras quas ipsas sepius relego gravitatis & beniuolentie profecto ut dixi plenas. Et ut ad rem ueniam te oro provinciam istam subire non renuas ex qua triumphum tibi ac uictoriam provenire non ambigo. Partes ad te accersendas statuo denuntiatione illis facta nos tibi istud negotium permisisse. Antonium campinum cum proxime rogarem an litteras abs te accepisset negauit miratusque sum cum plures ante dies scripseris daturum te ad illum litteras huius rei gratia. Cauti fortasse fuerit: auctionem abs te primo fieri amico quem diximus: qua excitati qui possident nos ubi sibi obtundat. quippe uiciniores sicque remittentur ad te bilem tibi quoque excitaturi impudentia rustica: ut ipse quoque illorum stultitiam exsorbeas cuius nos non gustum sed satietatem plane percepimus. Hic modus paratior iudicio nostro est et expeditior. hortamurque ita facias. Accesserunt ad nos proxime ex socio quidam qui asseuerarent familias illas sibi inuicem amicitie federe iungi. secumque colloqui & mutua frequentare conuiuia: id quod nequaquam credimus. Neque etiam arbitramur fratrem nostrum tamen de curie gratis noluisse adsumere nisi periculum imminere uidisset & quidem ingens. Aperte itaque ut mones dicimus venditionem illi uiro abs te nostri mandati uigore oportere fieri sub conditione tacita: ut si partes conueniant medietatem accipiant singule pretium quoque restituas emptoribus qui male emerint. tibi afcanus ipse subpeditandum: cum impensis quas illis exposuere. Ista est sententia nostra nisi tamen alius tibi modus aptior fortassis occurrerit. Sequere nolumus tuum potius quam nostrum sensum quod longe melior est. Nos inheremus nostra acgestis & otio fruimur quantum uacat ab occupationibus reliquis studemus. oramusque ut unusquisque nostrum institutum perseuerare ita permittamur. latentesque inuidia minime inueniat. Paucis post diebus Antonium ad te mittemus quem si detinere apud te ualueris paratum erit. Ualebis autem si illi spem religiose observantie dederis. Uale in domino. Ex heremo nostra: iii. idus Aprilis.

Eidem Sebastiano.

21. Dolemus uenerabilis frater, atque ex intimo ingemiscimus: tristibus nuntiis inde allatis affecti graviter: nec regem ullam aut consolationem spiritu

nostro reperire possumus. Scribitur ecce nobis monasterium nostrum sancte marie
de angelis diuidi: factionesque periculosissimas ortas. iam odijs uerborumque
conuitijs indies coalescere. horti cuiusdam gratia e regione monasterij positi in quo
primores artis lanificij construere publicum edificium nouis inten-
dendis pannis cum uellent fratres nostri nimium faciles et parum cauti
consensere. hi scilicet qui rem agunt: maxima conuentus parte reluctante
scandalaque prospiciente que ex ea structura monasterio possent obuenire.
Admonebantur enim quid molestiarum et egritudinis perpessi essent
quando in solo illo simile edificium stabat. Nam preter strepitus quotidianosque
nocturnosque lasciuias, adeo turpiter atque inhoneste ibi uiuebatur quod erat
remotum ferme ciuium frequentia, ut prostibulum publicum uideretur.
magno cum scandalo fratrum nostrorum, qui nulla unquam ratione, ut reme-
dium sistende tante cladi adhiberetur obtinere potuerant: donec sui iu-
ris effecto solo illo: edificium illud a fundamentis est dirutum. Eius rei
gratia pars utraque nos litteris quotidie querimoniarum que se inuicem ple-
nis fatigabant. Nos pro monasterij primum: senioribusque scripsimus ne
ulla ratione acquiescerent. postquam conclusum fore negotium nuntiaretur nobis.
parte maiore, uel blanditijs uel rationibus ut consentiret inducta: admo-
nueramusque ratione multiplici cur fieri id nequaquam deberet, adijcientes nos
id nunquam permissuros ut fieret: sinerentque nos obsistere: ac ueluti propu-
gnaculo suo nobis uterentur. Cum interea ipsorum litteris admoniti confectum
esse negotium magno cum scandalo renitentibus plurimis, maiori dolore
compulsi imprudentiam illorum acrius scribendo castigauimus. Ancipiti
undique malo urgemur pater. Nam et qui rem exegerunt magna ex parte ma-
iores natu sunt: secumque trahunt plerosque iuniores. et qui obsistunt
manifestius, licet plures taciti rem exercentur: leuiores sunt. quinimmo ex
utraque parte quosdam esse leuissimos contentia inter se inuicem publice ia-
ctata manifestent. Illorum est pernitiosior culpa qui permittere aditum: et
uel leuem spem conficiende rei initio ciuibus dedere. quique reluctantes con-
silio et amore iuniores sue sententie uoluntatique subegere. Repetunt
ciues iure suo quod promissum est eis. Obsistunt plures ex his etiam
qui consensum prestiterant. Reliqui rem perfici nolunt. nos negamus et pro monasterij
perpetuam labem perhorrescimus. Scripserunt tamen nobis seniores, po-

ribus lris nris respondentes grate se accepisse qp h'moi sarcina trans-
ferre in humeros nros voluerimus: s3 reliquorum lris significat
nobis eos in sententia pstare quotidianaq3 iurgia & rixisiones pu-
blicas atq3 clandestinas fieri. Cruciam his omnib3 accit. famaq3 in-
stare udis ad compescendos motus prodissemus ex hec cmo nisi potius
suadet ro hic remorandum. ne partes sati gem civiu3 prcib3 atq3
ad consentiendum impellamur. Verum nq illud nos mediocriter
macerat q serenitas tua surda videtur ptransisse aures cmotiones
& turbas adeo graves & sic dedecoris plenas in domo dei emersisse
qui no opposuisti te murum pro domo isrl. neq3 turre david q fa-
ciem damasci. Ita ne no moveris pr sup contritione filie populi
tui. No te movet antiquissima parentis & indulgentissime matris
cui uberib3 lactatus es tristiso & lucida ac plena lacrimis facies.
Non misereris labenti iamiam matri nq ne corruat illi porrigis ma-
num. Patieris ut domus sanctificationis nre & glie nre ubi lauda-
verunt deum ptres nri fiat in expustionem & cibus ignis, consumatq3
seditionis incendio. Remissum adeo ne refrixit zelus ille tuus
quo ipius puande gratie tot labores, tam multa dtamina & incomo-
da longinqui itineris ptulisti. est ne hic fervor ille tuus, dilectio illa
affectusq3 ad matrem prius. quo ausim dice gladio enices tuas subie-
cisse ne illa pateret incendio. S3 forte obijcies te tunc iuvenem labo-
risq3 patientem: ea pro etate potuisse que modo no possis. Aut ete
illud no ee ibi nunc ptres illos: q tunc te diligebant plurimum. At utq3
ro nulla difficultate refellitur. Nanq3 turpe est in sene caritatem
sensumq3 cum etatis fervore frigescere. cum sapia sit in senib3 gran-
dior & rugitus in morem sonet, de senili pectore nascitur pruden-
tia atq3 consiliu. Neqs plane decorum e ea in sene desiderari que
iuvenis probitatis inditia dederis. Amor ille certe quo matri sep
affectus es, incrementa petate q detrimenta recepisse debet. In tri-
gesimu & quintu annum etas iut laborib3, corporesq3 fatigationi
necessarie sufficies suffragata tunc est modo itineris longioris
necessitate sublata que excusatio remanet. Non aut tunc ptrib3

indulſiſti. ſꝫ mei cum eẽs iuuenis qn̄ illa ne pateretur occaſum cẽ-
taminibꝫ te ipm̄ expoſuiſti & contentionibꝫ grauibus, ut mō ueluti
iuſte qꝛ illi non adſunt pro matre laborare detractes. Ita neutra
excuſatio locum hꝫ. propinquus es modo ut labor ſublatus ſit itineris
prolixioris & matrem confectam merore uiſitare ꝯſolariqꝫ & ei inferre
opem renuis? Volumus & tibi in uirtute ſancte caritatis indicim'
ut illaz adeas excitatos qꝫ motus induſtria & arte ſedare coneris
meiqꝫ uices pomnia geras. Confidimus miſericordiam dn̄i nō defutu-
ram ſi te medium ingeſſeris ꝯmotiones qꝫ turbidas rōe & arte ſere-
nare properaris. Compeſcendi ſunt iuniores quorundaz tumentes
ai & ut deferant ſenioribꝫ ſuis admonendi. Opinionez ſuã ita tue-
antur ut peam iter adſciſſuram patere nequaq̃ uelint. Ob pinte-
pantiam ſecuntur adiurgia & ſe inuicem uerborum iniurijs cedunt.
Laceſſunt qꝫ contumelijs acrius contemnendi admonendiqꝫ religioſe
grauitatis: pruꝫ ſanctitatis ſuoꝝ. Nomine ſunt quidam deſignadi
ut noris precipuos ſeditionis auctores. qui ſe manifeſtos & impudentis
effecerunt. Raphael primus palam erumpit adgnitia gabrieleqꝫ au-
dentius & leuius publice inquerentur ciues primū alloquente & ſilue-
ſtrum abſentibꝫ illis impetente poſtmoz coram ꝯtumelia excepit.
Michael item raphaelez preſentibꝫ ciuibꝫ illis & toto adſtante ꝯuentu
laceſſiuit. hi ſunt inprimis admonendi & corripiendi modeſta ue-
hementia qꝫ in domo dei pacisqꝫ diuſorio ſcandala exſuſcitent. ꝯue-
niendi qꝫ ſeueri ex nobis ſi perſiſtant nos nō tolleraturos. Corripie-
da modeſte ſeniorum qꝫ nimia & ingſulta inpromittendo facilitas
oſtendendaz qꝫ quanto cum periculo ſuo fieri ediſicium illud patiant͛.
Subijcienda ſalutaris adhortatio ut quietem & mutuam dilectionē
fouere ſtudeant & qn̄ ipſi negotium iſtud ſuſcepimus nobis permittāt
nos agere cum uiris illis, hn̄t ipſi legiptimam excuſationez, ſe abſqꝫ
nobis hoc nō poſſe, nos conſentire nolle, immo aperte prohibuiſſe ne
fiat. Tenent licteras nr̄as uoluntatis nr̄e teſtes. Nos iam hꝰ rei gratia
conſulibꝫ ſcripſimus que ſit ſnīa nr̄a declarantes: humili prece poſtu-
lantes, ut cogitationem in auertere dignent͛ & alio intendere cum

loca plurima adid opis aptissima illis deesse nō possint. Cosmo item
& laurentio & vexillifero iustitie: dnō laurentio scripsimus orantes
ut partes interponant suas agantq; consulib; & reliquis quorum interest
ut monrij quieti prospicere velint. Sz & te pr meo laborare cupimus
ut suadeas amicis que ad pacē monrij illius sunt. ne velint pro extru
enda mole illa monasteriū destrui antiqssimū & nobilissimū: civi
tatisq; ornamentum. Vides qui sit timor nr, que doloris causa, qd
facto sit opus. Neq; es admonendus pluribus quid cupiam⁹ qd velī⁹.
Fac excitas vires omnes āi ingenijq; tui. & ita ut te potissimū agēte
sublatam atram nebulam, serenumq; rediisse gratulemur. Lrās priori
& conventui scribimus his alligatas, quas te illuc ferre, ipsiq; publi
ce legē volumus. Quod ut cōmodius possis cōmittimus ut resigna
tas primū apud te legas & relegas. ne pp minutiores retardētis
lrās, quas cū legeris publice eis tradēs. Vale in dnō. negotiaq; tua
scias nobis cure & esse & fore semp. ex heremo nrā. v. kl. Jun.

Eidem Sebastiano.

Puto mirabēris nos decessisse sntīa & cōstantiam quodāmō nrā de
fuisse qui tue sinceritatis iudicio & arbitrio cōmisimus cōmittendū
22. sit nec ne ut fres nri venditionem hōti illius nri transigant. Sal
tius re inspecta mirari profecto desines. Afferēt nobis artem indigna
tam qa hoc sibi negaverit⁹ instituisse edificiuz illud in x° mon. cōstruē
in hōto sancte marie nove. Cavillationes strenasq; re nō ignoram⁹
nz tam obsistē possumus. ne si id fieret quod nō putam⁹ ppetuo nrī
dolori fomes adijceretur. lrās adte antea misimus longissime de
hac re disputantes s& alias quas cōventui legendas mandabam⁹
& scire cupimus an reddite sint tibi. Vale in dnō. ex heremo viij.
Jun.

Eidem Sebastiano.

Hodie legimus lrās tuas ān hoc triduū scriptas qb; multa excusas
cū lrīs nrīs nō ad singula rndeas, inferesq; tās haud improbādas
23. cur nō te opposueris scandalis in domo dei ut levit ex hōtis. ita ut fa
cile sopiendis. Mandatū sfecerat nrz invius vocas. qa humeris semlib;
imo decrepitis plus equo imponaz honeris. & qd. d. laurentius cōsulat

subijcis. Nos sane acerrime non sine iusto rationabilique dolore scripsimus
ad te, quia re vera pungebamur acriter quod domus dei in qua continuo die pacis
commedi solitus erat hac dissensione turbaretur. videbaturque rem consenta-
neum te et pro gratitate et quia ibi nutritus es interponere partes tuas debuisse.
Non improbamus rationes abs te allegatas cur id facere omiseris: et ante
omnia responsio prioris parum grata fregit impetum nostrum ut iam non tibi
succensere possimus: licet ne antea quidem succensuimus: sed admonuimus leniter
quid facto opus esse putaremus. Mandatum plenius et validius in ea
forma mittimus quam ipse postulasti. Deus in bonum vertat principia
~~mea~~ noxia paremque in corpore integrare dignetur ne scandalis acrioribus
aditus pateat. Nos certe in ea sumus sententia monasterii quietem ex eo edificio
ledendam sed tamen comparatione maioris mali deterioris que scissure et
ne intra ferme domesticos parietes id edificium ferre cogerentur, remo-
tiore in loco tolleravimus patienter fieri: nam libenter profecto numquam maxime
admirati sumus tam hominum perversitatem qui ut voti sui compotes fierent
deteriora moliti sunt ad frangendam constantiam nostram. Plerisque ex his
amicis vehementer quos si daretur alloqui docerem quam inique agunt. Sed mittimus
ista nam re vera credimus propter strepitum quotidianum honestius se
habituros qui ibi morabuntur quam priores graves gubernabit quam si unius pri-
vati civis ageretur arbitrio. Litteras nostras adguentium tibi non fuisse redditas
egre ut par est ferimus. eas illi fuerant ad summum et nostrum testimonium nos in
gravamur. Vale in domino et nos dilige. Ex heremo nostra. id. iun. ad lu-
cerne igniculum.   Eidem Sebastiano.

L
Litteras fraternitatis tue perlibenter legimus, quibus cestum vix tandem iuvenem
lacessitus novus entellus accipiens quid virium maturiori evo superesset
plane ostendisti, dum totas laudes in te nostras paucis proponens et magna
C 4. liberaque severitate castigans dareta iuvenilem ut sic loquar exultantem
fregisti. Quid hinc loquamur iam vix possumus statuere nisi abs te firmatam
fuisse nostram sententiam et quam predicavimus apud te semper prudentiam tuam
epistolis maxime tuis lucidis enituisse: quam utrumque tibi a nobis addictum amorem
scilicet unicus et singularem prudentiam experimentis elici datur. Nam profecto
nisi amares constanter non adeo fideliter libereque suggereres quid sentires:
Nos quoque non ita amanter honoris nostri admoneres. Neque plane nos penitet

instantie; sed hanc tu carpas modice, postquam ut diximus fructum quem
optavimus retulimus. Nihil succensuimus huic tue libertati frater:
quam ex animo nobis summe dedito profectam scimus. Itaque de homine
nasco quid sentias plane intelligimus, nam eam quam ferme diximus in-
constantiam et ipsi non probamus. Sed neo tantum te fefellisse memoria te-
nemus, quod a protectore nostro summa prece nos impetrasse scribis, ut
quem constituerat procuratorem abrogaret. Neque enim ille id precibus
nostris indulxit sed sponte sua nihil a nobis rogatus exhibuit: immo cum
a nobis admoneretur, ut si vellet eum prestare sineret, non argeuit sed ac-
cito tabellione suo testibusque adhibitis liberam nobis rei nostre curam
se permittere omnino velle dixit. Fecisse id in absentia nostra quod expe-
dire putasset ordini: quam vero ipsi redissemus totum permittere iudicio nostro.
Maiorem tibi latioremque cestum nos versandi porrigimus, tuaque
littera firmamus, quod anullo constricti hominem istum et promovimus et pro-
curatore permisimus. Non defuere quidem rationes que nos ad id move-
rent, sive quas ipse allegas: sive alie coram si dabitur quoque expli-
cande. Sed una illa aut alias quas metuimus ceteros affectu nostro: illud tamen
effecerunt tue littere se eandem aptam examussim digerentes, ut pro-
curationem interim illi tolleremus: servitura suo tempore accius, si
uxorum illorum litteris fueramus admoniti. Hos frater carissime nihil as-
sentandi studio scripsimus sed tuis provocati litteris quibus senectutem alle-
gabas et agi te a familia tua veluti mentis impotem iniste querebaris
ea attulimus que et illorum levitatem propulsarent et ignem vigoris
iam sopiti excitarent. id quod nos et effecisse gratulamur. Vale in
domino Iesu. Ex heremo nostra vii. kl. Iul. litteras breves his annexas homini
illi frater maturius reddendas cures. Eidem Sebastiano.
Redivimus Bononiam incolomes Christo auspicante. Verum quam multa substinue-
rimus incommoda corporis quam varios angores cum fraternitate tua latere
25 non credimus. Et quibus tamen omnibus excipit nos ille cuius inutiles fa-
muli sumus et cui utinam fideliter aliquando parere mereamur. Reversos excepit
cure multiplices omni sese ex parte ingerentes et querimonie varie
multis multa asserentibus quibus tamen omnibus fidem nequaquam adhibuimus.

Placidus dudum monachus tuus deberi sibi abs te ex constituto ne-
scio quid asserit. orauit quod ut abbatem sancti felicis cui res commissa per ca-
pitulum fuit hortaremur sibi administrare iustitiam. Denegare illi
nequimus quod iuste postulabat: maxime cum nisi fallor uerba tecu
hac de re quandoque habuerimus: debitorem quod te ne ipse quidem annueris.
Te hortamur affectu quo possumus ut pauperculo monacho ius suum restitu-
as. & iuste querimonie aditum obstruas. quod sic decet grauitatem tuam
Nobis certe rem gratissimam feceris. Vale in domino. Ex monasterio Fon-
tisboni kalendis decembris. Eidem Sebastiano.

26. Inter molestias ceteras animi & corporis quas perpessi sumus. nihil nos
acri excruciat quam quod platorum fratrum quoque nostrorum. & eorum imprimis de
quibus non male meruisse uidebamur caritatem refrixisse aduersum nos
animaduertimus. Damna enim & incommoda cetera facile tolle-
rari posse ab animo minime uulgari uel instituto segniter cuiusmodi
nostrum fuisse deo mutante putamus. persuasum nobis erat: nihil quod
periculorum repudiandum. ut illesa illa atque inuiolata seruari potuisset.
Certe nosti quanta nos expectari corporisque quiete. ingratum & quam infestum
occupationum pelagus iactari non abnuerimus. utque non perpetimus
nobis dum quieti ordinis prospiceremus. Denique & tuo ipse testimo-
nio fratrum nostrorum ita sepe approbasti ut nemini fere post priorum memo-
riam religionem nostram obligatiorem esse quam nobis & ingenue quidem
fatereris. Uerum facit altior consideratio: ut sepe peniteat huiusmodi
subisse sarcinam: quando & laboris plurimum & fructus parum affect
& quod grauius ingemiscimus emortuam domino sepultam in fratribus nostris
quorum gratia istam maxime admisimus caritatem in nos apertis docu-
mentis deprehendimus dum & libenter & grate quosque nostra carpunt
& nobis et que non sunt crimina impingunt. solatia quoque subducunt
& insurgentibus in nos inclementer pacis & quietis aduersariis. non solum
se non opponunt murum pro domo israel & turrem dauid que faciem
damasci. uerum aut exitum rei consolantur silentio quo clementiores sunt
aut calumniam inflammant occulta detractione. accedunt quoque facile
falsissimis contra nos emulorum nostrorum querimoniis. Peccatis nostris impu-

tamus huiusmodi nobis adeo miserabilem sortem obtigisse: ut procacitatis dul
cedine quam semper in nos habuimus & fouemus alto cordis sinu iugiter
prima ista referamus. & crudeles in nos multorum conscientias expiaz.
Neminem ex preceptis latere putamus que intorta sunt in nos criminum
spicula iniquissime simul atque inimicissime. Que licet miserante deo ueri
tatis & innocentie clipeo excepta ne leuiter quidem summa cute perstri
xerint. desiderauimus tamen dilectionem amicorum, frustraque solatia curaque ex
pectauimus. Unus solum fuit cui nobis pietas explorata & cognita inter
bus dubiis minime defuit. Fratres preterea nostri cum quibus diutissime uixerim
beniuolentie antique gratiam resumpserunt. Uerum enim ceterorum quorum nob
peculiari forte gratia iuncti non sunt licet omnes certe multum diligimus
negligentia erat utcunque tollerabilis. Tua pater intimissimo amoris ne di
cam obliteratio facit ut eo minus tollerem equanimius iacturam caritatis
antique quo neminem ferme habuimus cui considerem magis. cui promptius
deferremus & gratius. Te tuam subduxisse opem inter nostra & ista atque
illa colligere aduersum nos & in eorum aures refundere quos nobis re
ferenda non ambiens: mirum est quod doleamus quod grauiter molesteque feramus.
Impingitur nobis electio diffinitorum, eaque potissimum causa grauat opinio
nem nostram quod iuuenes eligendos curauerimus. Plane si qui ex tanto
prelatorum numero ueracius asseuerare possit sive a nobis uel uerbo uel signo
adhoc inductum non recuso censuram cuiuncque seuerissimi iudicis: uerum
tamen sic accessit animus ea perturbatione preuentus inflamatur calumnia
quod in hunc atque nullum inclementius animaduerterim. O si te coram alloqui
modo daretur quam facile confutaremus ineptam hominum & peruersam opina
tionem. Sperarem uero equum exhibens & mitiorem iudicem rerum nostrarum. Nulli
nisi aperta crimina & leuiora publice notata sunt que secretiora erant
& grauiora secretiore admonitione castigare curauimus. Sed omittimus
ista. que & indigna sunt & nos ut diximus immodice cruciant uel
repetita animo, uel deprompta eloquio, uel scripture mandata. Quorum denique
si dederit deus his finis erit. & quiete nobis uiuere licebit. Detrimentum
tamen nullum tanti nos facere quanti desiderationem istam inter caritatis: ideo signi
ficandum fuit ut uel hac exulceratione nostri doloris admonitus pastorum

ta difficilia occurrunt. Ora ut dn̄s cor nr̃ū gratie ſue irradiet
lumine nosq; aberrare nō ſinat. ſz ꝑ nos indignos famulos ſuos
tanq̄ ꝑ inſtrumentum ſuū dignetur oꝑari in laudem & gl̄iam ſuā.
Saluta filios nr̃os omnes & hortare ut pro nobis orent inſtantius.
lr̃as nr̃as ad mon̄ nr̃ū fontiſboni mittes q̄to comodius poteris, ut
bn̄dicto cognato nr̃o mittendas dabis. Vale in dn̄o dil.me fili:
Fauentie ultima nouembris. Eidem.

A mbroſius Aug. dil.mo filio ſal. in dn̄o & ueros in xp̄o ſeruitute ſuc-
58 ceſſus. Qz aliq̄diu lr̃as meas ſubduxerim t̄. nihil ē fili q̄ arbi-

treris te a me negligi. Te enim fili et diligo et in sinu meo foveo semper
atque ita ut distingui non patiar, ne affectus hic noster defluat: gratulorque ti
dem te perturbationibus que inciderunt amissis solida esse sectatum, neque
ulli ex his dedisse manus. Ita enim te ex ludo nostro esse magis docuisti.
Quam si vulgares fabulas sectatus esses. Mirum quippe in modum plus placu
it silentium tuum quam filiorum meorum ceterorum crebriores littere: quibus
consulto respondere intermisi, ne innecteretur inextricabilis nodus
fieretque quotidie inanis litterarum vicissitudo minime gravitati loci
conveniens quem indignus teneo. At vero ubi quorundam exagitatus litteris
scribere compellor, neminem ex omnibus delegi ad quem mihi scribendum
esset quam tibi. Scribit nobis Gabriel puerilisque satis interpretatur animum nostrum
ut putet nos patriam nostram iccirco subtrahere quod simus indignati aut
illuc accedere vereamur nisi vocati fuerimus. Quasi vero nos quicquam ad
miserimus cuius gratia id reformidare debeamus. Immo vero istuc non ac
cedimus ne succense flamme fomitem nos ministrare querantur
patria nostra, qui mala de nobis facile nimis ac libenter aucupantur. Non
venimus pusilli animi initio alioquin censure severitatem possemus exercere
ut metuenda non esset nobis cuiuspiam vel horrenda facies quam tanti
facimus quanti debemus: doloris et indignationis aculeos non aver
tunt primores nostri, quam nunquam nisi lacessiti et provocati ab aliis quicquam passi
sumus domestice cladis et intestini mali aperire. Neque tamen advertere
hoc ipsi volunt quod dum vulnera sua passim omnibus nudant, maioribus
se criminibus semper involvunt, nemine non improbante non damnante
illorum facta adeo ut vereri cepimus ne huius rumor aures quoque ponti
ficis pulset: qui si perquisierit omnem de me veritatem necessario sentiet.
Ista est ratio cur non accedam ad vos, filiorumque meorum conspectu caream
tam diu, ut quieti mee ac vite per omnia consulam, neque tribuam querele
vel inique locum. Si accersor ut convenit fortasse veniam, invo
catus impresentiarum nulla ratione proficiscar. Sed ista fili in hunc
modum ce sic ratio postulat ut omnibus patescat intentio nostra. Videbar
quidem fortassis quibusdam dedisse perturbationibus manus: sed non huius
rei gratia abstinemus a vobis: verum quia penitus ut perturbatione vacet
et animi quieti indulgeamus. Admone Gabrielem nostrum ut dum scribit

moderetur sibi: & locum: p̄sonam: tempusq; metiatur. Hos illum diligimus
ſi manere intra terminos sibi alege p̄scriptos uolumus qꝫ sic illi expedit
nullaqꝫ in re gratificari nobis magis poterit: q̄ si secretum cellule sue pro
sequens uacet & pronobis diuinam clementiam depcetur. Confirma
omnes filios nr̄os intimore dei & grā sancti instituti, & ora exme, o
missis ut nugis, rebꝫ certis sese dedant, & stabilia eterna qꝫ sectent
& an̄ omnia pronobis orent. commendo t' fili disciplinā sanctā & for
mam quam anobis accepisti. hortare dulces filios nr̄os & sancte pieta
tis alumnos. Vale in dn̄o & gregoriū senem exme saluta & refoue.
xxi. nouembris.

Eidem. d. Augustino.

L egimus dulcis fili lras tuas quibꝫ & tueris innocentiā lucę nr̄i fi
delis, & eum commendas nobis. Bonam inpartem utrumqꝫ accepimus
59. Dolemus fili dulcissime tam diu abēē anobis. Occasio aūt & cā fuit
infirmitas que hic contigit nobis: et ponnia similis quam florentię
passi sumus an̄ hoc ferme triennium. exqua ita prostrata ē uictus ap
petitus ut nihil ferme gustare ualeamus. Ora pronobis fili, & dulces
natos nr̄os ut pronobis orent admone: ut nobis mature restitui pos
simus & nobiscum uitam omnem agere: qꝫ desideramus. Dicito d.
Bernardo exnobis ut sigilla heremi tradat. Ven̄ fr̄i nr̄o maiori sin
ulla cunctatione ac mora. Ora item abbatem meum uulterranū, quē
ibi uicariū reliquimus ut uici grā substineat usqꝫ adreditū meū
qꝫ non sumus ingrati neqꝫ immemores erimus accepti bn̄ficii. Com
menda nos prībꝫ heremitis & ut uindemia fideli' atqꝫ utilr fiat.
Nobi nr̄o quesumus ut cura sit. Mittas nobis duas orōēs depace
quas traduximus exnazanzeno. Erunt uel instudio nr̄o uel
apud dominū bnardum. Orōēs preterea quas pronuntiarunt pueri nr̄i
adnos quoqꝫ mittes nobiscum referendas. Vale dulcissime fili. pu
erosqꝫ nr̄os omnes nr̄o affectu amplexare atqꝫ bn̄dicito. saluiū
meū & iulianū ut gficiundo opi nr̄o insistant hortare, familiā
omnem saluta nr̄o nomine. Exbononia xxv. septembris.

Eidem. d. Aug°.

L egimus fili lacrimosas lras tuas qbꝫ nostratiū hoīū exhorrescis
60. p̄fidiam, uitaqꝫ ipa tibi sine nobis tedio ee uidetur. Credimus id

absque ullo negotio, quippe conscii amoris in nos tui perpetueque observationis
pectatisque imputavimus nostris quod hi de quibus sumus optime semper meriti
quos fovimus hactenus non secus ac gallina pullos suos, ita petulanter
insurgant in nos. Ora fili instanter ut nobis dominus constantiam consilium
tribuat, neque sinat tempestatem absorbere. Confidimus in domino ista nobis
ad quotidianam eruditionem profutura. Commendo tibi instantia summa
filios meos qui nobis luce ipsa cariores sunt. ne permittas illos egredi
terminos a preceptore sibi constitutos neque passim effundi aut cuiusvis col
loqui, sed clausura et intemerata serventur ne rigor ille pernecessarius
dilabatur etasque pueritie et tenera in sinistram partem pronior fiat.
Scis quid velim quid signem. Morte ipsa semper esset rumor quilibet qui
de eis te custode minus dignus emanaret. Nam preter id quod negli
gentie adscriberetur tue defectum illorum tollerare equo animo nequaquam
possem, quorum profectus et ascensio iugis votiva mihi semper est. Vale
in domino, et omnes affectu nostro benedicito: omnesque simul pro nobis orate
quod si non ut polliciti sumus festum omnium sanctorum agimus vobiscum
temeritati levissimi hominis imputate. Salutat te Mariotus noster. Vale
denuo. Ex porticu monasterii sancte Marie de angelis Bononie. xxviii. octobr.

Eidem. d. Aug. facto priori de rosa.

Scripsimus ad te proxime, iamque tibi arbitramur litteras redditas. Im
petravimus a domino nostro non absque difficultate ut prioratum sancte Anne con
61. vertatur in redemptionem possessionum vestri monasterii. Subsidia victus
vestri cum repetita prece postularem et obsecrarem ab eo prestari: postremo
respondit se facturum, plusque adhuc tenemus in spe quam in re. immo in
spe ferme totum. locuti sumus cum reverendissimo domino et patre nostro domino sancti Marcelli
et suscepit negotium commendandi rem sanctissimo domino nostro. credimusque
proficiet non nihil. Ille ipse de suo aliquid opis impendet inopie vestre
quem precipuo affectu commendo tibi, et pro illius incolumitate preces assidue
fiant ab omnibus et precipue fratre Stephano quem ille unice commendavit
nobis, et cui fortasse peculiare aliquid impertietur. Pestem seviis sevire
cognovimus. dictaveramus serenitati tue ut pueros ipsos nostros inde

curares admonendos et modo identidem scribimus, monemusque ut cu-
ra sit tibi diligens conservandorum filiorum nostrorum. Vale in domino. De-
nonie. ex domo domini mei sancti marcelli vii. septembris. Eidem

I Frater ambrosius sancte ca. heremi prior. Venerabili fratri nostro domino augusti-
no sal. in domino et sancte caritatis affectum. Scripsimus proxime
62. ad te ex domo cardinalis sancti Marcelli significantes dilectioni
tue quid egissemus cum pontifice in re monasterii tui: et quid etiam
speraremus. iam decreta erat nostra hinc profectio quia uenire cupie-
bamus ad uos: cum repente preparatis ad exitum mandatum est ne usque
discedamus. satisque veremur ne sit mora nostra hic longior quia negotia
ecclesie multum inuoluta sunt quorum gratia nos hic pontifex detinet.
Cruciamur quod comperimus pestem acriter ibi seuire, neque scimus quid
de uobis gestum sit: ibi ne perseueretis in monasterio an usque abieritis. Teneo
quid iniunxerimus tibi, nec an id feceritis scimus. Volumus si locus
alius non adsit commodior, ut ad monasterium matris fontisboni pergatis omnes
relicto ibi sacerdote qui missarum solemnia in ecclesia celebret, reditu-
ri cum quieuerit pestis. Gratius est quidem ibi propinquus uos remo-
rari, ut suspicio omnis tollatur ciuibus: sed si aliter non potest fieri: capias
istam deliberationem. nec enim iam timemus insidias heremitarum
quoniam illis assignata est possessio sua, ut non possint queri pueros aufferre e
Hec est finis. inuictum.

FINIS LIBRI VI. EPISTOLARUM. INCIPIT VII AD DOMINUM
FRANCISCUM ABBATEM DE CARCERIBUS.

1 Ambrosius Francisco suo patri optimo sal. Accepi litteras dilectionis tue: quibus quod tardius fortasse rescripsi quam ipse cupiebas, non tam negligentie quam occupationum fuit. Libros illos ex monasterio sancti benedicti Gen. patri meo domino abbati sancti Michaelis emendos curavi: iamque ille ut reor accepit pretio fl. xxx. Negotium tuum egi cum laurentio litteris. Nam raro ad nos proficiscitur: distentus curarum publice ac private rei mole: nec tamen adhuc impetrare merui quod optabam, immo postremo negavit se illam dilationem solvende pecunie velle prorogare. Non tamen desistam ea agere quibus adducatur interposita si opportebit. Barbari mei auctoritate que apud illum valeat plurimum. Domino patri generali nuntiavi que significasti de consensu domini abbatis in suscipiendo vicariatu generali cum approbatione illustrissimi ducis atque domini totius gratulatione. Pergrate accepit ea que protectori ordinis scribenda mandavit. Erit cure tue viro illi nusquam deesse, eique opem omnem ferre, ut quod agit coactus pro viribus sine merore peragere possit: cultusque et honor dei in illis monasteriis crescat atque provehatur. Frater iohannes noster diem clausit extremum, et post diutinam languorem que vexationem in pace receptus est. Successit illi in eo gradu. Gregorius noster, bonus profecto vir et bone prudentie. Is una cum hieronymo meo et reliquo cetu te officiose salutat. Vale mi pater optime et fratri meo nicholao salutem dices ex omnibus nobis. Florentie xiii. Martii.

Sebastiano.

2 Ambrosius Sebastiano patri sal. Legi hodie litteras tuas, letus atque hilaris ferrarie unas atque alteras venetiis scriptas. quibus tu omnem peregrinationis tue seriem exponis. Gratulatus sum mirifice te utrobique gratissimum acceptum esse, atque humanissime tractatum in his duntaxat regionibus quas mare nostrum abluit. Neque sane mirum est illic ut minus fortasse notus eras, minus te humanitatis expertum: quamquam me nescio quo pacto fugerat ad eos quoque scribere: qui sunt ipsi civitatis principes, ac totius humanitatis condimenta. profecto enim nusquam melius aut lautius acceptus fuisses, ita me de amicissimorum hominum humanitate per-

sitasum est. Ac siquidem venetijs te inventuras suspicarer has litteras
eis modo scriberem. faciamque si iusseris. Cohibuit enim scribentis im
petum tue consideratio voluntatis, qua tu te conferre patavium prope
diem institueras. Quantum vero voluptatis mihi attulit summa franci
sci sandelli optimi et amicissimi viri humanitas, et egregia virtus
atque liberalitas singularis fateor explere difficile possem. Nihil ille
ac sua non alienum fecit. ceterum instituto suo atque moribus obsequutus
est. quod omnem benivolentiam in vos, omnemque ostendit pietatem, nul
lo quoque in loco deficit officijs prestantissimi viri summeque hospitalitatis. ei
que meo nomine gratias referes. et si enim quod fatendum est meritis tuis
totum prestitit. Ubi in eo ipsum tamen excepisse video eximiam viri benigni
tatem. Quidem. cum hanc indulgentissimo patri ille exhibuerit. eam
item quam antonius pater contulit humanitatem, gratissime audivi:
sed nullius mihi gratior ac iocundior quam francisci nostri fuit, que et uberior
ceteris et locupletior est. Antonius monachus tuus oravit ut ad te scri
berem ac iuberem bono esse animo, cuncta enim in more tuo administrari.
Chorum scilicet die noctuque frequentari et cetera ita geri ut melius ipse
optare non possis. Quod animadvertes atque gratulaberis cum fueris
reversus. Verum hic plura scribere superfluum simul atque ociosum est.
Nosti certe alias experti viri fidem, atque spectatam prudentiam in
absentia tua. Imitari ferme videtur discipulos pauli, quibus ille scribens
aiebat. Itaque fratres mei sicut semper obedistis non in presentia mea tantum
sed multo nunc magis in absentia. Ego illi iussi si quid opus habeat re
ferat ad me, faciam enim ea fide atque diligentia quam te velle scio.
hieronymus frater tecum una cum patre franciscum ipsum utrumque amantissi
mum omni officio affectuque salutat. simul et gregorius noster quem priore
loco ponere debui. Nos omnes bene valemus singulari dei munere. Civi
tas peste clementius hactenus satis agitur: sed metus tamen maioris va
stitatis foeda civium concutit. ne sic tamen quisque prius solum. Deus
misereatur, agatque nobiscum non secundum peccata nostra. Meremur enim
huiusmodi flagellis argui. atque utinam inter flagella ipsa lenem ad deum

corda nostra cum manibus: ne sine sensu doloris nos persistentes: inter illos
numeremur: de quibus ipse per prophetam loquitur: percussi eos et non dolu
erunt. Sed ista tristior ac merens dixerim. Novelle tue plantationes
quibus te ipsum commendasti: pro te preces fundunt: eo utique validiores quo
affectu mundiore atque ardentiore mittuntur. Hec plura impresentiarum
que scriberentur occurrebant. Vale amantissime pater. Florentie. ex
nostro mon. iij. junij.

Eidem Francisco.

Ambrosius Franc. sal. Quantum me premat onus in te potissimum in
3. stante impositum, explicare facile non possem verum fac. Etsi enim la
bori summo repositam mercedem non ignoro infinitam, non possum tamen
vel ipsa imbecillitatis mee consideratione non moveri, non titubare: non
terreri: huic autem fluctuationi mee licet succurrat: interdum divina di
gnatio et me in spem erigat: pollicens auxilium non defuturum dum
tamen intueor que circa me sunt, rursus ferme desperatione nudatum me
intelligens atque omni humano ferme auxilio destitutum, et tunc te
graviter incuso iuste id an iniuste tu videris. qui te mihi non defutura
solatia quoque perituriorum pollicitus sis. Verum enim inter spem ac despera
tionem ita titubanti illa occurrit consideratio: qua moneor solo ex
deo atque ex illius nutu pendere oportere et in illo tantum cogitatum meum
qui adiutor est in opportunitatibus in tribulatione, qui sperantes in se nunquam de
seruit. Tamque angustulum requievit spiritus meus; dum me velut in di
orum antiqua illa quiete monasterii viventem pelagus immensum pro
iectum considero: divina id iustitia agente ut bonum quo diu male
usus sum, vel amissum agnoscam. Sed te mihi fac oro ut me iuves per
tuis precibus et tu conscientiam tuam preter spem quidem repente subdu
xisti orationum saltem solatia non deneges. Et quoniam ut nosti ea condi
tione subrepsi sub fide mea cum Benedictum antecessorem meum ut illum
rationem reddere cogerem si nollet ut pollicitus erat nobis testibus te oro
ut collectarum omnium abs se exactarum in eis monasteriis que visitasti sum
mam ad me mittas. Nosti hominem astutum callidum vafrum. Nollem illu
deret mihi id quod plurimum timerem et ego iam metuere incepi. Nam du
centos florenos quos sibi pro solvendis capitoli impensis datos primo fat

Non quidem aperte negare: sed differre astu & arte incipit. Deputati sunt qui rationis illius calculum videant: dominus abbas camald. et prior monasterii sancti benedicti. Ipse in eo monasterio remoratur sub honesta custodia ne usquam effugiat quod multi vaticinantur. Vides quam implicitus sim: nec ambigo si me amas doles vicem meam. Cum discessimus ab invite veni ad monasterium fontisboni & ad heremum: tantoque omnium gaudio susceptus sum ut dici non possit. Aiunt antiquiores quoque nullum ante me fuisse qui tanto consensu omnium tantoque affectu & amore susceptus sit. Solus amicus noster credo discors fuit qui & ipse tamen simulato gaudio ceterorum letitie accessit. Venimus post hec ad monasterium crucis ubi magno fletu totius congregationis excepti dolorem illorum paucorum dierum mora lenire curamus. Commendo dilectioni tue depositum pium & ministerium tibi creditum. Enutri pueros nostros in timore dei et observatione regulari quantum licet & me illorum commenda precibus. Monachus ille iuvenis qui a priore sancti mathie avulsus est nescio quorsum evasit: satisque vereor ne redierit ad eum. Explorabis rem diligenter & eum mittes ad me pollicens sibi auxilium illi a me non defuturum si vivere ut decet instituat. Vale florentie. ex nostro monasterio sancte Marie de angelis. xx. novembris.

Eidem abbati de Tricerribus.

B

Bononiam venimus ex diffinitorum sententia ibique post triduum gravi morbo temptati sumus: tenuitque nos ea molestia plusquam integrum
4. mensem: deo tamen miserante convaluimus. Et cum hinc abire studeremus heremiti nostri antique pacis & quietis emuli querimonias proposuerunt quod nos misso qui hec & illa iactaret. Res ad examen domini sancte crucis deducta est hominis gravissimi & religiosissimi. Confidimusque in domino refellenda facillime obiecta omnia que mendacissime sunt adinventa, & cohercere non potest mendacium personam. Et quoniam stipendia hic nostri debitam pecunie que nos defecerunt fraternitatem tuam oramus ut xx illos ducatos ad nos celerrime mittas. Nollemus quidem esse onerosi: sed tamen si considerata conditione temporis alios preterea viginti mutuo dare posses: gratissimum profecto nobis faceres. Rem tuo arbitrio permittimus: xx tamen nostros oramus ut mittas. Accepimus que sup

susti de fratre illo monasterii sancti michaelis. Litteras quoque prioris plenas querimoniarum legimus: et uere cupimus ferre opem fluctuanti et misero. Sed magna obstitit difficultas, nam plura possumus quam posse nos uelint cari nostri. Conabimur aliquem reperire aditum per quem consulere possimus nutanti adulescenti. Vale in domino. Bononie. ex nostro monasterio sancti damiani xiiii. nouembris.

Eidem abbati de carceribus

C Ex litteris fraternitatis tue didicimus obitum abbatisse illius monasterii sancte
5. Christine: et quid egeris pro offitio tuo inhibendo ne quam eligerent te absente certiores facti sumus. Laudauimus quoque sollertiam tuam. Addis preterea illas moniales ordinis sancti Bernardi litteris nobilium tui commendatas, ut illic admittantur et una ex his preficiatur. Erant preterea nobis quoque amicorum commendatitie littere. Sed fateor grandis iniectus est scrupulus. Cur alterius ordinis femine id potissimum monasterium expetant, quod sit infamissimum: cogitationi quoque facile occurrit illas nequaquam esse bonas, que malarum consortium uelint. precipue cum etiam prefici alia ex his postulet: quod maxime ambitionis est signum. Et fieri etiam posse non negamus ut bono spiritu et zelo dei agantur ad reparationem iam collapsi omnino monasterii, idque permittente deo fiat ne monasterium ipsum penitus corruat. Res ut cernis frater multum perplexa est et satis ambigua. Nosti autem omnia quid de monasterio illo in capitulis nostris generalibus sit sepe constitutum ut scilicet omnino deficiat: inhibitum quoque est illis ne quam ultra recipiant, sepius et ab aliis et a nobis ipsis. Huic sententie uidetur obsistere ciuium nota quod docuit experimentum quo tempore abbas noster sancti michaelis pro offitio suo id exequi uoluit: ut que illic erant pelleret omnes et monachus ibi constitueretur, nam permissus est. Adde quod alterius ordinis suscipere ut monachos ita moniales quoque prohibemur constitutionibus nostris, nam enim ad mares solum extendi et non etiam ad feminas statutum illud arbitramur. Quo itaque pacto possumus sine reprehensionis nota et cum integritate conscientie istud efficere, quod rogamur et ab aliis et a te ipso, ut istas per hunc modum suscipiamus. Nempe si exploratum haberemus monasterium ipsum per istarum susceptionem in pristine religionis feruorem reparandum, ne sic quidem secure illas admitteremus quanto minus cum res obscura satis est. His difficultatibus pressi nescimus plane

quid ſequatur quia non ſunt nobis nota diuina iudicia: ſed cum moyſe
ingredimur propitiatorium peccatis meis ardentibus ut tibi conſulamus
faciem domini. Tibi frater cariſſime curam iſtam prouinciam que permittimus
ut de iſtarum mulierum uita diligentiſſime te informes ac ſi eas
ydoneas admonitionis illius prouectum eſſe iudicaueris eas ſuſcipias: et
promoueas eam que dignior ex illis eſt in monialium matrem, ſin minus
eas abijcias et conſtantiſſime remoueas: unamque ex ſuperſtitibus monia
libus ordines, id tamen inhibendo ne ullam ultra recipiant, ut delibera
tioni capitoli fiat ſatis. Atque ante omnia mandes, que a nobis illis
imperata ſunt inuiolabiliter obſeruari. Et certo ſuſcipi permittimus illas ſi
ſint ydonee, facimuſque contra ſtatuta noſtra, quia cupimus reformari bonis
moribus monaſterium ipſum. habes intentionem hac de re noſtram. Sepius
pulſati ſumus querimonijs illius domni benedicti monachi noſtri mo
naſterij ſancti michaelis priorisque ſui: quia abbas noſter non illo utatur clementius
ut cepit obmiſſitque indulgentiam illam ſingularem qua illum edu
caret ſolutus eſt magnaque ſeueritate utatur: petiturque a nobis ut hec
atque illa faciamus rationi parum conſona. Cum iſtic eſſemus anno preterito
[illegible] adoleſcentem admonuimus grauiter abbate preſente et propin
quis nobilibus, hortatique ad humilitatem et tollerantiam ſumus abbati
ipſum intente commendantes. Animaduertimus iuuenem ipſum parum conſtan
ter et ſatis leuem: ſed abbas ipſe non magna de illo ſperaſſe uideretur. Ei ſcri
bimus literas ad ſalutarem humilitatem atque obedientiam prouocantes
abbatique ſuo patri noſtro itidem ſcribimus. Et utraſque reddendas curabis
Negotia noſtra quo fine clauſa ſunt ſcire aues. Ante omnia bononie acri
morbo uexati ſumus atque diuturno. Statuta capitoli pontifex legit
et maxima ex parte approbauit, ſed ipſe ſolum uerum et cardinalis
ſancte crucis homo ſumme grauitatis atque auctoritatis cui examinanda
permiſſa ſunt. Exitium in parabamus cum heremite noſtri illuc miſerunt
placidum illum incluſum. quia contra nos hec atque illa garriret. Venit:
auditus eſt a cardinali ipſo primum, deditque in ſcriptis obiecta que omnia
ipſo preſente, cardinalique iudicante falſitatis arguimus et deo miſerante
crimina nobis obiecta diluimus. Conuentus eſt grauiter a cardinali
ipſo primum et a pontifice poſtmodum nobis preſentibus: admonituſque eſt a pont.

ipso decere reverentia nobis impendenda: nos item sumus admoniti ut ne-
cessaria illis provideremus. bonaque cum pace discessimus. et audite
temeritatem hominis memorabilem. Precessit nos Florentiam tamque multa
disseminavit contra nos ut mirum sit, adeo ut fratrum nostrorum et amicorum
animos vehementer confirmaverit: falsissime confingens nos a pontifice pri-
vandos si institissemus, se impetrasse quae petierat omnia, nobis omnem sub-
latam auctoritatem, quippe qui confusi fuissemus. litteras secum detule-
rat a cardinali ad heremitas et a pontifice item quas magna continere
dicebat. et prorsus contra nos. Audi quid dispensatione dei actum est. littere
ipse in manus cuiusdam ex nostris pervenerunt, florentiaeque disseminate
sunt per totam civitatem quibus summus ille vir hortatur illos gravissime
ut obediant nobis. relevatique sunt omnium animi: pontificis item litterae longe
aliud quam ille diffamaverat declararunt. Superbia tument ac rigidi per-
stant infelices. quam illorum superbiam memorato cardinali sugges-
simus litteris, hortatusque est benigne ad tollerantiam vehementer illorum
exhorrescens insaniam. Hoc in statu sumus. Admonet cardinalis
ipse ne in heremo simus, ne ultra illuc eamus, metuens nobis accidere
illorum consilio, tempus expectandum suadens. cui obtemperare
per omnia animus est. Benedicto illi ita scribimus ut non appareat ullas
nos ab eo accepisse litteras, ne abbati quidem significamus querimonias
nobis oblatas, ne igni ligna suggeramus. Vale in domino et nostri fi-
liorum meorum commenda patribus. Ex monasterio fontisboni xxxvi. decembr.

Eidem abbati de carceribus.

Nunc primum tuis litteris reditus tui ex concilio sum factus certior. Ago
gratias deo qui te nobis et tuo monasterio reddidit: ne incepta felicia propaga-
de ... familie intercipentur. Quae de obitu prioris sancti ... et abbis
de ... scribis et de substituendo ibi priore orbisque scribis ... et desol-
litudine, ac diligentia tua recuperandis bonis defuncti prioris et fugandis
... et aliis accepi, multum quoque laudo ... fraternitatis tuae consilium
paratusque id sequi. Secum quoque agentibus tumultibus bellicis ... partium
et imitante immo urgente nos contumacia prioris sancti Matthye ...
re disposuimus immo advolare ad vos ... ad ... nostram differen-
da collatio ... tamen frater carissime instanter obsecro ut prosequaris quae

cepisti: percepturus a domino pro bono opere et pia sollicitudine mercedem bonam et a nobis meritam laudem. Audio d. hieronymum de praga venetiis fouere priorem sancti Matthie et armare contra nos. Vereor ne totam simul fabulam me conficere oporteat. Vale in domino et nos dilige qui tui sumus amantissimi. Bononie. ii. Jan.

Eidem abbati de certeceribus.

Literas tandem tue fraternitatis deferente filio nostro leonardo abste ad hoc ipsum ad nos misso gratulati quidem sumus an omnia te nobis euasisse periculum quod testantur et littere tue id nuntiantes et ipse viua et vera ut aiunt epistola. Que scribis de profectione nostra ad consilium bono animo accepi quia et beniuole et amanter que sentis te scripsisse non ambigo. Nec tamen sane a mea sententia discrepant que scripsisti. fore scilicet ut non nihil incommodi religioni nostre inde oriatur, cui visitande diligentissime tempus istud deuoueram. Sed quid facio? Urget pontificis iussio et electio ciuitatis laboriosissimam et longinquam peregrinationem emetiri. Possumus ne non parere superioris imperio, cui officium et obsequium sumus debitores in re presertim tam pia: tanti ponderis, tantique momenti? Hec dum tam variante sententia et fieri poterit ut hec nobis necessitas adimatur. Quod si erit gratulabimur, visitationisque negotium protinus aggrediemur profecturi maturius ad uos. Nempe si oportebit ire, negotiis meis ita prospiciemus ut minime cum incommodo usque ad reditum nostrum transigantur. Multos iam menses suspensi herebamus, nec de nobis quicquam constituere possumus. visitandus primo uallumbrosanus ordo iniunctus est nobis a sede apostolica nec licuit excusare. Sed id agere voluerimus: pontifice persistente in sententia: Ecce ex improviso nos rursum iussio apostolica reuocat atque in aliud aduocat. Peccatis meis exigentibus credo ut nusquam sinar conquiescere. Quid de confirmatione collationis a tua fraternitate huic loci de hospitali facte sentiam: illi satis exposui. Res certe superflua visa est et non necessaria immo inutilem prejudicium uenientis si fiat: quasi tua collatio mea indigeat firmitate, nec per se ualeat. Multum tamen oranti presbitero ut quod petebat non denegaretur maxime quod cum id fieri orares, Multa mecum contulit ad que respondi per singula, nec ambigo fideliter omnia referet dilectioni tue. Causa certe commotionis tue modice licet aduersum nos iusta non fuit quibus honor tuus omni in re non minori cure fuit quam debuit. ex eo plenius

addisces omnia. Neq; enim longissimam uacat epistolam texere, simul & superfluum est. isto precipue fratre diligentissime instructo ad te remeante. Que postulasti libenter induximus quia rebus plena putauimus; que omnia ut fratri nostro carissimo inceberis pristinum honestis morem gerere cupimus. Lineum pannum abs te non dum missum ut pollicitus es miramur & eo maxime indigemus: iam dato principio reparationi optime claustri nostri. Vale in domino & filios nostros in religiosa conuersatione educare contende. Ex pireto monasterio fontisboni iiii. aprilis. Eidem abbati rescrip.

H1 Reci mihi reddite fuerunt littere fraternitatis tue quibus meas & aduenientem patrem meum abbatem sancti michaelis & ad te literas ita redditas nobis

8. asseueras ut nihil ex eis legere potueritis, adeo aquis corrupte erant. Indolui fateor quia & utilia erant & necessaria que scribebantur. Sed quoniam corrigere quod factum est ipsi nequaquam possumus abstinendum interim que remouis manibus censui quam tempus in his superfluo consumere. Erant autem nisi me fallit memoria concordie mutue fuere resarcite inter memoratum patrem & tuam fraternitatem beniuolentie, cuius dissidium erat molestissimum redintegratus amor mirifice gratus fuit. Scribebam in hanc sententiam & ad illum & ad te orans atque obsecrans ut dominus iesus ceptum opus bonum perficere dignaretur & alterutrum inuicem intentius commendans. Adijciebam & de his rebus consultum quas scripsisti ad me de uisitatione scilicet & de particulari capitulo, asserens placere pontifici ac protectori mihique uideri summe necessarium, ut ordo totius ab me primum diligentissime uisitetur. Et in forma corporis nostri et uisu explorare queam & tactu. sic eorum remedium modo adhibere. Sic enim unquam in corporibus humanis ex auditu solo medicina consueuit adhiberi. Prestare itaque uisum est, si hoc ipse primum uisitationis munus implorem. Porro particulare capitulum hoc anno celebrari possibile non est propter statuto pristinum tempore, quia nec prelati tuto conuocari possunt: nec uisitare ipsi potuimus ob longiorem moram quam in curia romana protraximus. Intendimus tamen ad id uacare continuo, tuaque fraternitatis solatio frui. Quod itaque sponte tua & coram & per litteras pollicitus es ut impleas oro. Ego enim hoc uisitationis officium auditu incipere institui, & erit non modo gratum

ſz etiam neceſſarium a te ad uos duci / atq; inde reduci ad nos. Cum
ergo tibi tempeſtiuum erit maturabis uenire ad nos. Conſtitutis enim
utrinq; rebus domus nře principalis & compoſitis ad laudem dei iter
aggredi ut ad uos proficiſcar inſtituo. Scripſi tamen & alia quedam: ſz
ea coram melius agemus. Uale amantiſſime fr̄. & me pr̄i meo dnō
abbati commenda. quem uidere ſummo deſiderio cupio. & tanti uiri
colloquio & conſilio frui. Florentię ex nr̄o mon.º viij. Junij. Bide.
L rās ad domnum antonium ſubſcripimus quibz multum orat ut ſe in pā
9. tibz iſtis prope rauennam remorari pmitteremus. Admirati ſumus
ipi.º imprudentiam / ne impudentiam dixerimus ſingularem q adhº
uenisse uidetur ut prī & propinquis iam iam liberandis. Nam ge
rardus a religioso quodam admonitus eos iam admiſerat liberos: cum
ē interitus. Eos enim poſtq̄ ipiº reditum didicit / indignabundus ac
fremens in obſcuriores tenebras relegauit. illic morituros / multum q;
agrauibz auctoribz didicimus: de nobis queritur q hunc iniuria car
ceris liberare paſſi ſumus quem proditorem aptis uocibz notat. No
luimus ipiº inſano conſilio aquieſcere / immo illi iniunximus ſanctę obedien
tię & ſub excommunicationis pena quam ſi obedire neglexerit incur
rat ipo facto pcipimus ut intra triduum inde diſcedat ad te cum his
lrīs nr̄is rediturus. Uolumus ut hunc frīnitas tua in aliquo monº
conſtituat ubi pro peccatis ſuis deo digne ſatiſfacere poſſit / ſiue in ſancti
Matthyę monº ſiue ubi uidebitur. q exuere eum ea iuxta q; grego
rij ſententiam eiuſmodi hominibz pena debetur. Satis mirari nō
poſſumus q nullas abs te poſt diſceſſum a nobis tuum accepimus lrās. Co
motam eē frīnitatem tuam ex uerbis d. ugolini certius didicimus: ſz ut
aptiſſimum ē iniuſte q qui honori tuo minus conſuluiſſe uideam: in ſtū po
ris ſancti Matthyę. Certe cum lrās quas & ad illum & ad nobiles eum nob
commendantes & ad ueñ prem abbatem ſancti michaelis de hac re ſcrip
ſimus uideris. Nam diſpoſitione dei factum reor ut exemplar illarum
penes nos remaneret. animaduertes quanto ſtudio rōnem bone opinionis
tuę habuerim ſemp atq; apud omnes. Sz iſta melius coram explica
buntur. Confidimus enim in dnō te paulo poſt uiſuros in tranſitu nr̄o.

Certe hoc ipm nobis significare debueras te fuisse gmotu. Infirmitatē
nescio quam te incurrisse grauem satis ac periculosam idem uir expo
suit nobis. Doluimus multum certe qd peam occasione te nobiscū secū
ducē nō quiuimus. Alioqn gratissima fuisset societas tua in hac eximia
nostra peregrinatione nrā. Uale in dnō qui te nobis incolomē restituē
dignetur. ex nrō mon° fontisboni. xvj. Martij. Eidē abbi cancell.
Dulcissime dilectionis tue lrās nob reddidit Sanson monachus abste
10. rediens. De poena sancti Matthys quid scribas animaduerti nō sine gui
dolore & indignatione. Eius contumaciam omnino sicut narratis insti
tui, tueqz fraternitati quid de perdito hoie faciendum sit aliis meis lrīs his
inclusis peculiariter in consertis significaui. auctoritatem omnē adij
ciens: ut oportune prouideri tanto mon° ne ruat in preceps possit. Exe
quere itaqz confidenter munus iniunctum & dns aderit pio operi tuo:
placet qd de d. antonio scribis. Uolo prorsus ut eum pro gmisso scelere
immani atqz hactenus audito coherceas. est enim ipse proditionis reus
quod ita nobis gstat ut clarius nō possit. Qui itaqz tanto dedecore af
fecit ordinem nrūz impune transire nō debet. Nam si ad partes istas
redire psumeret & illius manus incideret cui proditionem machina
batur amitteret uitam. Aliis item sceleribus uti comperimus obstrictus et
obnoxius ē ad que diluenda ppetuis illi gemitibus ē opus. Fraternitati tamen
tue ut eum possit absoluē auctoritatem omnē nrāz etiam in casibus
reseruatis nobis gmittimus qz sic postulasti: hoc tamen seruato, ut illum
carceri includas seruandum ad arbitrium nrūz, bisqz in ebdomoda
quarta scilz & vi. feria in pane zaqua ieiunet. donec aliqua ex parte
satisfaciat. Sane qd scribit in dulcis fraternitas tua gyrē, quod te forte
minus idoneum existimauerim, atqz ordinale illud mandatū de unio
nibus sepe abste postulatum minime miserim, queso ut hanc opinionē
facilius psumptam q̄ uerius ponas. ego enim de fratribus meis ac de te
potissimum semper altiora q̄ de me ipso & digniora sentire consueui semper
& sentio sentiamqz dum uiuo. Sz rō fuit primum qd uniones ipsas rome
dum eēm multum quesitas reperire nō potui, nz apd protectorē, nz apd
nostros illum q capituli scripta confecerat. nz usq̄ alibi, nz gfrīs marci:

que non aderant. poterant secundo quod uniones illas & heremitis omnibus
& prelatis ceteris omnino displicere ut minus utiles qui earum quod reuo
catione ut a pontifice peterem instanter orarunt: quod tamen facere nolui.
Eam rem melius coram discutiemus ac de patris mei abbatis & tuo consilio
cuncta faciemus. Visitationis officium ut antea scripsi venerande fraternitati tue
hac uice dumtaxat ipse implere decreui diligentissime ut statum religio
nis tam in spiritualibus quam in temporalibus qui sit agnoscam, idque de conse
nsu et uoluntate pontificis ac protectoris nostri ut possim aptius cuique re
medium explorata infirmitate applicare, Ad quod exercendum te socio
& adiutore uti si commode potes institui. Aduentum itaque ad nos tuum
necessario postulamus ut aggredi quod debitum est nostrum possimus.
De aduentu ad nos meo sententiam sequar venerandi patris mei abbatis & tua.
Maturare tamen ad nos proficiscaris oro ut inchoare possimus aliquid
ministerii nostri in laudem dei & religionis nostre commodum: dum tamen fru
ges prius collegeris neque detrimenti monasterio proueniat tuo. Commen
da me patri abbati & fratribus omnibus. Ieronymus frater meus te plurimum
salutat. Vale in domino. Florentie. ex monasterio sancte marie de angelis.
xxiiij. julij. Eidem abbati. de carceribus.

I nter ceteras offitij nostri curas quibus quotidie exercemur atque cruciamur
illa potissimum nos angit ac frequentius pulsat quod prelatos ordinis nostri
11. qui subditis ac socijs exemplo esse debuerant & sancte conuersationis
prebere omnibus formam ut essent iuxta saluatoris sermonem sal terre,
quo ceterorum insipientia condiretur: improbabiliter cernimus infatuari &
graue omnibus scandalum fieri. Certe enim non ignorat fraternitas tua
si qua religionis nostre iam ferme collapse reparatio speranda est, ut est
profecto diuina fauente clementia speranda eam totam in prelatorum refor
matione bona consistere, quorum exemplo integra sanctimonia & religionis
zelo & auersi reuertantur ad uias rectas, & peruersi conuertantur & uagi atque
instabiles coherceantur & confirmentur infirmi. atque ad salutis desideri
um reuocentur. Istud autem tam salubre remedium commonitus omnibus exhiberi
cupiamus utque diuinitus ~~pulsare~~ indulgeatur diuinas pulsare aures
non desperamus pro modulo nostro, tam propensiore circa specialiter quandam

instituto et desiderio illis potissimum monijs imputamur que speculum religionis ac totius sanctitatis esse consueuerunt. cuiusmodi est mon. sancti matthye demurciano quod quam religiosi obseruantie fuit nullus ignorat de pot qui superioris meminerit temporis. Sane huius prior qui ita infatuatus sit et inimicus sibi per capitulum generale primum postea etiam propter mediocritatis literas repetita implere neglexerit. atque adhuc contemnat peruenisse ad aures nostras noverit fernitas tua. satis quam mirati imprudentiam hominis atque stultitiam et animum prorsus ingratum et ignauum qui forte existimet nos ista negligere aut quod absentes interim fuimus non peruentura in notitiam nostram. Nos autem nihil ingratius audire potuimus quam huius protervum ac rebellem spiritum: ipsius primum monii dissolui egregiam formam sanctissimamque disciplinam deinde omnibus inobedientie exemplum et contumacie dari. Itaque negligendum seu dissimulandum ultra minime existimauimus. ne sentiat impunitam nequitiam: neu rei apud deum in tremendo ipsius examine inueniamur. Fernitati itaque tue uices nostras in hac parte peculiari circa quantum? ... capitulo generali utcumque in nostris illis partibus fueris institutus atque inuitute sancte caritatis iniungimus ut ad memoratum sancti Matthye mon. pergas uitam et mores prioris ipsius sollicita indagatione discutias. ac si quidem uera esse que de illo referuntur inueneris quod scilicet non paruerit preceptis domini et protectoris et capitoli generalis ac nostri: nec clausuram annuam sibi prescriptam seruauerit et adulescentem illum monachum aiis non dimisit aut alias male aut negligenter uixerit auctoritate cardinalis et capituli nostri quam tibi plenissime tradimus in hac parte ipsum ab administrationis sue offitio imo latam in eum per constitutam capituli sententiam exequaris qua cautum est ut nisi annum integrum in suo mon. clausus impenitentia mansit ipso facto priuatus sit id que auctoritate apostolica cardinali concessa et nostra quam paruitati eiusdem idem postea indulcta: quod si forte contumaci spiritu rebellis extiterit: ac sponte sententie meum latam subiacere noluerit seueriorem in eum censura deseuiat. carcerique et tradatur inmo cato adhoc si opus erit auxilio brachij secularis. Indignissimum et ergo

ut gementibus oculis monasterii tanti et tam celebris ruinam intueamur.
Agat itaque viriliter fraternitas tua, ac zelo domus dei urantur precordia tua
ne quid ineas sordidum et quod ruinam afferre possit omnino residear.
Tibi uero executioni mandaueris. Venerabilem fratrem nostrum d. dionysium: donec
nos ad partes illas xpo duce uenerimus. Strenue igitur atque impigre
mandatis nostris et dominii obsequere atque ita ut et ab illo premia digna et
a nobis laudes promereri possis. Vale in domino florentie ex nostro monasterio
sancte marie de angelis xxiii. julij. x. indictione. Eidem abbati Caceref.
egimus hac hora ferme litteras quibus multa necessaria insinuantur. Fratrem
Orlandum auditis omnibus diligenter atque ppensis que afferre uoluit
12. remittere uolumus ad monasterium montis scalarum ibi mansurum usque ad nostre
placitum uoluntatis. Displicet mire prioris intemperantia quod nulla
ratione habita, nec honoris nostri, nec utilitatis monasterii tam negligenter
et stupide ferme se habeat nec curet monita et precepta nostra, que est
scripta reliquimus. Cuius rei gratia fraternitati tue licet ex officio tuo prospicere pos-
sis uices nostras etiam ex habundanti per has litteras nostras iniungimus ut
primo an ita se habeat res ut memoratus frater asserit te diligenter informes
ac siquidem uera prosequi deprenderis ne domus dei patiatur detri-
mentum auctoritate nostra omnem malignandi aditum obstruas et usque ad
generale capitulum fructus omnes et monasterii credita ita sequestrari faci-
as ut nihil ex eis ad manus illius perueniat. sed illi consignetur qui adhoc fuit
olim a nobis institutus. Videlicet fratri orlando de quibus tamen et tibi et nobis po-
stea rationem se redditurum ignorare non debet. Hoc autem te facere uo-
lumus continuo ne malum latius serpat. Multum miramur te credere aut
sentire potuisse nos scripsisse Venerabili fratri nostro abbati sancti michaelis. ex litteris 13.
tuis factos fuisse certiores. tres tamen monachos in monasterio sancti matthie
remansisse. Non id scripsimus quia quis esset numerus nesciebamus. Sed litteris
tuis olim prouocati scripsimus memorato fratri nostro dolentes et culpantes
eius negligentiam quod cum illi directione et correctione ipsius monasterii
peculiari quodam studio et affectu commisissemus passus fuisset rem ad
tantum exterminij deduci. Sunt hec ille quas ei non reddiuisse ex eo gij

cimus: quod cum tibi tunc quoq longissimas lras non unas sed binas re
scripsimus, eas tibi non fuisse redditas extris lris certius novimus.
Sz ubi suspitionis morbus inest difficile remedijs quibuslibet excogita
tis occurri pot. Et hec interim dicimus pro controversia int nos di
uinis versata ex qua aditus ad istius mri querelas patet. Demon ipo
quid sentiamus, non e h9 loci nec temporis scribere. Id tantu dixerim9
cum abbati nro seni estuz codis nri miss abitr pandecemus & cu in
stissimis querimonijs agitaremus illum respondisse rem ee satis opi
nione meliorem & ibi qventum satis numerosum, religiose qz uiuere
supesse, nominatis singulatim fratribz. Quas illius lras nos sanctissi
mo eugenio ex seris misimus: qz illum egre ferre desolatione mon
nõ ignorabamus, ut et honori nro et geti illius consuleremus. Domi
nicuz conuisum aciter ut decuit ubis castigauimus, qz psolius impa
tientie morbum abdicauerit se religiosissimo cetu et ex portu tran
qllo in pelagus infestum se deiecerit. Que de maturo ad nos aduetu
tuo scribis non improbamus, nz ambigimus forte si ueneris ut in
monijs religionis nre remorari possis. lz illa multum sint occupata,
Ad quod nos libentissime cohopabimur. Placet ut uincentini mon
negotiu diligenter explores. Nam ad nos qz h9 mri querela puenit, cu9
rei gra pori ipi scripsimus illum admonentes grauiter. Uale in dno
& in modice festinationi ignosce. Ex nro mon sancti Johanis euan
gelistę xv. May. 9 eidem abbi decarceribz
Iuuenis iste canonicus ecclię tarcusinę qquestus e sorore sua puella
etatis annoz xiij. susceptam fuisse in mon nro sanctę spinę se ab
sente atqz inuito, multuz qz ob mony ipi infamiaz dolet eaz ibi deti
13. neri. orauit ut eam sibi restituendam curaremus ut in loco honestiore
felicius deo uota sua reddere possit ne in mon ipo cum salutis suę
iactura honorisqz dispendio adulesceret. Iusta postulanti nequaqz de
negare quod postebat debuimus. Nosti enim ipe melius qz nam sit loci
illius apud nos infamia, utqz non sine rubore nro in dies mala mal
addantur. Namqz ut omittam reliqua: inhibuimus ipi iuxta gnalis
decreta capituli: ne ullam deinceps suscipe auderent. Hanc aut post

nram inhibitionem susceperunt & plura precepimus postea: que multum
adtenerent nos, atque nostrum uehementer affligerent. Cuius rei gratia ad
matrem monii scribimus mandantes ei sub sancte obedientie titulo
& excommunicationis elogio, ut puellam parentibus atque nec dum professa est
fratribus restituat. Et quoniam fieri possit ut impii nostri negligens hanc reddere
abnueret, uolumus si id fortasse contingat, ut sanctitas tua ex officio
suo & ex admonitione nostra eam obedire compellat: puellamque restitu-
endam omnimodis curet ne nomen domini blasfemmetur cumulatius
si parentibus inuitis & fratribus puelle detineantur in loco apti dedecoris.
Vale mane & nos dilige. Florentie XXV. iunii. Eidem abbati concert.

H ac hora profectus ad nos venerabilis frater d. nicholaus harum portitor ora-
uit ne uacuus ad te nostrarum litterarum rediret. libenter ei admuimus
licet nullas ipse nobis a tua sanctitate reddiderit excusatione allegans quod ignorauis

14. nos hic adesse. quod facile credimus cum & paucissimis diebus hic simus
remorati, & tempestas ea fuerit, ut tam celeriter tibi renumptiari ne-
quiuerit noster aduentus. Verum ex precepto pontificis initum concilio cum
ceteris datum profecturi atque hinc uenetias obuiam aduenientibus grecis
una cum domino sancte crucis legato sedis apostolice & aliis plerisque. Tuam
itaque sanctitatem affectu precipuo salutantes hortamur ut quam primum se huc ad
nos conferat quoniam ut ex nicholao ipso comperi secundo iam euocata est affu-
tura concilio. Erit nobis summe grata tua presentia preterquam alias atque neces-
saria. Filios nostros omnes affectu precipuo benedicimus. Vale in
domino Ferrarie XI. ian. Eidem. abbati de carceribus.

N os huc applicuimus VII. mensis octauaque datum est initium concilio le-

De synodo ctis litteris translationis, prepositis ad modum & institutionis legati atque au-
ctoritatis sepe sibi collate: Conductusque tam pontificis summi, que illu-

15. stris marchionis celebrata primum processione intra ambitum maioris
ecclesie magno cum ordine & plerisque subsecutis cerimoniis. Heri autem
prima sessio celebrata est, in qua approbauit synodus sancta transla-
tionem concilii factam ex basilea ferrariam: & actus omnes basilee
gestos uel gerendos post translationem factam irritos esse decreuit. nihilque
omnino uale. Absolutique omnes de basiliensi concilio iuramento quiue

quolibet constituto, cunctosque ad diuinum concilium uenire statuit. infligens penas his qui per contemptum renuerent & absoluens a quibuscunque a concilio basiliense inadueniente sententijs iniustis. Ista ferme in prima sessione gesta fuere. Vale denuo.

Eidem. Abbatibus S. Saluatoris et S. Felicis

F. r Ambrosius sancte ca. heremi prior & totius ordinis ipsi generalis Venerabilibus fratribus nostris sancti saluatoris & sancti felicis monasteriorum abbatibus

16. intra florentiam sal. in domino & sincere caritatis affectum. Debet excitare animos uestros zelus domus dei & reuerentia matris inflammare artius ut eam uindicare ab antiquo dedecore & iniuria cupiatis, & mecum quantum uires sufficiunt procuretis. Neque soli uos, uerum et plane omnes religionis nostre in eundem affectum communiter nobiscum conspirare debent. Ecce enim domum dei religionis totius parentem sacram camaldulensem heremum quieti solitarie et otio contemplationis diuine deputatam iam pridem inhabitare quidam non plane anachorite siue heremite sed inquietissimi pacis aduersarij qui contra propositum atque institutum suum scandala seminant, nutriunt, fouent, atque aduersus priorem suum & totius ordinis bella excitare conantur. Huiusmodi noxia quedam germina & uirulenta plantaria nos radicitus uellere deo inspirante curauimus. Superest amaritudinis radix que se ipsam deo agente euulsit & reuiniscere nititur. Nam d. hieronymus de praga ambitiosus simulator, hipocrita, mendax, uitiosus scandalorum summus opifex & inuentor malorum, qui profectus ad concilium anno preterito multa contra sanctitatem domini nostri uerbo & facto egit & contra nos agere numquam destitit redire ad heremum cupit cui ne illuc rediret ultra presumeret sub anathematis interdicto maledicto interdiximus. Alioquin fieret se grauius cohercendum. Volumus itaque & omnibus nobis & uestrum singulis in uirtute sancte caritatis iniungimus, ut si forte ad eas partes & maxime florentiam uenire presumpserit: secularium ut solet imploraturus auxilium contra inhibitionem nostram, illum & quemcunque alium obloquentem contra nos capi faciatis & custodie mancipari, inuocato ad hoc si opus erit brachio seculari. Istamque sententiam nostram etiam uenerabilibus fratribus nostris prioribus sancte marie de angelis & sancti benedicti & uicinis prelatis omnibus nuntietis precipimus pro uestra bona diligentia & prompta

obedientia adeo et eterna pmia & a nobis meritam laudem. In huius
aut nre uoluntatis fidem has nras lras manu propria scriptas & mi
noris mei sigilli impressione munitas ad uos duximus dirigendas. Dat
padue die. xvi. Jan. Anno dni. M. cccc xxxiii. Indict. xii.

~~Eidem~~ abbi de carcerib;

L
re dilectionis tue nihil omnino pturbarunt constantiaz nram:
17. Ubi enim nulla processit offensa: quodcunq crimen impingitur inno-
centi non tam e pena metuenda, q tollerantie corona: uotis omnib;
expetenda. Habemus tamen gras pie huic trepidationi tue circa p
nobis q tam sollicite tueris innocentiam nram & nos qd facto opus
sit admones. Consiliu tuum de hieronymo statim reuocando non
probamus, ne quod mature & cum iudicio egimus inconstant et leuit
egisse uideamur. Scribimus aut ut mones cardinalib; cam allega-
tes cur hieronymu ipm amouerimus nequaq improbanda, qd me-
tu pontificis: qui apte nouit hunc egisse q se, eis referentib; q cocilio
interfuere: interdiximus ei reditu, ne putaret pontifex nos ei rei
fauctores, uel etiam auctores extitisse. q cum sine consensu suo requisito
licet non tamen impato uel misissemus uel recepissemus. sicq illius
indignatione concitaremus q nos. Ea rone pscripsisse q ne sine lice-
tia nra psumeret recedi: sed uel uenetiis ubi tunc erat, uel ubi mal-
let alibi in ordine moraretur. Addimus et inlras nos arbitrio illorum
stare paratos & siquide eum restitui in sse cenr obtempaturos etiam
cum pitulo nro: eumq reuocaturos adheremu. Expostulamus etia
leniter pcipue cum dno sancti petri aduincula & cum legato de in-
tempantia hois & libidine detrahendi plato suo. q an q nobis resc-
beret quicq & uel doleret se remoueri iniuste uel restitui postularet.
scripsit q nos & concitare oimz ands conatus sit. & hec atq illa inas
nostro. Poggius vir plane optimus et mei amicissimus secretarius pon- — poggius
tificis summi cum veniret ad nos, rogavit ut aliquid scriberem ad te.
ipsumque tibi commendarem. Et quoniam amantissimus est mei, nos quoque excepit
humanissime, atque ita ut nihil in se gratie et humanitatis desiderari
permisit, commendo illum tibi ut quanta licet benignitate illum suscipias
quemadmodum ex te postulabit, que illi ut tribuas oro. Vult autem omnia
libros suos servari in monasterio. Erit cure tue illos tueri diligenter: atque
ita illi spondebis liberaliter. Quaternione preterea solum, atque vetu-
stissimum in quo plurima epigrammata romane urbis scripta sunt
non mausculus sed communibus literis ingressus. seu Michaeli filio meo in quaterni-
dum diligenter mandabis. ei quoque restitues. nam suus est: erat in cel-
lula mea et credo facile reperietur. Psalterium illud item grecum novum
in papyro illi dabis, quod ut mitteres ad me antea scripseram. Ista
sunt ferme que cupit. Fac illum habeas commendatum. Saluta fratres omnes.
monachos precipue Gregorio sevum me commendabis. ego hinc post pascha
proficiscar si deus voluerit. Negotia enim mea sunt expedita. Vale
mi frater amantissime. Filios nostros dulcissimos amplexare ex me. Ro-
me. id. aprilis. Eidem hieronymo.

N on possum non affici merore et quidem acerbo quod hos dies sacrosanctos sine vob-
is agam. Succurrit memorie inter molestias meas pene perpetuas con-
solatio illa qua affici solitus eram dum eram vobiscum. et dum me lo-
48 co sterili in regione umbrie montis invenio alacrem iis tempore non
possum. Nulla hic requies: solatium nullum. Undique molestie veniunt
nec ullus harum finis est. Peccatis etiamque meis imputo quod ita sim destitutus
atque omni refrigerio spirituali destitutus. Dicere sane cum hyeremia
pleno lacrimis possum de me. Qui vescebantur voluptuose interierunt
in viis, et qui nutriebantur in croceis amplexati sunt stercora. Versor
enim profecto in stercore infirmarum curarum et cogitationum. et post

felices illas: ueteresque delitias scripturarum adire superba limina et
salutare cardines terre cogor uel inuitus: et crebro ad fores excubare
pontificis. Non quidem deest summa beniuolentia omnium in me. Sed
quid ista ad propositum meum. Odi iam pridem istiusmodi nugas: nec ut
his adducar aut applicem animum induci unquam potero. Nihil enim habent
in se solidum, nihil nisi falsum atque fucatum. Queso mi frater indoleas
uicem meam: atque alas quibus auolare ab his ualeam in domino yhesu
xpo perpetuis precibus impetres. Non ambigo benedictum nostrum communi
casse tecum consilia nostra: de d. b. Institueram aliud. sed aliud satius
postea uisum fuit. Litteras a priore sancti benedicti accepi, quibus multum
excusat et dolet computum illum minime a se digestum nec approba
tum sed eundem ac ueluti materiam sine forma transmisisse ad me
eum tantum examinandi gratia illum ad abbatem nostrum transmisisset.
nihil his moueor sed res plane ualidior obstitit ne his permittere ne
gotium quibus institueram. Una ferme summa omnium est reseruanda
ista ad aduentum meum. Tunc enim uel per me ipsum exequar uel per a
lios quos idoneos magis iudicabo. Officiales creati sunt ad imponen
das clero collectas inter quos ipse quoque nominatus sum. cuius rei hac
tenus prorsus ignarus. Uerum ad eam rem quam parum sit accommodatus
animus meus ipse melius nosti. Conabor pro uiribus excutere onus im
positum: illudque si licebit in abbatem nostrum transferre, communicabo
ista tecum. Nam scribere ad illum hore non patitur breuitas. Negotia
nostra per occupationem pontificis non nihil difficultatis habuerunt.
Spes tamen est breui expedienda. Commenda me priori meo et fratribus
omnibus. Filios meos dulcissimos hortare ut persistant in diuino fa
mulatu. Gaudeant et cantent uniuis domini solemne et dulce alle
luya, meique sint memores, qui canticum domini cantare cogor in terra ali
ena. Uale dulcissime frater. Ex urbe. iii. idus aprilis. Simoni amico meo
iam secundo scripsi, miror quod nec dum accepit litteras. ei modo paucis
scribo. Reddendas curabis litteras queso. Eidem hieronymo.
Hac hora litteras tuas letus accepi: ex quibus plurimum consolationis an
goribus meis accessit. Benedictus noster nec dum ad nos rediit. atque ideo
49 littere tue quas illi dederas mihi hactenus reddite non sunt. Scripsit
tamen mihi homo diligentissimus: et ex Aretio et ex florentia. [illegible]

satis pot: ut quas illi dederas iam misit / nz tam eas ipe recepim. Sug
namqz postreme ex florentia x viij. aplis / tue uo xiij. sunt scripte
Quolibet se hat res lras tuas libens semp accipio / nz siquid ingrati
tatis offendero / quod sepe ob eas cas fieri no ambigo quas ipe memo
ras / putes me illas non grate legere: no grate suscipe. Sola mihi
ro fuit scribendi adte. ut caues dum ad alios scribis / id quod ne
cessario interdum e faciendum e huiusmodi errores diuertes. De greco
uolumine ad M. lippomanu transmittendo laudo consiliu tuuz:
De aduentu ad uos optimi atqz amicissimi uiri angeli de monte poli
tiano gratulor mirifice / qm quidem ita acceptus e a uobis: atqz amo
nij pstitum pre / ut maiore cum affectu certe no potuerit. Idem
gras pri si liceret phorarium peruriciam / sz hoc uite mei neliz agas.
Iam credo lras meas accepis quas proxime iac° nro adte pferen
das dedi. ex eis consilij mei mutationem in facto d. B. aduertes.
Visum enim mi e alio tme pagendum & maturius & cautius
expeditus adhuc his nexibz non sum. Orate dnuz ut hinc celerius
liberer. Pontifex dici non pot qm me grate suscipiat: quotiens illi
datur alloqui quod proxime secundo intra paucissimos dies gtigit.
Omnia quidem mihi de illo polliceor facile. Sz occupationibz illius
fit ut non tam cito q cupimus extricari queam. Faciam tam
ut an q abuolet mensis expedrar: si dns uoluerit. his diebz sats
pontifex ad benedictionem dandam populo processit ter: iamqz se
me conualuit diuinis qz int fuit offitijs. Nos uidez quo adliciut
adesse curauimus qz platorum ea consuetudo e aqua dissentire
ipi minime debuimus. Suspicaui ete getez antiquam nz unq
suspicare desistam aqua indignus plane possessor exclusus siz.
Orate qso ut mei misereatur deus. nz in finem abyciat me. Sz qm
ceruices meas grami onere pmi pmisit. sui fecat adiutorium
ne mersus penitus emergendi non inueniaz locu. Comenda me
pri monij et fribz omibz ac filijs meis suauissimis. Dno abbi no
scribo qz reuera minime pmittit hora. Salutabis illu offio meo
atqz ut familiaz sua ex me salutet et moneat / atqz ad bn uiuen
duz hortet: orabis. Vale mi fr amantissime. ex urbe xiij. kl maias.

50. Ambrosius hieronymo fratri s. Venit ecce ad vos venerabilis pater meus prior
sancti pauli qui iam secundo interfuit capitulo generali ordinis nostri. ponti-
fici summo et protectori nostro pro virtutis et sapientie merito carissimus.
Eum ego oravi ut vos visitaret. libentissime annuit: facturum id se
asserens: etiam si non fuissem oratus. Suscipite illum queso et cum honore
ut bene de vestra caritate edificatus discedat. Preterea que monij hoc ipsum signi-
ficabis ex me ut omnem tanto viro nostri quam amantissimo gratiam huma-
nitatis exhibeat. Dici non potest quanta utilia sunt si observentur. quam noceant
si negligantur. Monasterium negotia ... incuria multum quam
prodest habere qui testimonium de vobis perhibeat bonum. Faciam ego semper
quod meum erit: sed non adeo in singulis. Faciatis omnino ut huiusmodi
viros qui diuntur ad vos cum officio tractetis. indiciaque bone volun-
tatis prestetis. Nos paucis post diebus expediri speramus et reverteremur
ad vos. Vale. Rome kl. maias. Eidem hieronymo.
Litteras abs te benedictus noster reddidit mihi: et que ipse referre obmissas
in litteris plenius exequutus est verbo. Video quantis in afflictionibus versor: quantumque
nobis immineat belli cum domesticis fidei. Deus meus cuius agitur
51 causa ipse mihi dignetur adsistere: et has hyemes ac tempestates arcere
a fragili mentis mee cymba. Ipso enim super fluctus gradiente et im-
perante ventis ac mari procella conquiescet. fietque magna tranquillitas.
Doleo mi frater profectionem ad vos et reditum meum diutius quam putaram
retardari. Res mee iam ferme composite sunt et credo citius ex-
pedientur. Nihil certe diligentie omittimus sed obsistunt plurima
que litteris committenda non sunt. ea melius coram explicabimus. Mihi
certe adeo molesta est mora, ut nunquam adfuturam diem putem qua vos
videam familiamque meam cuius desiderio et ipsi tabescimus. Patri monasterii
scripsi et credo iam accepit litteras meas. Euphrosino item dulcissimo
filio litteras dedi sibique redditas puto. Scribitur mihi christophorum
nostrum consueto illo suo morbo laborare ac propterea nihil scribere mihi. Doleo
illius vicem. Deus illum liberare dignetur et integerrime sanitati
restituere. ut corde mundus et corpore exultet in laudes dei. Hortare
illum ex me eiusque curam habeas in omnibus oro. Accedit ad moram
nostram iumentorum meorum que ad vos redire conditio missa. Item eius

afflicta sunt ut extra uel .xx. dies quiescere necesse sit. Quo tamen in-
tempore leuandi animi causa cassinum petere institui. cum tamen primo pontifici
chrysostomi uitam iam transcriptam et emendatam obtuleramus.
quod intra paucos dies fiet. Barth. Alexander me adiit: multumque
a me admonitus de his que ad salutem suam pertinent bene quantum exco-
gitare potui dispositus. Iusta tamen causa metuendi uxori non deest.
Deus eum in omnibus dirigat. Prefecti filium illustrem adulescentem
hortare: me pro suo negotio quantum licebit adfuturum. Non destiti ha-
ctenus eidem: sed faciam id postmodum etiam diligentius. Vale ama-
tissime frater. Patri monii me fac diligentissime commendes et fratribus
omnibus: ut uestris precibus id impetrare merear. quod peccatis meis
agentibus per me obtinere non possum: uestrisque tandem conspectibus reddar.
Filios meos dulcissimos euphrosinum. Augustinum: et reliquos am-
plexare ex me. Gabrielis mei fratrem cum cardinali cyprio nobilis-
simo et optimo uiro locaui, ubi bene esse poterit, si agnouerit for-
tunam suam. sed uereor ne illi noceat inconstantia sua. Admo-
neo illum tamen. Vale denuo. Rome. iiij. kl. maias. Epistola

Ambrosius hiero. fratri s. Adhuc expediti non sumus. noua cotidie
oriuntur impedimenta. noue difficultates que nos implicitos
52 teneant et inuolutos. Damus operam cotidie quantum licet arte ut
euadamus hec retia. sumusque hactenus parum felices. Animus pontificis
in nos bonus est ut uidetur. sed difficillima tempora obsistunt: ne
quantum fortasse uult clemens esse in nos possit. Atque utinam uel in hoc
misericors esset: ut me redire in antiquum statum pateretur. liceretque
uiuere perpetuo uobiscum & antiqua consolatione et quiete frui. An-
gor itaque infelix & uariis uno tempore distrahor curis. duz et ocij &
amici desiderio maceror: et sollicitudinem iniunctam in pastoralis
officii exercere non datur. Anceps que fluctuare semper cogor. & nusquam
subsistere possum. Ora mi frater, fratres que amantissimos meos, ac dul-
cissimos filios ut sil'orent hortare. ne desperem, ne offensus dominus sce-
lerum meorum multitudine semper iactari fluctibus sinat inutilem
seruum. Cupio quantum ipse donare dignatur, placere illi: ministerium que
meum omne & totam uitam ad laudem eius gloriamque disponere: ut ei

placeam soli qui me creavit et redemit. Orate igitur illius clementiam ut misereatur mei, non hic parcat a flagellis, solum ut illi placere merear. Commenda me in primis patri Monii, quem tibi quoque vicissim commendo ut inter curas suas illum iunges, illique adsistas semper: ut vices hac in parte impleas meas. Nosti antiquum meum in illo affectum, quem ad imitari contendas et oro et moneo. Negotia Monii mihi curae sunt, sed vereor ne plurimum difficultatis intercedat propositum in bulla exemptionis. Difficile quidem pontifex inclinari potest ut velit: et si inclinabitur tandem multis constabit. Nam gratis ista indulgere non consuevit, mirandum quod satis videtur quo pacto id fuit: ut cum avarus certe non sit, non cogendis pecuniis insistat, immorem praedecessoris sui: ille tam liberalior multum in huiusmodi fuerit quam iste sit. Multa in dies experior: multa video et audio quae mihi scrupulum ingentem moveant et scandalum faciant. Sed ea coram melius. Notari avaritiae pontifex certe non potest cum profusissimus sit. Sola itaque ro hec tenaciae illa videtur quod plurima inhonesta removisse de lucra per quae advenientes ad romanam curiam iniustissime vexabantur. Ne autem iusta illis detur querimoniae occasio: solemnes questus et iustos ac licitos ut dent admittere cavet: ne de sublatis compendiis magis queri possint. Conferas ergo cum patre Monii: ac siquidem expendere volunt meis bullis extrahendis consulant, mihi quoque rescribe quid deliberetis. Credo ultra xxx. ducatos constabunt si tamen pontifex annuere voluerit. nam huiusque non annuit. Sed nihil omittam diligentiae: postquam ero vestrae voluntatis certior factus. Litteras vero de arcae negotio facile sumus habituri ut ea res committatur abbati florentino. Ora ut convenias

civitatis et magistri facias diligenter, an inveniantur decretales in parvo volumine textus scilicet et glosa rescribasque celeriter, apposito pretio et expressa qualitate voluminis. Et quamquam te aliis multis implicitum scio, hanc Michaeli nostro carissimo filio curam iniungere poteris. Vide mi frater quo animo esse possum qui me adhuc vel xv. dies hic moraturum expectem: unde prae nimio desiderio vix umquam migrare posse credo. Iuvate me quaeso precibus vestris ut cito restituar vobis. Vale amantissime frater: Filios nostros omnes plenissima affectione saluto. Romae.
y. May.

Eidem.

Ambrosius hiero. fri. s. Heri vespi venimus adnrm mon̄ sancte
Margharite: suscepti sumus grate a priore monij ipi': semp adhere
53 te nobis dulci itineris comite parente illustri iuvene. Hodie porro
adpratum vetus sibi necessaria pacturi negotia nr̄a quedam: po
stridie visitabimus comitem necessario. est enim in grato et pu
tilis cum eo actio, mutuosq; congressus ambo cupimus pariter.
Quinta post mox feria deo volente pgemus ad mon̄ vetus fontisboni
et dein adheremum. Magna mihi spes subōta ē mi fr̄ divine
inme miseratiōnis. Fore enim certū habeo ut inme illius gr̄a va
cua non sit: s; operetur pme veluti pinstrumentum inutile licet: que
placita sunt oculis suis. insalutem meam et eorum quorum in curā
credita est. Tu mi fr̄ velim labores in ope d̄ni prompto & alacri
animo. Discamus tandem nō nobis vivere, s; illi q pronobis posu
it animam suam. et nos pro fratribus ac filijs meis. ponamus aīas
nr̄as. Ponantur infantie rudimenta: virile sumamus robur.
et quod nobis inre promissione servatur: hic iam nobis vindicemus
ut resurgamus imensuram etatis plenitudinis xpi: Confirma
queso corda mitantiū fratrum: filiorum q; nr̄orum. Admone priorem
monij ut B. terreat si blanditijs deliniri mulceri q; nō potest.
Neq; tantum verba et minas impendat verū et verbera si opus ē;
et carcerem addat. Tu illum ex me hortare adpseverantiam: et q
illi pollicitus sum te pnte si quod absit discedat: me servaturum confir
ma. Amplectere omnes filios ac fr̄es meos. eup. & lug. dires natos
meos: gregoriū patrem et reliquos carissimos nobis. Et qm polli
citus eram priori meo hospitalario sancte marie nove iturum ad mon̄
nr̄um decandiculis: et alloquuturum ip̄i' monij abbatem decontrovsia
que versatur int illos: oro pmum excuses meā repentinā mutatā
inmelius delibationem. Volo tamē alloquaris abbatem ipm ex me
eiq; significes meam hanc inre voluntatē. ego enim statui impius
boni & optimi viri arbito: negotiū ponē ut ip̄e exsua gscientia
sniam ferat. Hortare abbatem ipm ut cum illo ingratiam redeat.
et ē rem totam pmittat. Confido enim illum nisi iuste et bona
bitur facturum: erit q; id m̄ summe gratum. Iacobū. Silvestrum

itidem conveniret memento secumqz age ut delite que int mon de querceto et hospitale agitur mature decernat quod equm et conabile est. Et qm interdixi R. ne ulteri' ullo modo adiret memoratum mon: ne tam infames ille mulieres careant necessario sacerdotis ministerio. admone franciscum de balneo monachum sancti felicis ut dum illas adeat eisqz missarum solemnia celebret et agat cetera munia saltem usqz adreditu meu. Parens nr dulcissimus orat ut matrem catherinam sanctam et spectatissimam feminam comendez tibi: quod facio intenti'. commendabis nos uicissim illis et leonarde sorore et contubernali eius. Scribere et alys institueram sz minus comode expedire possim. Uale fr amantissime. comenda me fratribus nris ut orent pro me iugiter. ex mo mon' sancte marcharite an luce iiij. non. decembris. Cosmum et Laurentium cu a mon. diutent salutab offitio meo. Sigillum nrm nescio an exciderit t pone cum reliquis rebus. Mittes illud si forte remansit apud te. de b. cognato nro cogitato sollicitat me nequid illi adversi contingit. Commentariolum illud nrm quod de reb nris conscribe tepor petes a fre silvestro mittesqz ad me qm primu ut prosequi id possim et caue ne transcribatur aut publicetur.

FINIS LIBRI OCTAVI EPLARUM AMBROSII: EIUSDE NONUS LIBER INCIPIT AD EUNDEM HIERONIMUM.

Ambrosius hieronymo fri s. Venimus qua die profecti sumus a uobis ad uirum mon de candiculis. inde puppium pfecti plixum sermonem habuimus cum illustri comite franc'. Q ut adventum didicit nrm occurrit nob gratissime summoqz affectu suscepit. Egimus cum illo secretius multa nescio aliuqz illi' in Gabrielis filii nri germani concitatu indemitus mitigare conati sumus. Grate admodu respondit et liberum paulo post inuiolatuqz dimissuru pollicitus e. Ista filio ipi nro nuntiabis ut leuetur ea cura. Exegimus amice ut pro

ornanda festiuitate benedictionis nrē quam fieri mortaria apostolorum instituti: piscari influmine cōis uicis pateretur. Admisit libentissime daturum qz homines ditionis sue qui una cum uicis obeam rem piscarentur promisit. ea die sociuz: postridie adarcum mon͞ puenimus. Offendimus pturbata et cōfusa omnia pimprudentiam gubernatoris. Finem x͞o propitio scandalis dabimus amota materia. Sequenti die adheremuz profecti/ fr͞es qz nr͞os singulariz allocuti pstare inproposito anīad uertimus. Duo exhis crimina inscriptis tradidert ꝗ decretum qz firmiꝰ ꝗ.

Heri ne indiscutiendis mariani criminibz negligentes eēz: profecti adullam inqua remorari solitus ē anco mon͞ plusq͞ xv. miliaribz passuū remota/ siluemunde mille passibz proxima decem testes examinauimꝰ diligenter. illorum qz dicta omnia scrip simus adeo consona ut miruz sit. Offendimus illic duos adulescentes mariani contubernales et insceleribz ꝗtum giūcio socios. q multum gmendantes nobis illiz uerba retulerunt. Credo illos tam̄ significasse quod gestum ē. Nos blande illos allocuti ne territus illorum teris fugeret sniam caute celauimus nr͞az. Satiꝰ putauimus erit opiri reditum aduos nr͞uz q̄ inabsentia nr͞a qppiam aduersus illuz moliri. oro aut̄ solerter explorare gredas an iussis obtemparierit nr͞is/ ut scilz publicis locis guentibz qz abstineret. est enim ea temeritate et imprudentia ut transilisse terminos sibi pscitos credi necisilē possit. Saluta exme prez mon͞ gre. Eup. Aug. et ceteros filios nr͞os: nutantia qz corda firmare prouiribz stude. Uale amantissime fr̄. Socij. exdomo habitationis nr͞e xvij. kl. Iul. heremitarū nota inre. d. B. astria nō discrepant. placet qz illis ut si. cc. aureos dederit hisgditionibz adhibitis quas nō ignoras/ ultra illi molesti nō simus. inprosequēda calculi diligentiore inqsitione. Eidez Hieronymo

P ostq͞ ueni admon͞ nr͞uz offendi pulcherrima xenia heri cum abessem allata. Dolui fateor. B. nr͞uz meū hinc nō aduenisse anq̄
2\. aduos pgeret ut ipse potissimū ea ferret aduos. Instutui tamen

partem continuo proprium famulum mittere ut amicis tuo offeratur
ministerio. Cosmo partem mittes meliorem. Nicholao. Andree: et
ceteris reliqua divides. Conventui nostro ista paucissima erunt. et no-
stri amicorum oportere esse nos memores. D. dino si videbitur aliquid
omisso interim andrea cui tempestiuius satisfaciam: mittes. Conabor
Chrystofori mei celebritati interesse, et mecum aliquid huiusce generis pi-
scium afferre. Dicas benedicto ut pro hostio cubiculi mei, cuius secum
adtulit clauim claustra procuret alia: feceratque clauem alteram quam co-
pimus cum intrare cubiculum vellemus alias quam id claue aperire
oportet quod immutari omnia periculi vitandi gratia: Vale mi frater ex nostro
monasterio fontisboni. iii. non. Iunii. Eidem hieronymo.
E t ex tuis: et ex meis. litteris sum factus certior Marianum abbatem
3. monitis meis non esse obsequutum. Preceperamus ei ne se ullis conventibus
publicis auderet immiscere. Locaque omnia celebriora devitaret:
Doleo frater tantum illum cepisse licentie ut iussis meis contra presumpserit.
Priuatam quod hactenus ipse lenitatem non recognouerit. Ex quo inui-
dia contra me omnium concitatur. Scribo ad illum litteras quibus ut
intra sex horas a receptione earum ciuitate exeat et sese conferat ad
nos mando. Eas illi reddendas curabis, ut siquidem paruerit
quod minime putamus laborem adimat nobis: Sin autem verbo vel
facto aut signo contradixerit caute capiatur et ducatur inuitus
Sublata enim suspitione future breui penitentie nostre non cauebit.
Et ego illum in platea ciuitatis ubi versari ut plurimum dicitur detineri
maxime cupio. ~~aut~~ inuocato ad hoc si opus erit auxilio etiam brachii
secularis potestatis. Urbis prior amicissimus est nobis: ad quem etiam scribo
litteras, ut siquidem oportuerit illi reddantur. Ista cum abbate sebastia-
no communicabis et quod negotium istud ex mente intelliges exequendum.
Eum ubi ceperitis ad monasterium deduci facite. eumque ad nos caute mitti
curate. Mitterem modo conuersos meos: sed nollem eos frustra fatigari cum
hic sint occupatissimi: sed forte sponte uenire consentiat. Stephanus
et daniel fratres apte illum ducere poterunt comite si opus fuerit uno
de familia dominorum quem meo nomine postulatis. Certis ex causis hinc
intendo amouere d. Mauritium et thomam illum, quod si placet here-

mitis fratribus meis. Sed secretius istud sit apud te. Possit abbas noster
hunc suscipere prodando principio aliquo regulari observantie in
suo monasterio cui fortassis et Gerardus adherebit. Loqueris cum illo et mihi
rescribes que sit sententia sua. Nam siquidem id velit protinus
mittam. Bonus est vir et honestus atque sollicitus. Non caret ille
quidem crimine. Sed hec sunt culpe ut tolerari posse videantur. Fac
ergo continuo ante discessum hinc meum respondeas. Vale aman
tissime frater. Ex heremo nostra. iij. kl. Jul. Eidem Hieronymo.
Recepi proxime litteras tuas et legi magna certe cum voluptate: quia in
his affectus ille tuus in me unicus et vere germanus satis elucet
4. Dum fraterna fiducia nostram sive inconstantiam sive nimiam lenitatem
ac lentitudinem: et moleste accipis et dulciter carpis. Amplexus
sum equidem vehementiam in me tuam μικροψυχίαν; fundis te
libens recognovi. Nolo autem te peniteat huius constantie tue immo
ut eam serves ardentius semper admoneo futuram mansuetudini mee
fortassis immodice calcar. Quis enim fratris errores emendare et
corripere poterit: si germani mei suavissimi et in Christi visceribus
honorandi dormitet intentio: nec pia censura deseviat: habeo tibi
gratias frater et quidem ingentes pro ea vivacis confidentia. utque posthac
correptioni non parcas vehementer oro. Sed tamen facti mei ratio fortas
se altius inspecta non erit improbanda. Ego enim mi frater ita agen
dum in hoc munere divina permittente iustitia in iniuncto semper
existimavi uti nequid preposterum fiat: matureque iudicia mea pro
cedant ac iuxta vetus vulgatum quod proverbium
Ita enim demum plantam vituli imitari videbimur sicut gravi
tate premimus, iudiciaque mea et sententias tanta robore firmemus ut con
velli cuiusque conatu malivolentiaque non possint. Neque vos ignorat
dulcissime amor tuus que geruntur fiant ea a precipitatione ac teme
ritate esse prorsus aliena. Ego itaque non tamen amico dilationem postu
lanti quantum recti obsecutus iudicio meo sum. Et si enim scelera per
diti hominis merebantur initio statim gravi animadversione mulcta
ri: nosti tamen solere tormenta et arcus ac balistas diutius protractas
et certius et letalius ictus infligere. Ita et sententias morosiore de

liberatione discussas fortius obtinent. Vides certe quid ex hac mora nostra sequutum sit. examinatio testium peritiorum que in sententiis ferendis summe est necessaria. Qua enim ratione vel ad privationem vel ad penam processissem: hoc non prius iacto fundamento. Quod si obicias illo presente discuti ista potuisse potuerunt certe sed melius certe ac liberius exculpuntur absente reo sive delatorum. Quod vero sedere coram neutrique partes litigarent illis accusantibus hoc eo negante omnia. Sed et iudiciorum consuetudo habet: examinari oportere secretius testes. prestito illis ante omnia dicende veritatis iuramento. Preterea mi frater optime prelati privatio magna discussione peruncte ut fiat necesse est: vixque pena sceleri maior adhibetur. Sancitum quippe est per conciliorum inconvulsa decreta. Laicos in adulterii crimine deprehensos ab ecclesiasticis sacramentis arcendos. et communione privandos maiorique penitentia plectendos. sacerdotes vero ac prelatos suis tantum privandos ordinibus eaque sola sententia feriendos. Confido autem in domino moram hanc meam longiusculam licet: bonum et rationabilem finem habituram. Et si enim peccata mea ea sunt ut indignus sim penitus per quem deus dignetur operari meretur tamen locus quem indigne teneo ut sibi nisi consideratum nisi quod ad laudem domini pertineat fiat a nobis. Considero infelix ego quam multa quam sepe dominus per ignaros et adulentes operatur. et per me ipsum indignum et inutilem servum suum in hac administratione mea coepit operari. et inter me timoris statione constituo. et cum tremore exultare disco. Sed hec ad primas epistole tue partes. Ad reliquas respondebo alias. Interim quid velim accipe. Venit ad me iuvenis iste sororis maritus una cum socio. sororisque iniuriam passe et astutia circumveniente fecci opem postulavit. Volebant mecum ad vos proficisci: sed nolui tamdiu illos remorari nisi quod ad te cum precipue ea res sit eiusque conditionis ut presentiam nostram minime desiderare videatur. possitque abs te et commode et facile transigi. in qua sic te habere oportebit. Statuta galeate in cuius degit territorio soror ad rem conducentia in scriptis habent. Ea uni exponet. consultis amicis meis ostendes. Zenobium omittes consultius Guilielmum potius aut quem vis alium consules ex necessariis meis.

sunt autem que plures: casumque reparabis. quem ex iuvenis ore percepis.
Remedium certe eo facilius dabitur quo cause arbiter amicissi-
mus est. d. dinus scilicet monasterii sancti ylarii prefectus ac dominus. eius igitur
implorabitis auxilium, qui si opus erit dominum vestrum germanum habet in sup-
mo culmine magistratus constitutum. Scio amicissimum virum nihil
omissurum ut votis satisfaciat meis. Commendo tibi negotium ipsum
frater & me ipsum cum omnia que magnis undique exagitor curis. Multa
indies renumptiantur mihi plena molestiis & que me vehement-
er cruciant ut sepius redeat animo. Nihil letum se aperit nobis preter
unicam spem quam ut firmam ancoram ratio, ne fragilis ani-
mi cymba naufragium faciat. Tristis undique rerum facies sese
ingerit oculis, mirarique mecum ipse cogor quid nam sit quod in tanta
desperatione rerum, in tanta destitutione solatii. in tanta sollici-
tudine spes tamen future levioris messis aperitur. Levare o ut
possim oculos ad regiones et conspicere iam ad messes flavescentes
ut in messe multa deficientibus operariis orare liceat dominum messis
ut mittat operarios in messem suam. Utinam vero levare sufficiam
in modicis pauc sopore ac desidia oculos, unde veniat auxilium mihi. Sed tuis
me frater dulcissime fovere precibus mederum pro cibis vivari instantius posco.
Saluta venerabiles patres nostros priorem Gregorium et ceteros. Saluta item
dulces filios. Eupbr. & Aug. ac reliquos quorum in memoria ca-
rissima est. Vale frater Card.me ex monasterio monasterio Fontisboni xviii kl. Iul.

Eidem hieronymo.

Commendo tibi presentem tabellarium. habet negotium cum d. d. dino
amantissimo nostro ratione collectarum. Rem ex eo omnem plenius
disces. Adiunge illi socium fratrem dominicum qui una cum illo ad me
moratur vicum proficiscatur. quia omnia plenissime novit. Fert scrip-
tas litteras quas ad illum meas. et confido illi intercessionem meam apud illu
valituram plurimum. Venimus ad monasterium Fontisboni & divina cooperante
misericordia confidimus bene successura omnia. Mariotum monachum
ad nos accersire decrevimus et claustro preficere, quia re vera summa nobis
spes est illum prompte omnia exequuturum que grata fuerint nobis
et eum avidus ut nosti placendi mediocritati nostre. Ad eum litteras scribo

continuo mittendas abs te. Sed iam vereri incipio fr̄ atq; subtrepidare
ne istiusmodi occupatio tibi a nobis iniuncta molesta sit. cui minime
debet. Agam q̄tum deus iuverit caute ut nequid nimis iuxº vetus
proverbium. vix eradere queo ex corde obductam rubigine quādā et
xcorium. Vulneratur enim acrius dum sibi amoris inces repedi
non sentit. Affectus tamen ille ad vos meus nunquam refici gestet, et si opus
erit exercere auctoritatem: dignitatis quoque nostre et amoris vestri rationem
habituri sumus. Vale et me fratribus ac filiis nostris commenda. Consolatur
me dominus letiore in dies spe. Ex nostro monasterio fontisboni viij. id. Aug.
Ambrosius hieronymo fratri. s. Eidem Incidit ut credo agente deo ut cum
6. agitorem alio mittere ad vos specialem numptium, qui has litteras ferret re-
pente superuenisse audirem hos amicos nostros. Scripsit mihi Ben-
dictus noster ex Arretio illic se audisse quendam dicentem Assisii vi-
disse Felicem Aug. et fuisse alloquutum d. Marcianum in seculari habi-
tu itaurato, sed albo dicentem se romam proficisci. Hoc ipsum et came-
rarius noster retulit nobis firmiter audisse. illum. s. profectum esse ro-
mam. Eius rei gratia sollicitudine cumulati scribere institui protec-
tori & d. Iustino et procuratori nostro litteras, quibus ea que circa illum
agerentur significaremus. Eas ad te mitto continuo, ad cosmi nostri me-
sam transmittendas. Breues abs te litteras hodie accepi quibus aduen-
tum meum ad vos expostulari asseueras. Magnis velim credas mi fr̄
undique angimur curis, multaque in dies iminent que angunt animum
meum ita ut vitam plerunque tedeat. Vellem plus solatii mihi suppeteret
unde maxime debuit. Cruciat me multum inepta quorundam ar-
rogantia stultaque confidentia. Sed ita merceor infelix. Nos hanc
celebritatem egissemus vobiscum libentissime sed impediunt plurima
Cito tamen veniemus ad vos necessario. Benedictum nostrum fabricianum
misimus. Vale et fratres ac filios nostros confirma in timore dei. Ex
nostro monasterio xix. kl septembris. Eidem hieronymo.
E t si hodie mane satis quid ageretur apud vos. Cum tamen pergeret ad vos
Rayneriius nolui hunc ad te sine meis litteris pergere. Quibus id animo
7. significarem nos dei munere bene valere: bonamque spem in dies ad ipsi
nobis nostrarum rerum. Rayneriium si diutius ad vos tanquam ex me, no-

lite hoſpitio ſuſcipe: niſi hanc ipi gram pſtare uelitis. Nam ut cū
dno Jacobo ugolino marradum proficiſcatur diuertit. Tu tamen ſi
qd de illo deq ipi parum pudica conuſatione dephenderis conti
nuo ſignificabis nobis. Minime nam uidetur immutatus et co
hercendus erit denuo ſi relabatur. Omneſq mecum ſunt te ſalu
tant. Comenda me fcūm nroꝝ pribꝫ. Jacobumq dulcem filiū nrē
et chriſti tirunculum bndices meo nōie. Vale in dnō et pro me
ora. Ex ncō mon fontisboni. iiij. kl. Aug. Eidē hieronymo.
Cum fr. do hieronymus incluſus ad conciliū pgere inſtituit. Cui
aſſenſum pbuimus qr ſic expedire uiſum eſt heremitis et nob
Venientem ad uos rgo ut ſuſcipiatis pleno caritatis affectu. De ea
re pri monij uerba facies meo nōie, orabis qz ut etiam ꝯ uo
luntatē ſuam occurrat illi, eumqz benigne ſuſcipiat ꝯtinuo receſ
ſurum. Lris tuis reſpondere inpntiaꝝ differo qr fortaſſe ꝙ pri
mum ueniam ad uos ſi licebit in pccupationes meas quibꝫ indieſ
pmor magis: hoc tantum dixiſſe ꝯtentus ero deo teſte cui ſuire
cupio nihil de bona uoluntate aut pietate in uos, nihil qz de releigio
ſi propoſiti inſtituto relaxaſſe. Ero tamē ꝯtum deus iuuerit cau
tior qr id expedire intelligo, ut obſtruatur os loquentiū iniqua
ſil exemplo nro licentia tollatur ceteris adeundi feminaꝝ monria.
Cruciat me dilatio ſolutionis imodica pter inſtitutū meū: Dat
tn opa pnos abietes uendendi ſublato de medio impedimto cē.
Vale et pri monij me ꝯmenda quem nō poſſum nō diligē pribꝫ
excuſſis. Saluta offō meo gregorium prēz, filios qz ac frēs nros
Vale denuo: ex ncō mon fontisboni. iiij. kl ſeptembris. Eidem
Ambroſius hieronymo fri. ſ. Binis eam lris coſmi nri ꝯuenti
ſumus ut florenos xxv. ſoluamus, quos an̄ releminui mutuarat
d. petro camerario pro colligendis fructibꝫ. Inuenīz in codicibꝫ tamē
ſoluiſſe illū ex his tt. L. de menſe ianuarij anno dni M.ccc
xxx. et alias. L. promiſiſſe coſmo, atqz ita tt. c. admiſſaſ redīꝫ
eius fuiſſe. Scribo ad coſmū ipm et ad tamū lras, quas illis con
tinuo reddendas curabis. Heri cum iniectus fuiſſ ignis uniūſ
ſiluam abietum proſiluere fruticetis qz omnigenis extirpādis:

ut ibidem felicius plantari abietes possent ventorum flatu co-
citatus ignis proximas abietes repente corripuit, plures que pro-
ceras et decoras arbores violavit que erunt succidende, necnon
pecunias quas deo iuvante colligemus necessarias ut creditoribus pos-
simus satisfacere. Ignis enim ille solum corticem stantium arborum at-
tigit, ita tamen ut succidende sint nisi cedantur. Video enim penuria
auxilium prestare gratie sue. Quam sine controversia ulla levis modica fu-
tura erat, succidende sunt arbores. Mirari satis non possum quod Ma-
riotus tantum venire differat. Suspensi sumus animo, nec quid opinemur
invenio, nisi illi non fuisse redditas litteras. Rursus itaque ad illum scribo.
quod si tuto accedi illuc posse provideris, adulescenti isti suadebis
ut eat; sin autem vel mittendas ita curabis ut reddantur sibi. Va-
le in domino. et dulces fratres ac filios meos ut pro me orent monebis.
qui exaresco siti in terra deserta et inaquosa. Ex meo monasterio Fontis
boni xi. kl. septembris. Eidem hieronymo.

Heri cum venisset ad me frater vincentius eram autem in heremo, librosque
evolvebam; priusquam tuas litteras legerem: fere me insremuerat, mi-
10. rantemque attonitis oculis intueri cepam timens ne monachus non re-
diturus discessisset. Ubi vero legi litteras tuas sedatiore iam animo facieque
serenata quid de nobis omnibus agetur letus audivi, consolationisque
plurimum cepi, quod et vos omnes bene valere et illum ipsum cuius vani-
tate et levitate metuebam confirmatiorem in sancto proposito et dei
rebus inveni. Nuntiavit mihi puerum illum meum habitum sancte re-
ligionis accepisse ac fervere in sancto proposito. Quod quanto cum gau-
dio meo acceperim haud facile possem explicare. Sed venio ad te. Scrip-
sisti mihi de negotio camerctini. Placuit admodum priores atque heremitas
alloquimur inde cum necessitates urgentes explicassem: concor-
des omnes inveni votis meis: huiusque rei gratia Benedictum mittere
institui ut prosequatur negotium. Non mihi in eo difficultatis est quod pa-
latium alius hactenus detinet. Sed res eiusmodi est ut gradus omnis per-
scindatur maior cum pensione annuam non solvat habitator. Ages cum
fratre meo silvestro ut inveniat hominem conetur que plures in pecunias
elicere. Sin minus vel eam quantitatem integram sine mea impensa

ulla exigat. Porro pecunia in manus tuas deveniat. ne necessitate
dictante in usus monasterii illam ipse convertat: si forte veniat in ma
nus eius. Vellem et ego monasterio subvenire libentissime. Sed tantis
undique arctor angustiis ut modus non sit. Fac oro omni studio ut
negotium executioni mandetur. Ex quo vereor ne hae occupationes
iniunctae: ne minus quam satis sit otii suppetat ad erudiendos tyruncu
los christi: quos abs te educari puritate praecipua cupio: et sollicitudine
summa. Benedicto itaque rem delegabis. Tu interiora tabernaculi
quantum licet nusquam egredere. Nobis quippe pili caprarum sunt et pelles ru
bricatae ad tuendam ab aeris iniuria pluviae pretiosam supellectilem
animarum vestrarum: exteriora ista permitte. Sed significanda tamen ista
fuerunt dulcissimo in me amori tuo. Iniunxi item Benedicto et ξυ
λοπωλας si qui sunt qui tigna abiegna velint emere. Nam et
de hac re bene convenit heremitis et nobis. pretio tamen consueto: ne
quid minuatur ex taxatione praecita. Domno item Benedicto scribis
atque ad eam rem idoneum maxime quidem ut mihi videtur procem
nem sanctae Margharitae delegimus. Sit quippe cum illo plurimum
auctoritatis ob veteris amicitiae gratiam. Iniungam illi ut rece
pta quam nosti summa pecuniae ab omni illum absolvat quanti
tate reliqua. Idque maxime facio ne crucietur animus tuus perpetua
cura suspensus. et expectatione repetendi a te depositi: ut
si forte spes ulla fundi nos deserit. habeas vel ex hac parte unde
suppleas debitum. Quid de hieronymo de balneo pseudo heremi
ta factum sit credo iam accepisti. Metu namque ut callidus fingit
ne illum venetias mitterem, aut carceri manciparem, fugit clam
ex monasterio burgensi in quo fuerat a nobis pro summa misericordia relegatus
balneumque profectus est nescio quid agere intendens. Curabo quanta li
cebit vigilantia, ne nobis illudat. Vale et me precibus monachorum fratrumque
commenda. Ad monasterium burgense institui necessario post biduum pergere.
libellum Benedicto dedi manu patrui mei sanctissimi viri tibi assi
gnandum una et aromatum sacculos duos. Si licebit in festivitate

sanctorum proficiscar aduos. Saluta omnes filios nros quoꝝ ipa
memoria recreor. Vale dennuo. Ex nro mon̄ fontisboni iiij. kl. septh.
A mbrosius hieronymo frī. s. Venimus tam̄ incolomes, xp̄o duce ad
nr̄uz mon̄ fontisboni / uindemia an̄ omnia ferme pspera / magnoq;
11. omnium gaudio suscepti sumus. Ceterum posteaq̄ anobis digressi
sumus / rediit inmentem quod me admoꝫ afflixit. Pollicitus fuerā
huic seni optimo et infirmo qui eēm florentie accersituꝝ illuz ut
curari amorbo quo detinetur possꝫ. Illud excidisse mihi / dici non
pōt q̄ grauiter et moleste tulerim obillius merita et egregiaz i me uo-
luntatem. Cum mō mitto adte ut inomnibꝫ illius apud uos cura
habeatur. Dame si aduertēs moniꝫ p̄rem egre ferre suo more im-
pensas que sunt aduictum necessarie ex his pecunijs quas dimisi
apd te omnia coemenda curabis ut omnis uel minutissime mūmu-
rationis tollatur occasio. Magistruz pauluz accēsire stude / illiq;
eam curam impensius cōmendabis / meo nōie. Bndictuz admone
ut meo item nomine adeat amantissimū nostrū Dimiz canonicū
florentinū adquem iteꝫ scribimus / et pannos inhyemeꝫ necessarios
siue ex frē illius lanifice / siue ex alio emendos pro familia procuret.
Dici nō pōt q̄ta grā / quo liberalitatis affectu se ipm et sua omnia
et aliena et mihi obtulerit / ut dolore necio cōpulsus sim / minus lōge
liberalis q̄ in his qui uiscera mea sunt et quos oculis dilexi ac
diligo. q̄ in alienis et nihil adme ptinentibꝫ: ī ipō iure caritatis.
Demq; pollicitus ē m̄ memoratus uir / siue ex lanificina frīs accipe
uelꝫ nihil uelle lucrari illum mecuz / siue ex alterius sideinxorem
se affuturum / siue pecunia sit necessaria / illam se suppeditaturuꝫ:
quantacunq; necessaria fuit ut adcredendas illi digne grās ūba
ferme defuerint. Vellem siqua rōe possꝫ fieri duos saltiz panos p
puniamos emi unū minoris ptij scilꝫ xiiij. uel xv. flo. alteꝫ me-
lioris conditionis xviij. uel xx. Vel certe qḋ fortasse melius cedēt
quinq; simul panos eiusdem gñis / idest ballam integraꝫ / ut uulgo appel-
latur adrōneꝫ eius ptij quo amon̄ nrō an̄ bienniū emptus ē. Videlꝫ
flo. lxx. uel modice pluriꝫ. Istud credo eēt melius qr mea suma

duo saltem sunt panni meliores: pannusque ipse latissimus est et longe
excedit nostratis latitudinem satisque durabilis videtur. Preterea et
pannos alios nostrates quinque si propinani emantur duo. Si autem balla
integra tres nostrates emi volo necessario. Difficultas tota in pecunia
est si propinanei emantur. quia terminum illum hii facere consueuerunt.
Et auri summa caritas nobis est. nam qui velit accomodare facile quispiam
occurrit, preter hunc ipsum amicum nostrum quem tam grauare nimium con
silii non fuerit, sed spem breui affuturas pecunias de silua cedua. si
tamen qui abietes velint reperiantur. Ista sunt mihi fere meum ruminanda piget
scribere nisi scirem te unicum ferme restare solatium. Nolo ulla re
aliene pecunie regiones sacculos: ne angor precitus nos perpetua sol-
licitudine excruciet. Capies nunc ipsa cum benedicto nostro et si videbitur
cum domino ipso amicissimo consilium: est enim in huiusmodi exercitatus: et
optimi in omnibus grauissimique iudicii, ac fidelissime consulet. Mat
thei morelli tam prolixa displicet mora: parum nobis: sed minus est
et opinioni consulit sue. Admone Marcum ut ad eum scribat officii
admonens. Si ex opisis pannos mittet qui eam conficient summam gratissi
mum erit. Iohannes senior multa mecum in hanc rem contulit, quippe
qui multa viderit. Sed plura illius audienda sunt quam credenda. Si tamen
videbitur illum quoque poteris consulere. Oleum quod desierant proxime
mittam. Confirma nostrorum filiorum corda. et ut pro me orent hor
tare. Saluta eum p. Aug. et reliquos tyrunculos chrysti: et imprimis
Iacobum dulcem filium nostrum. Salutat te dominus noster et Antonius. Vale
in domo exorto mon. fontis boni iiij. octobris. Eidem hieronymo.
E a potissimum res fuit cum porem illum nostrum et benedictum admos denuo
misi neque indignationis oriretur. quod fere vir ille semper diutius quam petie
12 ramus in mon. esset remoratus. Credo enim numeraui dies quos sibi pre
gessus fuerit fuit: vereor ne cum sui scandalo abiiciatur. Ista in de
mon. meo in quo a paruulo sum enutritus fiducia est, ista confidentia,
hec spes, immo de mon. ipso non ista sentio. Absit. Sed de quo mundana nimis
effrenata licentia et libertate minime liberis hominibus digna. Ego enim
scio me amon. diligi. Etsi enim amare homines desinent ipsi parietes dili-
gent. Mitto inquam illos, ut eum inde extrahant. et alibi collocent. ut

si conualuit reducant secum. Pelliciam illi tunicam cum placet ad quam
comparandam pecunias mitto. Sumes ex eis et si quas impedisti sup il
las quas reliqueram tibi. Caue aut ne ultra cuiusquam precibus resignes sac
culos alienos, ne si ipse te orante quidem. Scio quantum angustiarum et a
maritudinis meum uterque percepit hactenus. Itaque nolo quantum erit in
me denuo auctor esse meroris. Aderit ut spero deus iuuabitque pios
conatus nostros. Te oro mi frater ut hec omnia feras tolleranter ac fortiter
atque te ipsum intus delitiis foues. Satis sit me ipsum in amaritudine
uiui cum morari. Preces tantum et tu funde pro me. et filios nostros ut fun
dant hortare. Orent inquam ne diuino auxilio destituar: quando humano ferme
omni sum destitutus: et quem a secreto quietis auelli peccatis meis ita
merentibus uoluit, dextera sancta sua seruare dignetur. Quantis impli
citus usor, ut exprimam locus non est. Deus ipse nos protegat. Nam
uere multis ex locis impetimur. nec minus fremit hostis intimus quam
exterius. Plurima ex preindicto addisces ex his que circa nos sunt.
Saluta dulces filios nostros omnesque hortare ut perseuerent in timore
domini et proposito sancto. Vale in domino frater amantissime. hortare lapi
illum bonum uirum Latomum, cui cum abbate nostro controuersia est ut iudi
cium a nobis ad dominos priores ciuitatis, patiatur quod arbitros dari qui
extiment opus suum. Optimum enim est philippi consilium qui oratorem eo
nos onere existimat. Videmus quid Mariottus ad te scribat de lo
cando ibi pro conuentuali domno Iusto. Ibimus proxime Aretium et
uerba de ea re cum abbate nostro de agnano faciemus. At siquidem conclu
dere poterimus fiet. Sin autem modo alio prouidebimus. Vale de
nuo. Ex nostro monasterio fontisboni xxvi. octobris. Eidem hieronymo.
Scripsi ad te proxime nec ferme quid scriberem mihi erat. Decreuerunt
socii mei uisitationi uallumbrosani ordinis operam dare hyeme ista et
13. hic se propediem affuturos affirmant consultandi causa, simul ut initium
aliquod detur huic operi. tamen ipsi quedam sine nobis statuerunt nostre
sententie haud satis consona ut et reliqua nostra non expectata pretia
conficiant. Lucis sacri consultum elegerunt canonicum quendam in notissi
mum iuuenem bonum quidem, sed non solo nobis examinatum est incumbendum, nec
enim probandi quemquam auctoritas est nobis attributa, sed referendi solum

que invenimus, quid opus e[st] uir. [con]sulto. Adde q[uod] grani nimiu[m] sumptu
monia uel nobis tecu[m] visitantib[us] se onerari hac p[rese]ntim tempestate
iuste queri potuerunt. Nemo enim erit ex nobis q[ui] socios secu[m] hat
uel duos. Cu[m] simul erimus deliberabimus quid facto sit opus. Mi
hi summe displicet incipi nobis cepta cogitationes q[ue] meas. In alia
longe diuersa intenderamus animu[m] ut tedio n[ost]ro quo p[er]petuo afficimu[r]
paulisp[er] leuiaremur. capemus q[ue] in[ter] tristia n[ost]ra solatii aliq[ui]d: decreta
iam et firmata aio peregrinatione fortassis menstrua. Cu[m] tamen
deo sit uisum e[st] ut tristib[us] mestis q[ue] rebus consenescamus, ora ut id
saltem ad aeternam salutem n[ost]ram p[er]uenire p[er]mittat. Audio maiore[m]
religionis ip[s]i[us] merore p[ro]pe deficere, multum q[ue] ad eam re[m] indig[er]ei
satis q[ue] admiratus sum cum nihil scribat ad me, cum sit in eam illo
n[ost]r[a]e amicitia. Scribe[re] ad illum ip[s]e institui ut et necessitate[m] excusare
[et] solarer afflictum. L[itte]ras ad illum meas mittendas curabis. Digestu
uetus inspexi ab amico, scipione missum: Placuit q[ue] l[itte]rarum facies
nisi margines libri fedaret plerisq[ue] in locis longe aliena manus. Pre
cium uero n[on] illud e[st] quod conceperam a[n]i[m]o. Unum enim aut multu[m]
duos aureos uenire h[uius]moi codicem asserebatur m[ihi]. At n[on] quatuo[r] [con]
stare dixit benedictus n[oste]r. Et q[uia] petimus ad usus q[ue] necessarios dest[inare]
remittendum id uolumen cum uiris statim certus hoc ip[su]m opus alias
ad manus uenturum n[ost]ras, q[uo]d forte n[on] tanta re[rum] omniu[m] p[re]mem[ur]
inopia [et] melius [et] gratius. Tabulas mittimus quasdam antecessor[i]
n[ost]ro q[ui] eas summa p[re]ce poposcit a nobis. Non sunt aut[em] eius grossitudis
que sufficere nobis aut r[esp]ondere his quas instabuli parietem imp[e]di
stis: possit. Dabimus op[er]am (nam secare iam incepit serra) ut [con]
ficiantur [et] mittantur ad uos, ne ullus pateat querimonie locus.
Comenda me fr[atri]b[us] n[ost]ris, filiis q[ue] dulcissimis, et ut p[ro] n[ost]ra infelicitate
d[omi]nu[m] exorent deprecare. Agnoscant obsecro uocatione[m] suam: n[ost]ra q[ue]
indoleant uices quib[us] nu[m]q[uam] aut a[n]i[m]o aut corpore s[p]eratur affutura
quies dum sumus in uita. Poscant nobis diuinam a deo op[em] ut mens
n[ost]ra n[on] deuiet, n[on] labet intentio, a[n]i[m]us q[ue] in deo fixus sit semp[er] [et] des[o]
lo pendeat deo. Si id fecerint n[on] desperamus prox[im]is p[ro]pe successura
o[mn]ia. Filios n[ost]ros omnes quos p[er]petuo amore prosequimur et q[ui] in uita

ipsi cariores sunt. fac salutes nomine meo profectusque intimos et affe-
ctiones cordis ut sibi comparent in vallem lacrimarum iugi exhorta-
tione suade. Vale in domino frater amantissime. Fratrem monachum quem unice di-
ligo, nulla enim erit tam dura necessitas que meam ad illum antiquam
caritatem queat obtundere, et seni gregorio laurentio et ceteris seni-
oribus monachis me commendabis. Salutant te qui mecum sunt omnes ex
nostro monasterio fontisboni xv. novembris. Eidem hieronymo
Cogitaveram ad proximam solemnitatem dominice nativitatis celebra-
re nobiscum et parvulum vagientem in presepio simul adorare cum im-
14. posui super humerum eius: sed honestior ratio persuasit celebritatem adeo
nobilem in solitudine apud nostros agere, ne propensior affectus in vos
merito sugilletur in nobis. Iunctis itaque votis eam festivitatem peragemus
in qua ut promerea messia nascentem puerum exoretis oro supplex.
et me fratres nostri quos luce cariores habeo votis commendari preter
itineris quam molestias plerique ex omnibus exhorrescant: utque me domi con-
tineam hortentur. ac fiducia caritatis pene precipiant. his tamen mi-
nime extimassem: nisi potior obstitisset ratio quam premisi. Retrahunt
quidem animum et moleste nostrorum civium exactiones, et collecta clero
nuper imposita, preter voluntatem conscientiamque pontificis. Verum et
iste minus habebunt momenti quam nos queant ab instituto retrahere.
Paucis post exactam solemnitatem diebus proficiscar: ut revisam
dulces fratres nostros ac filios. Simul ut exequar quod pollicitus sum sociis
visitationis nostre. Quam quidem modis omnibus excutere ab humeris
meis instituo, ne adiecta nos sarcina opprimat. Sed melius de hac re
coram. Venit mecum et venerabilis pater Eustachius abbas vallis castri qui
nimio estu desiderii cupit sanctum collegium vestrum visitare, cuius
inopinatus accessus ad nos dici non potest quantum solatii ac refrigerii pre-
stiterit nobis inter angores nostros. est quippe paratus modo quoque si
iubeam remorari apud me, nec reverti ad monasterium nisi iussu nostro. Ea ipsius
alacritas incredibilis memoratu est quam nos in spem erexerit quod
ipsius nostrum latus muniendum minime ambigimus. Adde quod Marci-
otus noster ita se obtulit ilare ad nobiscum modo si sic velimus quiete diu
accipiendumque munus quod aliquandiu sumere cunctatus est ut non possim

non optime sperare felices eventus secundosque successus in ope domini.
Vide quam multipliciter pervenerit humilitatem meam in benedictionibus
meis: passusque non sit natalem suum cum tristitia celebrare. Vere
pius, vere misericors, qui uno tempore restitui me dignatus est, conciliata
patris federe miseria mea, totoque eodem tempore letis tristitiam meam temperavit,
ut grati esse meminerimus et numquam de illius miseratione diffidere.
Ista tibi significare volui ut particeps esses nostrorum gaudiorum et preces
pro me instantius offerres. Ex benedicto nostro que circa me sunt
uberius nosces. Commenda me patri monachorum et fratribus ac filiis meis.
Euph. Aug. et ceteros filios nostros saluta meo nomine. Gregorio
patri me commenda, eiusque senectutem meo quoque officio refove. Graviter
me affligunt molestie vestre, ut plus fere me doleam monachorum quam in-
commoda propria. Michaelem meum item Chrystoforum et Maurum
saluta. Vale frater carissime et mihi merito venerande. Ex conventu monasterii fontis-
boni XVI. kl. Jan. Abbas noster et amicus et Fazinus te impendio salutat.
Ambrosius Hiero. s. Heri profunda nocte applicuerunt portum
ac Benedictus cum fasce litterarum. Et quoniam eorum alter paucis post diebus
15. redibit ad te cum litteris meis, cetera in presentiarum omittam. Illud solum
significans me ferre graviter et indigne molestias ullas intra
monasterium pati nostri nominis causa. Ego frater carissime quantum licebit et quantum iuverit
deus omnem invidiam superare contendam, parcamque vobis ab impen-
sis sive in me ipsum sive in aliud quodlibet mei causa, neque solum honerosos
non ero huiusmodi sumptus, verum et presentiam meam ni necessaria
monasterio sit cavere subducam. Id enim et quibusdam placet et dignitati
convenit nostre. Nec enim debeo ita humilitatis habere rationem, quia prorsus
tota intentione animus est, ut locum negligam quem indignus licet
occupo. Quare vos rogo id faciam inter eos quibus prelatum dedi sibi deli-
beratione plus equo blandiuntur, eo ipso miseriores sunt: quo noxie presum-
ptionis sui sunt. Vera enim libertas in vera subiectione consistit.
Accusant quoque quod illorum libertatem adimere moliamur, et inimici facti sunt
mihi, quia cupio illos de errore liberari et eius rei gratia facio omnia.
Cedant igitur, non ipsi plus monasterio afficiuntur quam ego: immo illi oderunt, ego

diligo: et ita diligo ut nihil habeam quod pluris faciam. Quid in me tumoris deprehenderunt? quid indignationis iniuste? quid irrationabil conditionis? Conversatus in vos quasi unus ex vobis. Quod pompe uel iactantie dedi signum? cui uerbum asperum dixi. Movit me indignitas rei quod nulla offitii mei habeatur ratio. Si possem mutare loci sine conscientie transire scrupulo libentissime facerem. Sed quid facio qui utcunque coarctor. Et lesi enim loci ledentium saluti quia in eo h[illegible] da est. Siquid in me fieret equo animo ferrem. Dum in patrem religionis peccatur tacite pretereundum non est. Enitar itaque ut recognoscant quo aceto uinum devianerint et tunc corporalis penitentie mee modum faciam nec onerabo vos ultra. Verum ista longius quam initio institueram. Commendo tibi Iohannem arretinum horum portitorem. Est enim amantissimus mihi et comes fuit admodum familiaris. Alloquutus sum Hyeronimum prepositum hospitalis lemni huius urbis gratia ut mansionem aliquam sibi intra hospitale largiretur. quod hoc ipse postulaverat. Respondit se recogitare aliquantulum uelle. Spem tamen dedit exequendi que poscerem. Accersas ergo illum et quid decernat elicias. Is enim et si locus desit alium sibimet quereret. Vale frater carissime et me tuis filiorumque meorum precibus adiuva. quia uere angustie mihi sunt undique: nec euadendi locus ullus est. Confido tamen in domino quod et preter merita mea ipse nos dirigat. Ex mico monasterio fontisboni xviii octobris.

Ambrosius Hiero. s. Postquam dionysius profectus a nobis fuerat rediit in mentem quod de falso hieronymo actum esset scribere ad te. Euasit se custodientium manus uel astu suo uel illorum negligentia muliebri ut fertur indutus habitu: in suspitionem quod est eo ipso die dominico scilicet: et agnitus est a quodam cum habitu seculari flumen traiiceret. florentiam recte intendens ut literas ab amicis ad romanam impetret curiam. Ea res negligenda uisa non est. Et si enim in caput suum temptabit omnia, poterit tamen uel sollicitudinem adiicere nobis illius temeritas. Hic ut audio siue potius habere nititur complures quosdam ordinis mei uiros sibi scelerum similes. Si duce porro illorum evanescent obstructa consilia. Scribo literas protectori meo quibus illi significem quid gestum sit. Eas ad te

mitto: tu uelim illi reddendas mature iussi curres. Scripseram iam litteras quas dionysius attulit cum illo de negotio meo liber fecit. et que ibi acceperis aperuit. Coactus sum rationabiliter illi rescribere ne inde fessa causa nostra remaneret alias nihil loquuturus. Te oro mi frater carissime & amantissime omnem huiusmodi curam et cogitationem de nobis ab animo auertas tuo. solumque pro mea miseria addens preces fundas. ut inoffenso pede gradiar semitas eius. Tu uaca tibi ipsi / curamque filiorum nostrorum xpi militum fac habeas diligentem et eos in timore dei et sancte religionis instituto confoues. Amplexare otium saccatum et sabbatum domini celebra intra cubiculum cordis tui. exerce te ad studium pietatis & gratie compunctionis inhere. Que neque contingunt fieri puta permissione diuina / pacemque cum tuis serua constanter et in pace fiat locus eius. Antonio dedi quinterniones duos: in quibus omelie quinque continentur. chrysostomi a me inter negotia nostra traducte incepta ad thymoteum primam eas ceteris copulato. et ora ut mihi dominus et ocium largiens et animum tranquilliorem largiri dignetur. ut cetera quoque conuertere ualeamus. Dyonisium adhuc attingere minime ausus sum / quia re uera perturbationes obsistunt plurime: nec ydoneus sum eas exequi. Si domino imperante et precibus meis excitato sedentur fluctus & tranquillitas redeat ingredi audebo cum moyse caliginem omni luce gratiorem / ut inde audiam uocem domini / nec ambigam illi quoque diuino operi conuertendo totus insistere. Calceos laneos ex panno mihi fieri cupio: sed et subtiles ex corio quas inijcere intra laxiores pelliceas caligas dum equito possim. Nam necessario mihi sepe equitandum est. Ex meis ergo pecunijs si amicus adest omnia facienda curabis / sin autem restituam eas tibi continuo. Volumen illud hebreum quod romam attuli domini Mariani mei illustris pueri: queso huic tabellario ad me deferendum tradas. Et uasculum illud fictile quod ad proseruando atramento postulaui. Zinziber attulit ad me dionysius medicatum. Ipsum ad te mitto Gregorij senis mei et tuis usibus profuturum. Saluta illum ex me et omnes filios nostros amplexare. Em

dictum admone ut ingrat et odoretur sagaciter an uspiam hiero
nymus delitescat. est prope ecclesiam sancte trinitatis mulier quedaz
sua ut fertur consanguinea. ut alij nescius fortasse putant concubina
mater uxoris pauli ualoris Margharita nomine, coquendi panis mini
sterium exercens. apud illam uerisimiliter in habitu ignoto futurus existi
matur. Exploret omnia diligenter et siquid inuenerit ausolipbra
chij secularis inuocato illuz capiendum curet. atq; in mon. camald
donec de illo statuamus quid facere debeamus. Ornatuz illuz quo
mule facies tegitur bartholomei nostri donum perfici et affigi uel co
rio uel serico cupimus, non quod eo uti intendamus: sed hec apud nos
uolumus amici monumentum. Tabellas item buxeas filio nostro euph
fruandas dedimus: easq; recipe nescio cupimus. Dabis eas huic iu
ueni deferendas & admonebis ut tuto insimul ferat et illas et codi
cem. Uale. Ex mon. fontisboni vij. nouembris.

FINIS NONI LIBRI EPLARUM AMBROSII. EIUSDE
DECIMUS LIBER AD NICHOLAUM. FELICITER INCIP.

A mbrosius monachus Nicholao suo pl. s. Occupationibus meis ac
ceptum referes si uel prioribus litteris tuis rome scriptis tardius: uel
I. eis quas heri magna cum uoluptate legi: breuius respondeo, q̃ qz uel
res ipsa poscere uideretur uel ipse cupez rescribaz. Ita eniz undiq;
partim questure molestijs, partim reliquis rei nostre que numquam desunt
curis obtundor, ut id quod maxime uolo scribendi prolixitate
tecum certare non possim. Facerem id eqdem libentissime ut tibi in
primis morez gererez qui longissimas de me litteras tanto studio effla
gitas, ut nisi scribaz satissime, uotis tuis satisfieri posse non pu
tem. Ac ne diutius breuitati litterarum, que quoniam uiz euasure sint ne
scio ueniam deprecer: fieri potest ut quod institiuo longiuscule scribam
ac permittente deo desiderijs tuis obtemperem. ita me accipe carissime Aug
de constantia in me amoris tui dum purgare me studis preteritum

ſilentium ſcribis / facis tu qdeʒ amiciſſime / cu qʒ ɔmemoratio nō pōt
eē n̄ iocundiſſima. Ita tamen ſentias uelim mi ſcē optime / ita iam
ṗdem mihi de tua fide uirtute: bn̄iuolentia: atqʒ pietate ɔſuaſū
eē / ut nihil ſit quod nō in de te pollicear / et qdeʒ magnificentius
q̄ putes: atqʒ adeo nihil opus eē huiuſmodi apud me ūbis uti / que ul-
lum dubiū infidelitatis ueſtigiuʒ ſuent. Sʒ ſatis de amore mutuo.
De peregrinatione illa tua / ac romana profectione / et de Coſmi nr̄i
optimi atqʒ integerrimi uiri / & fideliſſimi amici ſuauitate / uiuat
enim ūbis tuis uti / gratiſſime accepi omnia et ſi moraʒ in roma
na urbe tuam aliq̄to prolixioreʒ cupiebam. Vix enim fieri potuiſ-
ſe arbitror ut intra paucos dies tantarum rerum ueſtigia t̄ plane in
notuerint. Q̄uiſ eius urbis et ut ſepe antea audieraʒ et nūc a te
certiſſimo auctore didici: is mō ſtatus eſt: ut facile ɔcedam inſiniaʒ
tuam: non poſſe ſcilʒ tante uenerationis adeo diſiectas ɔſūptas qʒ
reliquias a bingenuis et pijs animis ſine ſūma doloris ɔploratio-
nis ui aſpici. Sʒ iſta ſatis a te deplorata ſunt / reliqua n̄aratio
ſuauiſ ſūtie tue. quam mature fore ſpo. Innuit deus uotis nr̄is
placet ut interiʒ in libris et lr̄is uiro ſniam tuaʒ quam ſemp pro-
baui acquieſcamus. Qd de famoſiſſimo illo uolumine hieronymi
manu ſcdm uulgi celebrem opinioneʒ exarato / ſcribis legi libentiſ-
ſime: falſamqʒ & ſtolidam opinionem a te ɔfutatā gaudeo. Sʒ hant
iſta cum reliqs. Quid coſmus nr̄ humaniſſimus de re nr̄a egerit
cū ſūmo pontifice / q̄tum laborarit ut uoti nr̄i ſimus ɔpotes: ex tuis
lr̄is ſum factus certior / magnaqʒ ſpes ē fore / ut pilliuſ opē atqʒ opa
deſideria nr̄a tandem impleant. Deſiderij dialogus que ex priremū
in in dicem ānotaſti / ipē imp̄mis eē que cupim⁹. preter hunc tam
prolixa hyſtoria caſſinatis cenobij cronicis in more ſcripta in ip-
ſuatur cenobio que eo coi conſuetudine de legenda ſci benedicti lo-
co. Id a beis didici quicunqʒ opus inotio legerit. Fieri ſatis pōt ut
id uolum in in dice caſſinenſiuʒ rerū / uel annotatū nō fuerit / uel
abs te int̄ cetera minime notatuʒ. ṗmū illud q̄ is liber dum tranſcribe-
ret⁹ in dex ap quempiam monachorum delituerit fortaſſe ſecūs hoc.

quod alio fortasse titulo scriptum in indice minus animaduerteris. Ut
cunque se habeat res scribo ad cosmum meum obsecrans ut dialogum illum
desiderii curet ad nos mitti: a nobis sub omni celeritate transcriben-
+ dum. Opus item simile aliud queso ipse quoque illum tuis litteris ad id implen-
dum excites: quamquam pro summo illius in me studio eximiaque pietate non
ambigo quin acturus sit omnia, ut votis nostris fiat satis. Dici vix potest
nicholae carissime quanto sanctissimi illius patris nostri studio: quantaque admiratione
detinear: atque ideo illius nosse omnia, cuius vix pauca se prosecta. Gregorii
nostri fatetur. incredibiliter cupio. Ea tamen ipse que gregorius scripsit: qui
intente legerit animaduertet nullo negotio incomparabilem virum. Ceterum
que de cassinati indice insinuasti preter unicum frontonem vel ficta esse
vel alibi reperiri posse arbitror. Cura queso omni diligentia omissis
interim ceteris ut ista [illegible] ad nos perferantur. Reliqua siqua digna
erunt sero ad nos tempore migrabunt. De Greci illis suo volumine quid dicam
ignoro. Cuncta si fieri possent ad nos afferri mallem quam aliqua ex his
omnia quippe pretiosa sunt. Que tamen rariora sunt ipse melius nosti.
atque ideo ea seligendi curam tibi iniungendam decreui. Antonius ferranti
nus uir sane studiosus ut audisti diem suum obiit. eoque nuntio fa
teor inmodice affectus sum. erat enim quantum ex eius aspectu rarooque
colloquio coniicere potui bene institutus atque ad bonam frugem ut uide
batur mature euasurus. librum quem abs te mutuo acceperat ab ipso
iam patre receperam. Seruaturque apud me cum ceteris. Aliud ex me audi
non minus lugubrem nuntium priorem si forte hactenus id non accepisti. Ga
mõs Gasp. spar noster pisanus uir amicissimus et probitatis eruditionis pietatisque
merito nobis maxime carus & gratus. ante paucos dies uita exces
sit: mihique fateor maximum sui desiderium reliquit. Erat enim quod tu
~~maxime~~ minime ignoras sacrarum rerum studiosissimus. atque ob
id imprimis mihi et dilectus et cognitus. Vigebat in illo quod sepe
experti sumus in rebus ambiguis sanum integerrimumque iudicium, nec
sane facile ulla nouitate abducebatur ab integritate sue. Eius
ut dixi desiderio ultra quam extimare potuissem fatigatus sum. Deus
illum in sinum habrae collocandum suscepit. heri uespere postea quam

scribere te puto ad te ex bizantio delatum. Quod sane ut vidi facile +
a me obtinuit ut omissa scribendi cura in se animum oculosque con
verterem. est enim eximie pulchritudinis et dignum sane quod in
bibliothecam tuam id quidem immigraret. Continet septem tragedias
sophoclis: sex eschili argonautica apollonii in libros iiii distincta
in membranis litteris quoque gratissimis. et que pro antiquitate sua meo quidem
iudicio ante sexcentesimum annum exarate sunt: latitudo voluminis
huius folii equat latitudinem. longitudine duobus hoc digitis superat.
habet per totum in marginibus inserta plurima et perutilia compositis
simis textis. atque ex nobilissimis auctoribus sumpta. lucillo tharsense
que civitas certe est sophocleo ac theone. XXXIX. textus quoque lineis quaque pa
gina signatur: folia omnia 266 sunt. Atque ut totum breviter expli
cem nunquam poeticum aliquod volumen formosius vidi. grecanice sordes
nunquam fere libro illi obfuerunt. sed comptus satis ac nitidus prostitit.
Aurispas noster in hoc profecto amicissimi viri implevit munus: optata
ta illi cura fuit ut volumen ipsum in tuas deveniret manus. Verum
hec satis de volumine nostro. Clarus theologus, Antonius massanus
mecum ante plures dies fuit roma rediens, ac tecum quid de convertendo
laertio egerit totum exposuit. oravitque ut illi operi incumbere. ego
mi nicholae si in hoc munere cuiquam hominum cedam quam tibi et cosmo nostro.
quod quoque semel illi pollicitus sum facere omni studio intendo. verum hoc
da eo temporis: faciam quod cupitis. sed sinite queso expectoler reditum
nostrum. Vides quam incertus sit humane conditionis status. atque fragilis
vita mea sit et morti quotidie obnoxia. Patere queso in hoc spatium
tempore sacras haurire litteras, sacrisque vacare rebus, quibus a puero me ipsum
devovi. Parebo votis vestris si vita comes fuerit. Bono igitur animo dilatio
nem tollerate, id vobis certissime persuadentes, me nihil esse ocius quam vobis
morem gerere. Vitas patrum nec dum absolvi. Fecit enim tum quadra
gesimalis occupatio maxima. tunc esset ut totum vel expliare dolorem de est
pectoris qui me crebri et acrius solito premebat ut minus huic nego
tio vacare possim. Durat enim is dolor sepe diem integrum. interdum
et biduum quo toto spatio solitam exercitationem omittere cogor: atque metu
pene post mortem ad scribendum segnior redeo. Curabo tamen quantum potero

chrysto propitio id opus absoluere: ac tum demum reliqua aggrediar. Ab Aurispa litteras nullas accepi preter unas illas quas ad te misi. mirarique satis non possum: fieri id qua ratione potuerit. Scripsi ad illum plures litteras nec unquam aliquid rendit ne polydeucem quidem illum quem se mittere asseuerauit hactenus accepi: scripsi quoque ad illum omnia. audio illum in gallias profectum cum imperatore greco. Cum factus ero certior ubi nam sit. scribam ad illum diligenter. tunc quoque purgabo silentium: ne secus quam res est interpretetur. Prior florentinus certusie hoc anno ad capitulum proficisci obmisit, desiderium quoque meum in sequentem annum prorogauit. Nam ut certior sum factus ante hoc triduum a procuratore maioris certusie qui mihi amicissimus est, & a me rogabatur ut opus illud transcribi curaret nulla spes habendi que cupimus est, nisi uel eo proficiscatur prior hic meus uel illuc mittatur qui transcribat. Idque secum thoma nostro sarazanensi contulisse, idque sibi consilium dedisse: cum ad id monitus una cum episcopo bononiense diutissime asseuerarit. Uides quam spes mea refrixerit. sed ita est Thomas ipse nullas ad me post illas priores quas ad te misi litteras dedit. Rinucius nunquam scripsit ad me: certior tamen sum factus illum questum esse familiariter cum amico communi: cui legendas dederat litteras ad se tuas: quod illum inscribendo minus honorifice tractare uisus sis. Displicuit hec ipsi leuitas maximum in modum. A barbaro nostro litteras accepi quibus maxime sitire uidetur litteras tuas orat quoque maiorem in modum huius absite uitium reservari. Scripsi ad illum de Archymede illo quem ipsi auunculo extorquere non possum. Acturum se pollicitus est cum legato bononiense quantum potest. ut liber ipse in lucem ueniat. Que de cincio scribis notaui omnia. ac de poggio similiter. Displicet mihi maxime hominem tam boni ingenii supellectilem ita frustra conterere. Sed ita est. obniti ipsi contra non possumus. Abeant ista. Traductionem illam meam ad dominum celerem qua curasti cui inscribitur legerit accepi: nec aliter futurum putaui. Non tam ideo me officii mei ac diligentie penitet. maloque illum culpari negligentie quam me. Apologeticus ille tertulliani nec dum scriptus est. Maximam in spem sublatus eram ad uos exdarie ste monitus. hec eius uiri opuscula emendatiora perferenda ante ipsi nouum abbatem Cosmi mei amicissimum prioribus litteris significaras. Quo ceterum

opusculo

mendosissimum librum scribere omisissam. Curabo tamen ut transcri
batur quam primum. Que de Laurentii mei studiis scribis accepi libentis
sime. multum illi contulerit ardens adhortatio. Ego illi quod solum
in presentiarum possum gratulabor per literas: alias omnem operam quanta per me
illi conferri poterit exhibiturus: ut summis illius in me offitiis aliqua
ex parte satisfaciam. Vestes quas petisti cui mandaveras dedi: eas
una cum reliquis semel iam accurate excussimus: facturi id cre-
brius cum tempestivum erit. Frater antonius de burgo perpetuus ac prepositus
lector antequam isthinc proficisceretur: tua omnia que erant apud se
indicesque librorum mihi diligenter restituit. oravitque ut tibi suo
nomine per literas gratias agerem: ipse ut audio Genuam profectus est: non
ipse tamen: verum et frater Mattheus viterbiensis eo transmissus est.
Leonardus aretinus phedri partem quandam transtulit. librumque
eundem Antonio lusco dedicavit. Vidi fragmentum illud: nam ad
nos ipse pertulit. mallemque fateor ipsum non vidisse. Habet hec sua extre
ma traductio magnos buccinatores atque in primis se ipsum. Ego
quid de illa sentiam fateri non audeo. Curabis ut perferatur ad te. nam
non ambigo quin Cosmo nostro eius exemplar dederit. quod venetias
ipse quoque perferri curavit. mihique libere quid sentias ipse significabis.
Frater albertus noster ante plures dies a nobis profectus est: comes indivi
duus illius adeo celebris predicatoris. Scire aveo quicquam religatum tecum
roma asportaris necne. Quem an videris protonotarium meum: adversisque
summum pont.: ut aliis literis te facturum pollicebaris. Facito noverim omnia
diligenter. Prolixius sane quam putaveram quamque initio institueram scripsi
vereorque ne ipsa te longitudo et inculta barbaries offendat. Sa
lutant te fratres omnes et in primis Gregorius. Iacobus ac Hieronymus
senexque demetrius. Vale. Florentie. ex nostro mon. viii. kl. Jun.

Ambrosius monachus Nicholao suo pl. s. Quanto gaudio affectus sim me
extimus literis facilius erit tibi existimare quam mihi scribere. nicholae car[issi]me
& humanissime. Verebar enim ne iuste indignationis causam tibi expo
ribus literis meis, tum ex sequenti silentio concepisses. Ago deo gratias
qui mentem tuam longe sedatiorem quam opinatus fueram constituit. et si tibi non

eram ignarus mansuetudinis tue: mitiorisque ingenii, tam fateor
trepidationem meam: nam poteram non timere. tranquilli licet animi tui
quantulamcumque commotionem. Verum hec missa satius puto: quia prioribus
litteris id habunde egerim quas iam reor tue dilectioni redditas. Dis-
plicet mihi immo te tam multa illic perpeti que aiunt excrucient
tuam amicorum solitudinem, insolentiam gentis et cetera id genus
abs te ac invectione castigata. Fateor id contra ac sperabam accidit.
Putabam enim civitatem illam excultam disciplinis polliceri di-
uturnam illic moram humanitatique amicam inprimis. Verum abeat
illi in rem bonam. Capio in hac molestia non nihil voluptatis quod ea
ipsa solitudo tua, fructuosa atque utilis studiosis omnibus fuit. Nec
enim tu id otii quod datum est perire per socordiam et ignaviam passus
es. Verum impendisti necessariis rebus commodisque nostris consuluisti.
Expectabamus magno cum studio xiiii illos A. Gellii libros
ultimos quos diligentissime transcriptos ac emendatosque te
staris. Inspiciemus libentissime legas gratias arbitrio tuo. ut extrema
veluti manus tam utili labori tuo apponatur. Exilivi letitia cum
legerem pastoris librum abs te receptum et transcriptum cuius nullam
superesse mentionem arbitrabar. Sed cum iudicium tuum quod gravis-
simum est de eo opere audivi, refrixit ardor ille ac studium visendi eius
operis. Neque enim posto hac in re tua sententia dissentire. Grato tamen id
opus animo expecto. Asterii item episcopi adversus renatum monachum libellum
perlibenter legam qui laudatur abs te. Quos item Antonium Pedianum et Cor-
nelii Celsi fragmenta, et Lactantii de ira dei et opificio hominis libros
Nota de Nic. scripsisti pari laude prosequemur. Quis tuum Nic. studium: quos ar-
dorem incredibilem ac fervoremque illum nunquam senescentem digne lau-
dare atque admirari possit? Tu sepultam fere humanitatem excitasti
tu sopita mortalium corda ad hec honestissima studia per evigilare
fecisti. iuventutemque proclivem in vitia, ut sese ex cenoso voluptatum
gurgite ad hoc placidissimum doctrine litus reciperet, vi ignite adho-
rtationis effecisti. Tu pulvere et situ obsita veterum monumenta in
lucem reduxisti diligentia singulari, ut et celebris illorum memoria

quam presens etas et futura posteritas plurimum debeat. Sed enim laudes tuas
prosequi institutum non est. facient illud excellentiora ingenia, simul ne vi-
tio adsentationis adscribatur, verax de te et de tua virtute testimonium.
Erat hec opinio mea nullam esse clariorem amicitiorem que humanitatis
civitatem quam vestram. Sed hec sententia mea confirmatior fit quia non dissentit a te.
Deus noster illam tueri dignetur, ne hanc ulla improborum petulantia
quod multum timendum est violare queat. Quis enim si secum tacitus
cogitet evidentissima divine pietatis et benivolentie nullam singu-
laris indicia, non hanc amare atque in honore habere cogatur. Meminimus
quam sepe etate mea, quam magnis aperteque periculis hanc eripuerit deus. non
sunt ista repetenda, ne legenti fastidium faciam. Grata fuerunt admodum
que de Victorino viro optimo et eruditissimo scripsisti. Et si enim hec
eadem que abs te scribuntur de homine fama diffuderat. bonum que hunc
virum et eruditum extimarem, testimonio tamen tuo illum plane perspectum
et cognitum habeo. Iuvat quoque librarium quorum illius ope habituri sumus
te instante. Divertit nuper ad nos ex creta sacerdos quidam bona satis
indole, qui et scribere novit satis commode. sed iniquitatis temporis vereor ne
abire cogatur. Desunt enim qui sibi scribi aliquid velint, ob immanes
impensas quas publico solvunt. Ex indice decretis voluminum ingre-
dorum cum Iuliano nostro cardinali sancti angeli: tum cardinali
sancte crucis Germaniam omnemque galliam diviso itinere peragraturis
fecisti tu studiose et ingenio tuo digne. Sed vereor ne cum octavo
gelu eorum quoque refrigescat ardor: quamvis Lucius ille adulescens propter
atque excitus magna de se polliceri videatur. vixque adduci possum illum
non diligentissime hoc munus impleturum. Gustum illius cepi breuem
quidem, nam transiens prius me vidit atque alloquutus est tanta suavi-
tate atque copia ut spem de illo conceperim maximam. Thomas item vester
non ambigo erecet votis tuis morem. tam vero que de pusione dulci scribis
magno affectu quanta voluptate acceperim haud facile dixeri, gratula-
tus inveniste cum Laurentio nostro, tum castissime illius coniugi. Et an-
tea quidem quarto ni fallor a nativitate illius die enixam Zinebram
ipsam spectatissimam feminam percepimus. ingentes que deo gratias

exultantibus animis egeramus. Verum hec ipsa commemoratio tua gratis-
sima et iocundissima fuit. Deus illum tueatur frequenterque deinceps
prole parentes letificet: ut cupimus et oramus. Aliis litteris meis de plauti-
no codice vetustissimo et tertulliani volumine scripsi ad te plenius
nihilque necesse est eadem repetere ut laurentii nostri fecerit summa diligentia
quod autem illum nemo. Eripiunt enim ex iniustissimi possessoris indignis
manibus res pretiosas nihil ad eum pertinentes arte mirabili. Plautum
nedum in manibus sed eiusmodi volumen sit, arbitror Carolum nostrum litteris suis
te certiorem fecisse. De tertulliano quid sentiam tenes: delirat ple-
runque cum montano suo priscilla & maximilla insanis vatibus. Acris
tamen ingenii est; curabimusque ut transcribatur. licet exemplar mendo-
sissimum et barbarum sit per imperitiam scriptoris. Libellum hierony-
mi contareni accepit a me Antonius contarenus cognatus suus
legationis functus apud nos munere. Scripserat quippe ad illum hye-
ronimus ipse ut peteret illum ex me pecunias quas solveret. quod cum fe-
ci non putavi hunc illi postulanti fuisse denegandum. Ornatissimum est te
& nihil potuisse certiorem curam: ut reciperet. Siquid tamen et in hoc
peccavi ignosce imprudentie. Abbas bonitiensis non ut opinabaris
episcopus effectus est. sed mutavit monasterium ut ex cosmo nostro didici. Vestes
tuas hieronymus fecit sollicite excutit: et quantum potest mundas immo-
latasque tuetur. Belli nostri successus referre piget. quia eos tibi
L.o de cosmo notissimos puto. Ex quo noster Cosmus de comitatu discessit, deterio-
re in loco sumus. Is enim perpetuo celebrandus gratus civibus ita se
gessit in eo magistratu ut nihil potuisse pretermitti ne salutem quidem suam; la-
pides ipsi clamare videantur. Ea enim animi generositate est ut aspe-
ctu ipso deiectos quosque ac merore tabescentes erigeret/meliores
spe esse iuberet. Porro tanta vigilantia in illo fuit. ut quicquid pro-
sperum emersit ipsius potissimum industrie fuerit. Atque ut tales
cives haberemus precibus. Nulla umquam fuit res publica beatior atque felicior.
Sed scienti loquor. Saluta nomine meo dulces pueros Cosmi fi-
lios suavissimumque pusillum una cum matre et familia reliqua.
Salutant te fratres omnes ac reditum tuum ardentissime cupiunt.

Benivenutam fidelissimam feminā meo nōie saluta. Vale et bā
baras lituras patienter lege. Florentie ex nr̄o mon̄ viii. julii. A
mbrosius monachus Nicholao suo. pl. s. Accepi proxime lr̄as tuas:
plenas humanitatis quib; amor inme tuus facile amari pōt studi
um q; recognosci. eis responde q̄ p̄mum licuit institui: ne tu diu
tius a me hoc offitium desiderares quod ipse in amplissime et lautis
sime exibuisti. Ex prorogatū inquesture tempus indigne feras: am
plector eximiu; inme studiū tuu;. q̄ uero ut equanimit' id onus
feram mirifice gratulor. et nicholai mei antiqissimam fide; reco
gnosco. Faciam que hortaris feram modice et leniter si supponat'
humeris meis caucasus ne dum questura; q̄n ita me fac̄e et rō ipa
suadet et tu hortaris. Quid de me iam p̄dem ipse statueris tu ui
deris. id t' equidem constanter affirmem nullum tui amantiore
ee q̄ me. & quare ille me poterit quisq; erit, tui studiosus: s; p̄fecto
non p̄mittam ut me uincat inamore ne tu q̄de;. S; hec satis et
nimis etiam apud te. Ero posthac cautior ut nullu; cuilibet sua
sioni scrupulose locum p̄stem. Que de imperatore iuniore q̄ro; s̄c
bis & de lucispa nr̄o gratissime legi. Ex Leonardo nr̄o justinia
no sum factus certior illum aduenisse supplic̄e ut afflictis ac p̄pe
labentib; rebus opem imploret: uenetosq; parare magnū nauiu;
nu; ut inauxi mittāt q̄ barbarorū impetus uiolentissimos: atq;
thesalonica; nobilissimam grecie urbem et tueantur & ornent.
nam in illo; impio concessit. Scripsi ut admoneres lucispe ipsi a
mice & humaniter, moneresq; uti ad nos diuerteret. ut certe si id
inp̄ntiarum implere nō possit s̄t b̄era ad me, cunctaq; sui cōdis
consilia in aperiret. Petruq; preterea chronicon et eusebii et poly
deucen. Non ambigo geret more uotis nr̄is uir nr̄i amantissim'
Quid de graculo & cosmi nr̄a rethorica actum sit, p̄ns cosmo
ipsi enarrauit. Leonardus ipse librū ab illo recepit dedit q̄ illu; duo
bus frib; amicissimis suis. ut p̄ferrent ad me & tu' & maturius
Verum illi ipsi fr̄es cum padu; nauicula traycerent subita uento;
ui procella ingens exorta nauicula; undis op̄uit. fr̄es q; illi nau

fragio perire et omnia simul que in naui erant in profundum flu-
minis abiere. Infestissimus et tristissimus casus tanto illum af-
fecit merore tum pro amissione libri, tum pro sociorum illorum in-
dignissima nece: ut mihi hoc tunc scribere noluerit. Sed Marioto cui-
dam adulescenti, qui negotia pallantis nostri venetiis exequitur
mihi inscribendum iniunxerit: ne meo quidem adverso casu et
pleno meroris diligentia in illo desiderata est. Nam inquiri diligenter
fecit, et librum ipsum una cum litteris quas ad me scripserat: invenit
madore confectum et consumptum: ipsasque litteras ita madidas ad
me misit. Quod ego cum dolenter accepissem continuo rescripsi
monuique librum ita consumptum daret greculo ne esset apud nos
miseri casus monumentum. Quod ita factum est ut ex litteris ipsius leo-
nardi quas proxime accepi sum factus certior. Scripsit ad me
preterea libros illos domini manuelis venire, atque una demetrii senis
nostri acturum se pollicens ut iuris pallantis devenirent, quo essent
apud me perpetuo. Rescripsi sibi orans ut demetrii ipsius libros ac
preterea chrysostomum super mattheum nostro nomine emeret. sive re-
dimeret potius, quoniam aliter haberi non possunt. Facturum promittebat spo-
dens ut pecunie isthuc persolverentur ea intentione ut libri ipsi
fient iuris tui. Expectato donec rescribat ac de omnibus te cer-
tiorem faciam. Nysseni Gregorii xv. illas omelias in cantica can-
ticorum lego diligenter: nec sane me penitet iudicii ac sententie
mee. Nam profecto procedit magnifice, magnaque cum facundia
tum sensuum maiestate. nihilque minus abhorret quam sequi ipsum ut ultro
profitetur origenem. Profectionem tuam ad urbem romam ma-
gna voluptate animi expecto. Inde enim ipse proficisci videbor: et si-
gula antiquitatis monumenta perscrutari. Sermones contra iudeos ante plures
dedi ad te perferendos miror quod si nec dum illos recepisti. Partem
illam sanctorum patrum a me conversam mittere iterato differebam
quia ut cupiebam nec dum illam emendaveram. Facit enim occupatio
molestissima questure ut nec hanc nec basilium de vera integritate
virginitatis hactenus emendare nequiverim. Quod si tamen tu ita vis

rudem et indigestam mittaz: ꝫ ea lege ut eam nō dum rescri
bas. Sunt enim quedam que emendatione opus habent. ut pote ꝗ
quibusdam locis exemplar sequens posui theopoli: quod nomen ut
postmodum ex antiquo conciliorum volumine didici/ antiochi
am sign(ificat): et alia quedam que in hunc modum. Ad thomaz illum nrẽ
epi bononiensis alumnum virum ꝗ peritissimum scribam ut hortaris:
nihil ꝗ omittam diligentie. Rinucio illi scribere supersedebo: ne
commemoratione archymedis intumescat magis/ atque insolentior
fiat. si non illum tanta ope requireret desiderare prouiderit
hoc t(ame)n servire polliceri posse video archymedem ipm bononie nō ee:
petrus enim ille memorissimus asserit se cum bononie eet atque cū
illo familiariter colloqueretur cuncta que apud illum erat volu
mina vel vidisse vel ex ore eius audivisse/ archymedē ipm nunquam
comparuisse. Epistola ignatii a Rufino translata vereor ne ipa sit
quam ecclesiastice hystorie inter sit. Conveniam tamen phylippum
meum & diligentius cuncta perscrutabor. si quid forte lucrari hac
mea diligentia possimus. De phedro platonis vel socratis apo
logia nihil habeo quod scribam preter id quod scripsi alias. Cum
ea in lucem venerint/ non iudicio meo quod nullum est: ꝫ tuo pleno
prudentie gravitatis ꝗ extimabuntur. Apologeticum tertullia
ni vidē auro a claro viro Antonio desiderantius: nec diu rete
pi librum/ ꝫ eum recipiam quam primum. Cosmus noster ut sum fratris
certior proficisci parat romam. hodie enim profectus ē ad me ipoꝝ
vilbicus qui id veraciter asseveravit. Ei autem comitem adiungas sci
re aveo: ne laurentius noster frustra forte vocatus sit/ cui testis sum
summi amoris mei et eximie dilectionis. Que de cognato meo
optimi ingenii adolescente dixisti vera sunt omnia/ nihil ꝗ fere
illi deest preter solam eruditionem. Sed ea tam industria ē/ ut si ille
a pigmentario ope vacet brevi illam consecuturum videatur. Ex
hortaris ut sororem meam inducam velit hic apud nos potius degere:
feci id eadem quibus potui precibus & adhortationibus/ nihil tam proficere
hactenus potui. Bona tamen spe sum fore ut cum illa duxerit: facile

ad conſenſum ſuum inclinet. quis puelle mater impedimento ē
Gratulor te potiſſimum ab eis magicis adeo p̄clarum accepiſſe teſti-
moniū. Magna illi cum philippo nico familiaritas ē, eumq; ioco
quolibetum appellare ſolet. Unum reſtat ex epl̄a tua, id q; ultimū,
cui rn̄dere ſtatui, quid ſcil; uolum illud conciliorum ɔtineat. pt̄
illa que antea ſcripſi ad te ſcire cupis. Geram tibi morem atq; ex o-
dine cuncta retexam. Continet in p̄ma facie pauli ap̄li ſtatuta
breuia nūo xv. Exhinc comunia pet' et pauli alia xv. Dehīc
decem ex ordine concilia annotata breuiter. quo ſcil; conflata tp̄e
uel quo conſtiterint nūo ſanctoȝ patrū uel in qua ciuitate. Poſt
hec ſequitur p̄fatio nobilis eiuſ uiri qui id opus compilauit qui
et ſi quo tp̄e fuerit exploratum nō eſt. an ſeptingeſimum tam anni
fuiſſe haud obſcure dep̄henditur. Quo ille p̄mio totū opuſ L. ti-
tulis diſtinguit, atq; titulos ſingulos uariis ſubdiſtinguit capl̄is
atq; capitula ſingula conciliorum uariis allegationibȝ munit.
Puta p̄mus titulus inſcribitur de theologia & orthodoxa fide. is
diſtinguitur in capita xxxviii. que ad principalem tituli materiam
ſunt accōmodatiſſima. Atq; in hunc morem. L. omnes titulos ad
inſtar tabule p̄mum ſubnectit. Allegans in ſingulis ut opus eſt
non ſolum decreta ſynodica uerum et ciuile ius. ſingula notās
quoto capl̄o digeſta ſunt. His uō L. titulis ita explicitis et abſo-
lutis tunc demum canones ſynodos conciliorum ponit. et p̄ma ſede
Canones ap̄loȝ eccl̄ie a clemente traditos nūo xxxv. Tum uō ni-
ceni concilii xx. capl̄a Ancirani xxv. Neocaeſarienſis xv. Gan-
grenſis xx. Antiocheni xxv. Laodicenſis Lviii. Conſtantinopo-
litani c. ii. Niceni ſecundi xxii. Conſtantinopolitani tertii xv. Cō-
ſtantinopolitani quarti. iii. Plura ex his: ſex ſcil; adiecta ſunt ſu-
perioris ope a photio patriarcha q ani ſexcenteſimū annū fuit. Se-
quitur poſtea dionyſii alexandrini ex epl̄a ad baſilidem iiii. capl̄a.
Pet' alexandrini ep̄i et martyris in libro de penitentia. eidem in
ſermone de paſcha. Gregorii neocaeſarienſis ep̄la una, athana-
ſii ep̄i: Baſilii ep̄i ex tribus ep̄lis ad Amphylochiū capl̄a L.xxxviii.

Eiusdem ex eius alijs epistolis excerpta canonibus accomodata. Gre-
gorij niseni excepta ad letoium militanae episcopum viij capta. Thimo-
thei alexandrini responsa ad interrogationes necessarias xv.
numero. Theophili alexandrini sermo in epyphania, eiusdem aliquae
epistolae. Cyrilli alexandrini duae epistolae. Genadij epi. Haec brevissime
digesta ipsius voluminis omnia. Sunt praeterea per totum codicem notae
quaedam ineptae per margines pulchrae atque utiles. Sed iam suadent
cadentia sydera somnos. Vale. et fidelissimam uxorem Bonne-
nutam. Corneliumque nostrum saluta ex me. Te hieronymus frater et
Iacobus: totusque ludus noster officiosissime salutat. Florentiae. ex monasterio
meo. xij. fere hora noctis.

Ambrosius monachus nicholao suo. pl. s. Scribam pro tibi cum ero ocio-
sior. horologium tuum mox ut tuas accepi litteras paravi, misissemque
si fuisset praesto qui afferret: ipsum mundari feci: nam erat pulvere
4. obsitum, atque ideo ne libere posset incedere, retardabatur. Et quia ne
sic quidem recte currebat. Angelo illi illustri adulescenti harum rerum
peritissimo dedi. Satisfactum sit votis tuis nec ne scire ex te plenius
expecto. Nam modo illum mitto. Claves abs te binas accepi quae duabus
illis arculis ferratis optime serviunt: sed tam tertiae illius brevioris
nec ferratae clavium hactenus desidero. ut videre possim quod etiam
conditum in ea sit. Librorum tuorum omnium qui sunt apud me brevem
indicem facere aggressus sum iamque notavi omnes. Fac oro certos quoque qui
clausi sunt videre ac notare possim. Consilium meum quo notarem
omnes tuos visum est puto non improbabis, si incertos casus vitae nostrae cogi-
taveris. Mortalis quippe sum, et lege naturae addictus morti. Nollem
ulla rei scandali occasio propter meam negligentiam gigneret. Vives
autem et vita functus intuitus ero obsequiis. Allatus est mihi Sueto-
nius domini protonotarii quem iam illi restitui. Nam ad me de Senis misit
quod ad illum ferrent. Quid consilij ceperis de profectione illa tua Romana
scire aveo, et quando profecturus eris fac. Scribas oro plures ad me ne
sim expers consiliorum tuorum omnium. Vale. Ther. tertio. Cosmum et Laur.
clarissimos viros cum videris salutabis ex me. Iacobus et hiero.

fr̃es: demetrius q3 senior et reliquus cetus nr̃ t. s. d. Florentie q̃rap-
tim. ex nr̃o mon° xvi kl. Ian.

[A]mbrosius monachus. Nicholao suo. pl. s. Si vales bene est. ego valeo. Si liceret
expostulare adversum te profecto diem tibi dicerem. et ad pretoris tribu-
nal minus vocarem. Quoniam vero id non licet agam apud te et expostulabo
quas abs te iniurias patior. an tu nimium iniuriosus es ne dicam
ineptus qui de me apud quemvis alium quereris. quam apud me committis
ut casus tui aliorum potius quam tuis litteris in significent. Accepi enim
litteras Laurentii mei quibus asserit questum te apud se cur non scriberem
cur diu mutus sim apud te. additque te ita fatigatum brevi illo quod
sub molestissimo itinere. ut plures dies semisaucius immo perfecte languidus
iacueris. Vides quam iusta sit quam rationabilis expostulatio mea. ista quaeso
amici: ista Nicholai mei sunt. Itane decet mecum. hec tua semper soli-
ta observata diligentia. Cui ista potius fuerunt explicanda quam mihi.
Quod si dicturus es ut scio non alteri sed mihi ipsi ista significasse. quoniam
hec ei insinuasti quem me alterum scires. Amplector quidem sententiam
tuam purgationem que tanti sceleris immo impietatis interim admit-
tam. non tamen te iudicio absolvam, quoad te ipse purgaveris: cum
que impietatis obiectum dilueris. Sed ne ego nimium ineptus quam
iners accusator sim qui imprudens patroni potius clementis
quam veri accusatoris partes suscepi. dum te ante fere absolvi quam vic-
tum tenerem. Tuas enim partes egi. dum tibi quid responderes prote-
posses praescripsi. evadendique aditum aperui. Sed abeant ista. Me scito
per molestie ferre silentium tuum. hocque unico presidio te posse preteritis
negligentie damna resarcire: si ad me quam crebrerrimas et quam lon-
gissimas litteras scripseris. Quod ego cum minus hactenus feci perpetuus
potius occupationibus acceptum referes quam negligentie. Scio te ex-
ploratissimum habere animum in te ac studium meum. constantiamque vo-
luntatis. atque ideo in bonam partem que sunt a me omnia accipe. Agam
ergo primus quod abs te fieri volo. ergoque prolixius quam adhuc venerim
cultum scribo. eo forte liberius quo diurnis curis et cogitationibus
non impellor. Audi itaque terium ut coram solitus sum colloquerem

Tuli primum egre quod me insalutato profectus es. Quedam enim tecum conferre animus erat: atque ita complexu meo dimittere. Id tamen eius modi erat ut litteris agendum censuerim. atque ideo missum facere placet quoad ipse redeas, quod ut tuto ac mature facere possis. Athanasii volumen illud inter cetera tua volumina repperi. non enim fugit solitam vigilantiam tuam me id genus opuscula querere. Atque ideo et votis meis et officio ut semper soles obsequutus es. Accepi inter cetera que postrema misisti volumen illud conciliorum, offendique re opinione profecto meliorem. Nam preterquam quod volumen ipsum pro sua est antiquitate venerabile, pleraque immo petri et pauli apostolorum nomine inscripta. et re vera non indigna que illorum fuisse credantur. Deinde apostolorum itidem canones a clemente traditi ecclesie numero lxxxv. Utiles profecto et necessarii ad formandos ecclesie mores. Tum xv. ex ordine synodi. Nicena per xx. capitulis sive institutis comprehensa. Ancyrana xxv Neocaesariensis xv. Gangreitana. xx. Anthiochena xxv. Laodicene lviii. hae omnes partim ante nicenam: partim inter nicenam et constantinopolitanam conflate sunt. Constantinopolitana vii. Ephesina viii. Calcedonensis xxviii. Sardicensis. xxi. Carthaginensis c.xxxviii. Constantinopolitana sub Justiniano principe c.ii. Nicena secunda. xxii. Constantinopolitana sub constantino iuniore xv. Constantinopolitana item contra monothelitas. iii. Deinceps vero sanctorum patrum sublimes epistole plurimaque instituta plena decoris atque gravitatis. Sunt quedam Dionysii alexandrini. Thimotei item et theophyli alexandrinorum. Gelladii item constantinopolitani. Cyrilli: Basilii. Niseni theologi. Athanasii complura mea rem. Fateor ita sum affectus ea lectione ut transferendi studium intermittendum putaverim. Sunt omnia probabilia immo probatissima: nihilque non plenum gravitatis offendi: quodque mireris. Carthaginensis illa synodus que beati Augustini et Aurelii Carthaginensis episcopi tempore conflata est. atque in plures actiones distributa, ita diligenter exarata est ut ceteras vincat diligentia. Aliarum enim instituta tantum conscribuntur. et ipsorum nomina: huius autem gesta omnia, subtili exaratione describuntur. Ponam exempli gratia unum ex multis, ut cetera coniicias. Constantiense

concilium, plus venereris. Agebatur cu̅ quedam omitto enim illaz retexere ne sim prolixior. Consulenda fuit nicena synodus: nam q̄ ei[us] sanctiones veniebatur. Scripta grecis l[itte]ris carthagini n[on] inveniebat[ur]. Missi sunt sancti patres illi constantinopolim. Alexandriam. Anthiochiam: orantes seorsum singulos eaz eccl[esi]arum antistites ut capta ip[si]us synodi pure digesta transmitterent. romanumq[ue] pont. admonuerunt, ut idem faceret. Et ita factum e[st]. Sunt enim ep[isto]le alexandrini cyrilli et constantinopolitani anthiochenique sac[er]dotum, quib[us] se illorum arde͞tissimam fidem suscipe testantes, synodi illius veneranda gesta transmittunt. O miram diligentiam et temporum istorum feci conferenda s[ed] lacrimis parcendum e[st], q[uonia]m istia sine lacrimis pius animus nec lege͞re nec audire possit. Rapuit me mirifice is liber atq[ue] ad evolvenda alia possem eius animus commovit acriter. ep[isto]las deinde gregorii mei legere inductus sum ubi pleraq[ue] reperiunt[ur] de synodis q[ui]bus asserit calchedonense concilium a constantinopolitana eccl[es]ia in uno capitulo fuisse corruptum. Quid plura? natus e[st] amor experiundi siquid valeret tenue ingeniolum in q[ue]rendis latinis monumentis in grecam lingua. Accepi mox synodicam ep[isto]lam ip[si]us gregorii prolixam et doctrine singularis, quam scripsit ad constantinopolitanum Alexandrinum Anthiochenum hierosolomitanumque sac[er]dotes, totamq[ue] transtuli. Animadverti si illi op[er]i insisterem magnum exinde fructum percepturum ita ut pute me id effecisse. Quod gregorius summope[re] postulat ab eo qui scriptas a se ep[isto]las in grecam linguam converterat, ut scil[icet] no͞ verbum de verbo s[ed] sensum transferret. Statui et illas q[uer]ere quib[us] obiurgat constantinopolitanam ep[iscop]i superbiam ικουμενικου patriarcham vocaret. Possent enim ista suo t[em]p[o]r[e] e[ss]e n[on] inutilia. Ecce hic sum his quib[us] me studiis dedam. Accipe et aliud. Scripsi quod tu minime ignoras ad leonardum iustinianum, questusque apud eum sum qua me fraude grecu[lu]s ille circumvenisset in asportandis pecuniis et libro illo cosmi mei, quod in visum e[st] indignius q[uam] cetera. Heri aut[em] vespi profectus e[st] ad me petrus ille n[oste]r peritissim[us] artifex memorie de venetiis veniens. Is me cum officiosissime a leonardo salutasset: id q[uo]q[ue] in exilli[us] ore nunciavit grecum illum et sibi et plerisq[ue] illic no

bilibus iudem illusisse. Daturum se operam pollicitus est ut recuperet
que mea sunt. Hec dum enim inde se ille extricarit. et puto fidelissi-
me faciet. Ad enim illud sibi dixisse petrus affuit infrequenti civium
corona. Ista cosmo meo nunptiabis cum illum videris. Pudore enim
ipse prohibeor hoc illi significare ne illum peniteat adeo ignavum cu-
stodem libris suis procurasse. A petro illo cum de triremibus venetorum
pontarcer applicuissent nec ne didici imperatorem constantinopo-
litanum una applicuisse: quod quidem cum esset venetiis fore dedice-
rat. Sed post factum se citiorem amicorum literis illum cum triremibus ad
has partes venisse. Cum vero perscitarer senior ne esset an iunior non
certe audire potui. Assequor coniectura seniorem esse: postulandi suffra-
gii causa illum venisse satis constat: romam quoque profecturum quidam
nobili veneto forte didici, qui roma veniebat. idque se audisse a plerisque
asserebat. Perrexi ulterius inquirere quidnam hoc tanto tempore quo annos
affuisset: petrus ipse peregisset. Didicique ipso referente emendandis ptho-
lomei apertis erroribus prestitisse operam qui in terre descriptione reperi-
untur plurimi. Risi mecum tacitus, optavique presentiam tuam. Neque enim
satis ydoneus eram ipse ad refellendum. Amice tamen illum monui
caute ageret: magnam se et arduam rem suscepisse. Sed de his hac-
tenus. Clavem illam tertie et brevioris arcule tue quam oportunum
iudicaveris mittes ad me. ut illos quoque codices qui illic servantur videre
et annotare possim. Puto te suscepisse iam horologium tuum. Angelus
ipse cui corrigendum dedi se id fideliter fecisse ait. Certior fieri in ca-
pio literis tuis. Phylippus noster ante plures dies profectus ad me asse-
uit sibi esse exploratissimum Archymedem illum bononie apud
Rinuccium servari, didicisse se id ab eo qui volumen ipsum viderat. Pol-
licitus est daturum se operam ut quam primum perferatur ad nos transcri-
bendum. Adducebar fere ut rem in plutarchi servarem quamvis cum ipse
nihil scripsisse asserit. Sed continuit me Augustini nostri maior auctoritas
qui in eo libro quem scripsit de utilitate credendi nam eum a Iohanne Greg.
recepi, cum quiddam genere probare cupit inter cetera in hunc sensum
adiecit, nam verba non teneo. Ac si quis epicuro legendam daret ar-

chimedis geometraz cui ille rei fuit imperitissimus. Si uenerit in manus meas citius omni opinione exarabitur. Assuefacio manum scribendis litteris grecis extraducendi quam cepi: illumque mature absoluam si tamen questurae onere leuatus fuero proximis kalendis: cui tamen rei nullam certe spem teneo. Saluta obsequio meo hospitem tuum uirum profecto humanissimum: et clarissimos uiros Johanem: Cosmum et Lauerentium: et marcellum amicissimos meos. Fr. hyeronimus ac Jacobus fr. ceterique de ludo meo omni officio salutant. Professionem illam tuam quam impleturus sis, an instituti tui te penituerit fac certius nouerim. Uale flor. vi. kl. raptim ad lucerno igniculum.

Ambrosius monachus Nicholao suo v. c. et humanissimo pl. s. Affectus sum mirifice litteris tuis quas proxime et uberrimas atque suauissimas abs te accepi. Fateor mi Nic. carissime ingratum mihi et permolestum erat adeo diuturnum silentium tuum: quod cum preter consuetudinem tuam atque institutum contigisse mirarer, alterum e duobus ut putarem inclinabat animus: aut scilicet languore aliquo te detineri aut aliquid de me suspicatum esse, quod a me fortassis animum tuum alienasset. Uerum cum nihil a me umquam profectum meminissem quo id de te mereri me existimarem, siquidem esset mihi conscius integerrimi in te animi mei: perpetueque et constantissime uoluntatis, ad id prius recurrebat animus. Quod plane quod tu tibi demeis uidem et ego mihi de tuis litteris accidisse ingenue fateor. his scilicet perceptis: me ut ita dicam reuixisse, grandique confusionis nebula liberatum esse. Fecisti satis offitio tuo, qui me tanta cura leuare studuisti. Accepimus enim grato sane animo que pro purgando silentio tuo diligentissime scripsisti, queque attulisti signa et inditia summi in me amoris tui. Ea ita esse et si antea semper putaui, nescio tamen quo pacto gratissima fuit hec assertio fidelissimi in me animi tui. Sed placet iam ut de his ultra uerba non faciam ne uideamur parum adinuicem fidere qui nobis mutuo sic noti sumus ut quisque sibi ipsi non possit amplius. Quod a me profectus non fueris inipo ac titulo discessionis tue non leuiter ferre non possum. omniaque prorsus ut crederem facilius adduci possem quam te mei esse negligentem. Admi

si tamen non ingrate que in eam rem dixisti: non quo eent ne
cessaria: sꝫ quo libentissime lego tuas lras affectuz qꝫ amici antiqs
simi eximium qꝫ iocunde recognosco. Clarẽs scriniorũ tuoꝝ abil
lustri adulescente in ccãn tuas lras notissimo accepi. Hospes appe
nr̃ iam diu est domum monti sibi conduxit. Apui auidissime sici
nolum illud / atqꝫ ne te peniteat offitij tui uolumen int cetera
nihil hactenus ignotuz et inuisum notaui. chartaceũ et albo co
rio uestituz. Quod cum studiose euoluerem animaduti ee nise
ni gregorij qntum in canticuz canticoꝝ ad olimpiadez illustrẽ
feminam more homeliatico scriptũ quo inope sfom se orrigene
ingenue fatetur. Expositio ipã xi. libris includitur / nꝫ tamen
totum opus complectitur: sꝫ usqꝫ ad eum locum ptingit ũ scriptũ
est. Sexaginta sunt regine. et octoginta concubine et adulescẽ
tularum non ẽ nũs / minutissimis litteris. Audeo dicẽ maius op
ẽ q̃ Augustini sup genesim ad lraz. Stilus ipe eruditi et acutissimi
uiri. Post id qmentarium sequitur aliud qmentuz incti auctoris
sup parabolas salamonis / et id sane eruditissimi uiri: Allegat se
pius origenẽ: didimũ: olimpiodorũ: Appollinarẽ. chrysostomũ
Basyliuz et alios quoꝝ auctoritate nititur. Sequitur in ipo uolu
mine testus. tob. Sapientie salomonis siue phylonis et iesus
syrach. horologium tuuz ipi purgauimus. Angelo illustri adu
lescenti dedimus. Asserit se id emendasse: ita ut libere cursum
itineris sui conficẽt / caz de retardationis sue asserens qꝫ unum
exeꝰ ponderibꝫ plumbi / duplo maius et grauiꝰ essꝫ q̃ ipiꝰ postula
ret eo. Cosmus nr̃ atqꝫ clarissimus uir ad nos profectus ẽ. mecũqꝫ
diutius iocunde fuit. Contulimus una plima. Asserit pliniuz illũ
facturum se uiris sui / n tam lodouici illius uba uaria et uetosa
sint quod metuẽ uidetur. Romam proficisci cupe pꝫ fecebat: sꝫ
eandem tam more attulit / quam et tuus et laurentij nr̃i lras
didicerat. postis inde eis indicia et signa. Quosdam eiꝫ nobiles iu
uenes remotos a turbis uulgaribꝫ atqꝫ pegrinis / que plump plꝰ
tps eo confluxere ex pestilentia obisse. Attulit senz indicẽ illuz
manu tua adse missuz. Digna sunt re uera que aures ipleat

ucras si non sint ficta, quod nulla barbarie posse contingere non facile crediderim. Hortatus sum illum insistat viribus omnibus, nihilque diligentie omittat ut ea perferantur ad nos. Puto ego vera esse omnia quoniam ut dixi fingendi astum et rationem a barbaris et imperitis hominibus procul abesse consuevit. Mea potissimum parte que ad eruditionem et doctrinam pertinet. Laurentius noster de Medicis iocari mecum voluit quid de tua imbecillitate ac mala valetudine scripsit. Est amantissimus tui. Sed cum de profectione tua ad urbem Romanam desperaret, quam illi brevi fore significaveram, ea mihi scripsit que tibi contigisset. vel audivit vel ioco ut dictum est finxit. Gaudeo mirifice tam grate accepta fuisse abs te que de volumine illo conciliorum ad te scripsi. Ni fallor notavi omnia ipsius voluminis aliis litteris meis. Ne tamen tibi desim in hac etiam parte aliis litteris quas proxime scribam ociosior idem diligentius faciam, ne quid me fortassis effugerit. Si Constantinopolitanus imperator serior ad nos profectus fuerit nihil omittam diligentie in eruendis thesauris huiusmodi sane pretiosissimis. Nam si sit rumor adhuc enim incertum est uter ex his applicuerit. Parvum me proficere posse in querendo spero cum non sit ipse eruditus. Curisque si quid odoratus fuero, protinus mittam ad te. Vitas patrum quas convertere institui: prosequi propositum est: faciamque quam primum. Tu velim nisi molestum est eis interim equanimiter careas, quoad illas semel relegam, et si demum ad te mittam. Duodecim quinterniones ex eis transcripsi, eos proxime ut spero mittam ad te. Sermones Chrysostomi contra Iudeos: quos apud me questus es nec permolestus satis studiis meis atque desideriis. Feram modice quoniam ita fieri debere verum ipsa ratione leges admonent. Thome illi meo claro et acutissimo et humanissimo viro cum scribam, faciam ut admones omnia. Philippus noster nudius tertius venit ad me attulitque indiculum quendam librorum ad se ab amico Pistoriensi missum, quos ille se invenisse in quodam monasterio scribit cum ad sanctum Antonium voti causa peteret. Putabat Philippus ipse novi ad me aliquid afferre: sed nihil erat nisi tritum, nisi usitatum. Ea sibi omnia cum trita apud nos dixissem, admonui illum Archimedis quem alias se habiturum speraverat. Credit letius

q̃ uellem. ac p̃mo asseruit se factũ ex ꝯtiorẽ librũ ipm̃ nõ bo-
nonie apud Rinucium ee͂, ſꝫ venetijs nec putare se facile id poſ
se consequi, q͂ cum eet scriba decemuiralis, auctoritate illoꝝ po-
tuisse. Fractus fateor lapsus q͂ magna de spe sum: Petrus ille a-
micus nr̃ q alexandriaꝫ cum tremitis nr̃is profectus erat, cuꝫ
expectaretur a me, nam se uenturũ mandauit: cosmo nostro re-
ferente q illi iusta p̃soluerat, in mortuus ac sepultus nũtiatꝰ ẽ.
Fateor dolui. Satis enim excitus ad ista studia humanitatis uide-
batur. Deus illi felicem sortem reddat. Votis nos illi p̃soluemus
inferias, quod soluꝫ possumus. Nicholaus nr̃ heri mecuꝫ fuit. Ei
nuntiaui qd te sibi uelle nuntiari intellexeraꝫ. Ab eo sũ factꝰ
ꝯtior leonardum aretinũ phedrum platonis magna ex parte
uertisse in latinũ, apologiamq; socratis parare conuertere. Id ost.
inspiciaꝝ leonãdus ipse. Ab antonio ferrantino uolum illud nec
dum exegi. Faciam id q̃ p̃mum licebit. Tertulliani apologeticuꝫ
expecto auidissime. Facies tu pro reliqua tua diligentia: ut illũ
q̃ p̃mum legam. Erant et alia que scriberem: ſꝫ angustia tempo-
ris plurima ut scribam nõ p̃mittit. Vale. Salutant te officio-
sissime hieronymus frater ⁊ Iacobus. senexq; demetrius: et gregoriꝰ
ipse: quem priore loco ponere debueraꝫ. Saluta ex me hospitem
tuũ uiciũ humanissimũ, et corneliũ tacitũ, et benuenutaꝫ fi-
delissimaꝫ. Florentie q̃ raptim xv. kl. Ian.

Ambrosius Nicholao s. Locutus sum cum Laurentio nr̃o de re illa
pecuniaria quam tecum tractauerã insinuans illi uotũ meũ fluc-
7. tusq; aĩ. Respondit clarissimus simul et liberalissimus sum enim
nullo se in loco defuturũ acturũq; omnia dum uotis meis fiat
satis. Oraui ut in fide sua pecuniam illaꝫ amico illi abbi mutuari
liceret. quandoquidem nobis ut ais minus ea de re crederetur. Libentissime
conditionem amplexus ẽ et porrite me ingt quotiensq; in loco liber: gra-
tissimũ eiꝫ in futurum ẽ, si rẽ mea ac me ipso libere utamini.
Spondebo omnia et soluam ipi nullo uel alio modo in debetis. exob-
sculatus sum eũꝫ dulcissimi amici agensq; grãs dimisi illũ a me.

admonens quid cosmus fr̃ deor nan dis sacris reliqis in spei dedisse.
hortans qꝫ et orans illum ad rem pficiendam excitaret. languidus
q̃ uollem ac remissus affectum recepit se factur. omnia. Quid
multa consolationis ac spei plenu͂ reliquit. Deus illi retribuat
Hs quid egerim accipe quid uelim. Vir ille qui nos celesti ac pla
ne diuino ditat mune᷑ abscede᷑ cupit. facturus fidem dcis. ac mp
tiosissimas gemmas protinus ad nos missurus. Cupio des opaz qm
quidem fideiussor meo iudicio non inualidus et maxime ydoneus
presto ē ut hodie negotium expedias. Erit id nobis sūme gratu͂
ut ex celeritate ipa obsequium gratius existimet. nec difficilez rem
ut certus sum efflagito: sꝫ plane facillimam. Fac te exhibeas quez
soles promptum et alacrem non cunctabunduz ac remissuz q̃lez
uereor ne obiurgare habeam si mora uel minima intercessit. Vale.
mbrosius Hictho. suo. S. Archieps chretens. quosdā libros suos
ad me suandos misit: idqꝫ in suis lr̃is significat. nihilqꝫ aliud
q̃ lr̃is suis interserit p̃ter librorū titulos. qui qm̃ a bauctibꝫ et gsu
etudine tua abhorrent indigni uisi sunt p̃ter duos uel tres quos
scribam ad te. Sunt ibi Orationes ciceronis plurime et cōmen
taria cesaris. et Euangelia. Mitto alia: Legatus ille constantino
politanus mecum bis familiariter fuit. Is Aureispaz nequissimu͂ ap
pellat et scelecatissime pditionis insimulat. cui ut fidez hēret tre
Aurispe sibi dum bizantio proficisceretur adlegatuz fecz qꝫ du
cis ianuensis quas uir iste non obtunsus: et qd naz ex nota uiri
infamia suspicans aperuit. in qꝫ offendit plenas doli et pditionis gra
uissime. Totam rem coram audies. Guarini eplaz phbent lepi
atqꝫ ut nō sommarit. Quotidianū quereris minus belle et uenisse
a me tractatū litterasqꝫ grecas nō locis omnibꝫ instas. denouo
falleris. nisi fallor ipe. Nam his quidem locis quibꝫ bn̄ stare ui
debantur manē sum passus adiectis accentibꝫ. Placebat ē plus ita
dimittere q̃ non uetijs additionibꝫ librū occupare. nam facilius
id in fuiss. Ceterū ii opus uisum ē ee: denouo addidi. Gaudeo tn̄
qꝫ amice accipis. et bono aīo quicqd a me fcm̄ fuerit. Rutiliū lupu
cū figuris gcis ad te remitto. nā aliud erat qꝫ scribem. Vale.

Ambrosius Monachus Nicolao suo pl. s. Et scripsi ad te pluribus ante
paucos dies et scribam cum ero ociosior. Quas proxime dedi litteras
9. Iuuene illo, nisi spes me mea fallit accepisti, qui utrique nostrum
et notus et familiaris est. atque una uitas illas patrum quas dum
legeris non me quidem notis suis gessisse morem: sed te fortasse
tantopere illas petiuisse penitebit. non quo resillentes sint cognitione
dignissime: sed quo inter angustias temporis et animi minus quam uellem quoque
eo ipsa poscebat emendare eas ac limare licuerit. Quod ipsum tu
tibi ipsi imprimis acceptum referre debebis. Ego enim cum tibi satisfa
cere nimium auido et properanti cupio: rationem ipsi rei habere nolui.
ne tibi diutius deessem, neu quod petiueras tardius quam uelles a me im
petrasse iuste queri posses. Sed ista placet omittere. lege eas quantum libet
dum tamen memineris limatiores euasuras, cum extrema ut sic
manus operi adiecta fuerit. atque inter legendum amici tui fac memi
neris qui numquam desinit tuo labitur. Simones quos uideo te accepisse
significas. eos ego ante ferme unum mensem dederam ad te perferen
dos. Displicet adeo tardo uestigio illos ad te peruenisse. quos aduo
lare cupiebam, ne diutius abs te desiderarentur nisi forte alpinae
niues ut assolent impedimento fuere. Gratissime accepi studium
ardens laurentii nostri ad sacras litteras moraliaque illum sancti gre
gorii auidissime legisse, et summe de admiratum boni gustus et
sani indicium censui. ei commentum origenis in epistolam ad romanos
ut iubes non solum libenter uerum et gratissime mittam cum miserit
quid ad se perferat: magnique id beneficium uideor consequuturus si per
tuam opem atque operam et adminiculum iuuentutis huiusce studiis
dederit. que sola uera est et salubria ut tandem animaduertant,
qui hactenus horum fuere negligentes. Ad reliquas partes epistole
tue superioribus litteris respondi: nec aliud quicquam erat quod afferrem nouum
Saluta obsecro Benuenutum et Cornelium atque imprimis hospitem
tuum. Gregorius qui aderat cum ista scriberem salutat te officiosissi
me atque una hiero. et Iacobus fratres. ceterique de ludo nostro. De libris
illis domini manuelis ut ueneant scripsi ad te. Idem Leonardus
Iustinianus mihi significauit quicquid illi rescripsissem ac fieri orauerit.

h' postea pp esse ctus e. nicholas s. Thome nostro de Sarzano ut iusseras scripsi, admonuique earum rerum
que ad studia humanitatis pertinere videbantur. Iohanni item Au
rispe. Archymedis instrumenta omnia vereor ne tandem imbecilliora
sint atque obtunsiora quam ut ars Riminii possit eis detegi vel tena
cia franoi. Nunquam in lucem illum venturum spero ita varius et am
biguus est. Vale tandem: et nos constantissime dilige. Florentie
ex nostro monasterio kl. Februarii. Cosmo nostro scripsi proxime orans ut
cum Rome fuerit operam suam navare nobis velit, ut vitam sancti Bn
dicti sive hystoriam Cassinatis monasterii quam diu frustra cupimus
dyalogum que desiderii de eadem re tandem accipere mereamur, quodque
mihi faciundum videretur ad eam rem illi aptius scripsi. Facies
ipse quoque rem mihi gratissimam si illi stimulos adhortationis admoveris.
Vale secundo.
Ambrosius Nicholao suo plurimam salutem. Quod plures dies nihil ad te litterarum de
derim, puto mirabaris, eamque taciturnitatem meam egre ut coniectu
10 ra assequor fers. Silentii igitur mei causas primum aperire consilium est.
Animum lectioni mirifice applicavi, atque ita ut quod a curis ac priva
tis occupationibus datum est ocii ab ea a me avocari passus non sum.
Legi ex quo ad te non scripsi Eusebii Caesariensis ecclesiasticam
hystoriam grece decem ferme diebus. Ea me ita rapuit ut vix
credi possit. Etsi enim eam alias latine videram, minimum tamen
voluptatis attulerat, quam modo cum ipsius illam lingua legi. Quamvis
enim in plerisque locis notetur auctor arriane hereseos fuisse,
delectatus sum maxime cum maiestate verborum et eloqui maxima
suavitate. Est preter ceteros ecclesiasticos quos quidem legerim maxime
innovandorum verborum artifex: magnamque prese liberalium omnium
disciplinarum eruditionem ferens. Rapuerunt me plurimi immo fere
omnes viri illi quos hystoria dignos iudicavit. Sed isti inprimis Iu
ac stinus phylosophus martir, Malchion, Clemens Alexandrinus, Pie
rius, Origenes suus: Dyonisius Alexandrinus et Pamphilus cuius
ut ipse testatur amantissimus. Converti me inde ad Athanasium legendum.
Tantaque summi et eximii viri admiratio tenuit, ut ab eo divelli non
possim. Legi duos eius libros adversus gentiles. Hancque in primo gentile

supstitione arguit. Insectando crucis ac divine incarnationis sue ignominiam, tanta argumentorum vi, sententiarumque gravitate, ut agi quidem uberius ea causa ut est a plerisque acta, et inprimis a Lactantio digni tamen atque divinius non posse videatur. Legi ex ordine tris iam libros adversus Arrium. nam quinque sunt et magni quidem tantaque flagrantia pietatis refectus sum ut nihil me legisse meminerim quod huic operi conferri possit. Eminet in eis litteris ingenii palam uiri maiestas quedam tum sententiarum tum verborum digna profecto quam omnes admirentur, venerentur, ament. Granditer enim eam causam ut dignum fuerat agit, arguit, refellit, tanta que scripturarum sacramenta enodat ut exsatiari eius lectione non possim. Quid plura? Statui apud me quantum ardendo igneo ac celesti homini delitiis meis me totum dedere. Siquid ocii suppeditare potuero. Nihil enim illius doctrina salubrius. nihil ignitius reperiri posse constanter asseveraverim. Eum ut dixi ita lego ut avelli non possim fitque ut in re scribendo amicorum litteris tardior atque negligentior sim. Totus enim isthic sum. Legam totum, atque postea quicquid faciundum prescripseris faciam. Essem in hac re prolixior: sed tanta se ultro scribenda ingerunt ut modus epistole necessario excedendus videatur. Hac enim ipsa hora accepi litteras Aurispe nostri ad nos, ut ab extremis ordiar quibus significat se polydeucem ad me misisse. eusebii chronicon tu non misit. Redditum in eis tuis aperit quas prius quam mitterem ad te ut legere admonuit. ipsas enim communes esse ait. quod et feci. Causam ipse videbis. habet enim ipsam in his omittere. Magna fateor despe cecidi. tuum enim librum sperabam quotidie recipere ut quod deest in meis exemplaribus suppleri possit. Nihil tamen illi succenseo quem et studiosissimum nostri et amantissimum scio. Mallem platonem interim missum fecisset. Sed actum est. Orat me ut ad se rescribam mediolanum litteras que commendaticias ad iohannem arretinum dem. Id in mature video esse faciendum, atque hoc ipso die. Litteras tollerabis equanimiter si preterquam instituerant brevior fuero ad te. Litteras ab eruditis meis fratre andrea ariminense et thoma sarazanense ex bononia accepi. Utrique mandaram ut archimedem illum arimino extorquerent contendentique vide egerint quid ne sperandum sit ex illorum litteris

quas mitto ad te, melius atque aptius scies. Andreas ipse mutuo petijt
a me aliquid graecarum litterarum. Et dyonisium unum ex tuis chartaceum
misi: non illum cultiorem sed quem a te habebo ni fallor accepisti. Ex
meis autem tres postremos libros physicos. Antonius corbinellus amicus
magnatum suum invicem oravit me ut quaedam ex tuis voluminibus illi
mutuo darem. Constanter atque libenter dedi quae voluit. Augustini
tria volumina de trinitate credendi accepit et opuscula cypriani
a me. Iacobus item corbizus qui cum illo profectus est assensor futurus
duo volumina accepit a me chrysostomi super epistolas pauli. Ista ideo
liberaliter dedi quia sic te velle existimavi, alioquin fuissem parcior. Frater
albertus noster applicuit ad nos una cum bernardo illo famosissimo predica
tore. Is cum me visitasset vix poterat avelli ab amplexibus meis. Mul
ta mecum de clarissimis illis viris venetis et de Ghuarrino meo iocun
de locutus est. Animadverti illum non quidem eruditum graecae linguae
verum ad id evasisse ut possit ipse multum proficere. Is a me Augu
stinum de doctrina christiana petijt et accepit gratissime. Litteras a Laure
tio meo clarissimo viro accepi: et a Carolo meo item quibus factus sum
certior laurentium ipsum proficere in studijs humanitatis egregie. Tan
ta enim alter alteri attestatur ut magna mihi sit spes honestissimum virum
brevi ornatiorem evasurum. Dedi ad utrumque litteras ac sicubi liceat cur
rentibus calcar adieci. Dici non potest quam cupiam viro illi de me semper opti
me merito adiumenta doctrinae atque ornamenta humanitatis accedere.
Litteras ab archiepiscopo ianuensi accepi quibus inter cetera orat ut transla
tiones meas sibi transcribi curem pecunias que necessarias ad eam rem
habunde suppeditat. Sex illos chrysostomi libellos librarius absolvit.
sermones quod deus sit incomprehensibilis. Contra iudeos sermones illi scri
bendi restant qui sunt apud te. Quaeso viro illi morem geras, eosque quam
primum licet ad me remittas. Vitas etiam priorum ut absolvam instat
mihi non segniter eas item quaeso ut mittas. Vale et immodice festinationi
acceptum refer si brevior fui quam institueram. Carta tibi explorata est. hie
ronymus frater et demetrius senex tibi salutem dicunt. Florentie. ex nostro
monasterio iiij kl. Martij.
11 mantissimo fratri Nicholao Ambrosius. Legi libens litteras tuas atque eo mag

quo amica obiurgatione et ea quidem acri castigas meam negligentiam.
Doles autem omnia quod tam diu tacuerim apud te, nullasque litteras dederim
Ad quod ego nec causam meam omnino indefensam derelinquam, nec quod
ipsi defuisse videar: inique te succensere mihi constanter asseveraverim
quod nullas fere aut certe raras admodum ex quo profectus a nobis es
ad me litteras dederis: et quidem cum omnia tua non modo facta sed cogita
ta quoque ad me scripturum pollicitus sis. Nihil igitur inique fecisse
videor si par pari referre instituerim, silentioque silentium vicisti.
Sed tamen non ea causa est, ne tu me subinsimules immo apta voce denun
ties benivole accipe fidam admonitionem tuam. Nolo quicquam subfra
getur silentio meo taciturnitas tua. Sit totum negligentie culpa
cui. Emendabo preteritum errorem, scribamque posthac crebrius. Quod
tam graviter quereris Theophrastum a me negligi, cui transcribendo
operam meam pollicitus fueram: inique non fero. immo et grate am
plector studium tuum. Sed id quidem fateor me invitissimo contigit
Scio quam libere quam libenter id tibi pollicitus sim, sed peto pro amicitia nostra
ne irascaris: admittasque magis excusationem meam. ita me oppressit
et opprimit indies occupationum sarcina: ex adiecto mihi tectis Ianua
rij onere, ut non modo scribere id opus, sed ne legere quidem vel parum
quiete possim. Volumen quoque illud mihi postea redditum est quam inve
ra magratum novi. Sed enim quod ipse nequibam curavi ut Pau
lus noster optimus ac dulcissimus pro reliqua sua diligentia expediret.
Cepit iam opus suum in membranis tuis prosequiturque egregie
ego id pro me emendabo quod transcribere ipse non potui, faciamque
pro viribus ut codicem habeas emendatum. Quod tuleris graviter me
tommis nostro duo illa volumina reddidisse et praesertim Hylarium sup
psalmos displicet admodum quod contra ac ipse volueris egisse. Mi pa
ri potius errorem debes quam irasci. Rogavit me an illa volumi
na essent penes me. confessus sum. Respondit ea secum ferre velle
Pomposiano monasterio restituenda. Quid ad hec respondere debui. Si
dicerem velle operi consensum tuum, iusta daretur illi indignandi causa.
Malui itaque in hanc officii partem esse proclivior quam ullo pacto exasperare
amicum fidelem. per cuius operam et hec et alia suppeditare poterimus. De hyo

nisio quid sentias video. Ego hic. car^me dyonisium ut traducere instituerem plurimorum exteriore sunt partes. Facit enim difficultas summa operis ipsius ut cunctabundus admodum aggressus id sim. Neque eam traductionem meam iudicio tuo subducere umquam animus fuit. Sed ideo illam nequaquam tibi obtuli quia lectione tua indignam existimavi. totumque quod coeperam omittens. Post profectionem tuam denovo dyonisium ipsum latinum facere incepi iamque fortasse totum exegissem, nisi abeo opere avocasset curarum moles imposita. De celesti ierarchia absolvi, magnamque partem ecclesiastice traduxeram quam mihi hoc onus iniunctum est. Ostendi illum thomme ipsi non ut blanditiis deliniret caput meum et si tu secus sentire videaris: quod quam tu recte de monacho et amico facias qui trigesimum iam annum in dei opere exegerit tu videris. Sed ut libere de eo iudicaret. Gregorii nazanzeni vitam et grecam Hieronymi cardinalis sancti angeli fecit diligentia. Erat enim in illo antiquo volumine quod ex grotta ferrata decepat, post opera ipsius gregorii inserta: duosque quaterniones ad me misit solutos ex volumine in quibus ipsa vita habebatur, quam latinam facere ipsa novitas persuasit: ipsique cardinali dedicare idcirco visum est: quia et amicissimus erat et suo studio potissimum ad nos venerat.
Volumina fantino dudum ut scripseram misi eaque illum accepisse ex tuis litteris sum factus certior. Volebat impensam ex me scire: admonui abs te perquireret. qui illi esses memor. quia eam ipse nescirem. scribas illi statim quod iusseris solvet. Ceterum nescio quo pacto pretium quod ille dudum mensariis cosmi sociis dederat ad me deferendum pro traductionibus meis, nec dum habere potui cum tamen certo didicerim ex michaele benino qui tunc aderat pecunias illum ad eam mensam deposuisse. Iamque plures menses elapsi sunt nec ea pecunia restituitur mihi quam illam alteri debeo. Libellus hieronymi contarceni ut scripsi dudum absolutus est: ac venustissime ornatus. Intercessit Michaelis nostri bibliopole negligentia ne citius ad te mitteretur. De plauti comediis, et tertulliani opusculis illis mox ut a thoma meo sum factus certior scripsi cardinali ursino, sed profeci nihil. Video quantum momenti in huiusmodi hominibus sit constituendum. Ad istam vel sero spare

minus. Ex indices prolixos illis cardinalibus dederis fecisti pro reliqua tua diligentia que ut reor esse sine aliquo effectu non potest. Sunt enim in iste plures que hieronymi non sunt. Arbitror immo certo presumo te et pontificis mortem et novi creationem audivisse magno certe consensu omnium, magnoque cum gaudio, mirabili celeritate contra omnium spem: Cardinalis senensis electus est. atque eugenii quartus appellatus. Maximam civitas nostra letitiam ostendit. novaque sibi lux oriri visa est. Sperat enim fore ut a strepitu bellorum quibus diutissime vexata est per huius providentiam et benivolentiam quam eximiam in se experta est conquiescat. Quid plura boni omnes mirifice gratulantur huic potissimum ecclesie permissa esse gubernacula: qui unus omnium iustissimus et castissimus sit. Electa est honorifica legatio. Sex enim cives prestantissimi et ornatissimi gratulatura pergunt. Equites duo Laurentius rodulfus, et pallas strozius. Iuris consulti duo. Iulianus davanzatus et zenobius ghuastoni. Cives alii duo Rodulfus peruccius et Laurentius ... qui omnes prope diem profectura sunt. Vestes tuas diligenter excuti facimus. Nihil preterea occurrebat quod scriberem aliud occurrebat. Nos omnes bene valemus. Fratres te omnes officiosissime salutant. Carolo nostro interdum fenor suavissime. Nescio an romam proficisci consentiet laurentii comes. Unum omiseram quod significandum tibi fuit. phylonis illud volumen quod philelphi erat in meum ius concessisse. Nam cum ille me sepissime obtunderet quo morem meum volui impudens esse petii ut dono illud mihi daret. nec negare id potuit, satis ut liberaliter largitus est. Saluta benvenutam fidelissimam famulam tuam, omnesque de Cosmi nostri familia.

.N. eugenii creatione

Ambrosius monachus Nicholao suo plurimam sal. Noli expectare dum tibi gratias referam pro uberrimis suavissimis flagrantissimis litteris tuis. Id quippe sentio excedere virium mearum modum. Ne nunc quidem respondere ad omnia sufficio, caritate temporis impediente, ac preterea legeram accepit a me que petisti capucium, et strictam breveque tunicam monuit ut uti siquid velles scriberes sive rescriberes ad te. Minimum

ſane erat otij: nihilo tamen ſegnius ſcribendi offitium mihi arripiendum
cenſui, ut tibi uoluptatis cuiuſpiam auctor fierem, quam tu illam ex meis
litteris tantum tibi peruenire teſtaris. Itaque an omnia ex eis ipſis rebus
que te afficiunt magis eam tibi ſuppeditare inſtituo. Omiſeram ſuperio-
ribus illis litteris nonnulla que properanti immodice exciderant. Antonius
ille noster cum ad id famoſiſſimum principaleque monaſterium ſe contuliſſet, ubi
uix diei dimidium exegit, quadraginta et nouem Auguſtini uolu-
mina: Hieronymi XVII. Gregorij XVI. Ambroſij nouem numerauit.
Defuit illi uiro commoditas quid quodque uolumen contineret notandi. Offen-
dit Hylarij uolumen in quo continebantur iſta notiſſima. De trinitate
libri XII. Contra Conſtantium liber I. Miſſus ad Conſtantium, ad eun-
dem libri duo. Epiſtola contra Arrianos uel contra Auxentium Mediolanenſem.
Epiſtola eiuſdem contra Arrianos et prevaricatores Arrianis acquieſcentes.
Blaſfemia Auxentij. Verſus de Hylario. Epiſtola eiuſdem ad filiam ſuam.
Hymnus eiuſdem de ſpiritali prato. Item de baltheo caſtitatis et alia.
Volumen aliud eiuſdem ſuper Matheum. Item ſuper pſalmos Dauid. Cipria-
ni opuſcula et epiſtole de duobus montibus. De ſudicata incredulitate. Iſta
ut dixi que omiſſa erant, digna uiſa ſunt ut ſcriberem ad te. Datur
opera diligens et ſolers ut uolumen illud deferatur ad nos. Cetera que
peregrina ſunt fore non deſperamus quin ipſa quoque ſuo tempore ad nos migrent.
Quantopere gratularis ſtudijs meis nihil tu quidem nouum aut a tua
natura atque inſtituto alienum facis. Mihi uero perſuaſum eſt tam pariter te
non ſecus prouectibus meis quam tuis commodis et lucris gratulari. Ceterum
id moleſtiſſime tuli quod tu preter dignitatis atque conſuetudinis oblitus
ita te deicis ut aſſeras te perbeatum putare quod mecum eris in noſtram
familiaritatem uenire. Iſtane queſo Nicholai mei uerba eſſe debuerunt?
Itane me ſuffundendum cenſuiſti? Ita de te merui? An putas me
moleſtius quicquam audire potuiſſe? Ego uero qui penitus ſtatuo neque te conſue-
tudine mea feliciorem quam me tua illuſtriorem eruditiorem beatioremque et
ſentio et palam fero. An uero ego ullum poſt memorabilis ſuauitatis
ſermonem patrem meum expertus ſum amantiorem mei quam te? Tu ſtudiorum

meorum ab ipsis fere incunabulis fauctor incentor adiutorque fuisti.
Siquid uerba. siquid in peregrina lingua profeci. tibi inprimis debeo ut non
uelim esse quod auertat deus ingratissimus. tue beniuolentie eximieque
sime pietati. siquid profectibus meis accessit acceptum referre debeam.
Noli queso sime fratrum profecto facis amas ita post hac uel sentire uel
loqui. Sed hec hactenus. Albertus uir tui amantissimus attulit ad me
scriptam orationem quandam a se habitam uerone anno preterito de sacra-
mento corporis christi. quam nisi fallor Guarrinus noster suis ad te litteris in
celum extulit. admiratusque est maxime. Legi illam sed non maxima ex
parte, nam prolixa est, uisaque est desiderare grauitatem. Sane uere
cundus adulescens hactenus a me quid de illa sentiam audire auet.
pendetque ex sententia mea, nihil magis uerens quam ne minus libere sed
agam. Elucet in ea magni animi conatus, orationi sonus non deside
ratur. Ceterum dicendi facilitas uerborumque ac sensuum grauitas pro
maiestate rei et materie dignitate requiritur. Agam cum illo mo
deste et leniter. ut nec fidem amicitie nec modestiam uerecundiamque
meam neglexisse uidear. Notaui que de Laertio traducendo atque
phylostrato admonuisti. Accepi nuper ab archiepiscopo Mediolanensi litteras quibus post
incredibilia indicia amoris ac beniuolentie me adhortatur ut ei opere
ac plutarcho transferendis incumbam. Respondebo illi. sequarque con
silium tuum: quoniam id opus ut ne modo aggrediar complura sunt im
pedimenta, sed inprimis horarum penuria, otiique desiderio. Differ-
re illud statui ad reditum tuum, interim familiaribus studiis me de
dam et que incohata sunt perficere contendam. Quod sanctorum patrum uitam
sermonesque contra iudeos et quod deus incomprehensibilis sit placuisse tibi asseris ma
ximum in modum gaudeo. eroque hoc iudicio tuo quod plurimum facio
confirmatior audaciorque ad reliqua. Quod illud nunc mandari cupiebas tra
ducendum celeriter ea tantum ratione faciebam ut ex huiusce precepti occasio
ne plus otii nunc amicis familiaribus daretur. Nihil tamen urgeo. Cum
Rome fueris: consilium inde cum Cosmo ac poggio meis capies: ma
gnam nunc fore uoluptatem ex ea profectione tua id pridem nunc mihi persuasi:

atque adeo maximum in modum te mature proficisci cupio. Quid
de iacobi mei litteris sentias: quid ex eis elicias video: sed vellem credas
ingratissimum esse de fratre meo tam caro adeo dilecto quicquam sinistrum
cogitare. Amo illum deus testis est non secus ac me ipsum. Certe nullum
illi amor unquam defuit aut deerit summe dilectionis inditium. Litteras
illius teneas apud te. Nulla enim ratione vellem hec postmodum
ad illius pervenire notitiam. Conabor illum beneficiis vincere et omnem
si qua illi inhesit livoris eruginem summa caritate indiciis amoris
quibus ille maxime delectatur abstergere. Te oro illi benigne respon-
deas. Admonui. aderit deus votis meis que sepe pro illo fundimus:
eumque qualem cupimus restituet nobis. Quod litteras tuas ut in primum
reddendas curares, non sine certa ratione. His enim iam terque illas apertas
accepi, cum nihil in se contineant quod suspitioni illi locum dare possit.
Cura ut paulo nostro reddantur. is enim eas ad me quam primum fidelissi-
me referet. Que de fulciendis vestibus tuis admonuisti fient
diligenter omnia. Demetrius senex. hieronymusque ac Iacobus
fratres te plurimum salutant. Aurispe nostro bis iam rescripsi, admo-
nui, itaque uti mecum prolixius per litteras ageret, aperiretque thesauros
suos omnes. Facturum bono animo sum. Brevem putabam futuram
epistolam sed opinione longius evagata est. Vale mi frater optime atque sua-
vissime. Florentie XVI. Martii.

A mbrosius monachus Nicholao suo humanissimo plurimam salutem. Vix possem
non succensere tibi quod tam sero scripsisses ad me nisi causam tuam excus-
13. ses egregie rationemque plane legiptimam atque iustissimam tue
tarditatis attulisses. Displicet mirifice te in meum pistrinum de-
venisse ubi molestiarum plurimum ac minimum voluptatis offenderis
quamquam Cosmi & Laurentii humanissimorum hominum, Caroli que et Fran-
cisci societas perpetuusque convictus: tantum habebat iocunditatis
ut omnem angorem animi possit abstergere. De tua tam bona valetudine
gratulatus plurimum sum que mihi ut debet semper gratissima est.
Nos omnes bene valemus idque tibi prosummo munus amore tuo ac

ſtudio ſingulari fore gratiſſimum ſcio et ſi me tantiſper vexavit ca-
pitis morbus fere vertigini proximus ut neceſſe fuerit conſueta in-
termittere ſtudia lectioneque temperare. Siquidem animadverti eam
aſſiduitatem in imprimis morbi ipſius cauſam extitiſſe: ſpero tamen brevi me
prorſus ea paſſione liberum fore, ita ut abſque periculo repetere liceat
quod parumper intermiſſum est. Ceperat is morbus antequam proficiſcereris
temptare caput meum ſed cum eo me liberum exiſtimare cepiſſem, quia
conſueto legere cecidi in morbum conſultiuſque putavi pluſculum morarum
interponere, ac fovere caput neceſſaria quiete. quod hactenus facio
quoad integerrime firmetur ſanitas. omnis tamen huius peſtis contagio
divina miſeratio nos intemptatos ad hanc diem ſervat. Germani tui
obitum et nuntiis et litteris tibi ſignificatum fuiſſe non ambigo qui
ſe dum in proximos colles receperiſſet una cum uxore ac liberis tem-
ptatus morbo biduo periit, ut audio. Eius uxor protinus rediit, atque cum
filiis ubi conſuevit remoratur. Orandus est deus ut illius anime mi-
ſereatur. Penarum enim iudicio meo ſatis exſolvit, ſi quid in deum vi-
vens ante peccavit. Antonio illi amico meo ut ſcripſiſti, et pictam
heremum et excolutoriis voluminibus quinque tradidi eaque ut ſcripſiſti
ſignavi diligenter. Veſtes tuas ut iubes diligenter excutimus, nec
est quod verearis rem tuam poſſe negligi a nobis. Magna enim ſpes est
nos brevi redituros. Namque peſtis hec prope diem ſedanda videtur.
et eſ expectatur deſideratiorca. Negotia civitatis nihil ad me attinet
ſcribere quia et plena tedii ſunt et ab aliis vobis ſcribi non ambigo. Heri
tamen nuntius allatus eſt lucenſem tyrannum a populo fuiſſe compren-
ſum cum liberis, tenerique captivum. Quid plebs illa factura ſit
multorum heret opinio. Verum id ſit necne deus novit. Nos iſta
omittimus. Nihil ferme voluptatis capio quod bibliothecam illorum amorte
te viſurum ſcribis. Ut enim et ab his qui viderunt ſum factus
certior et ex ingenio illorum coniicio tuoque optime ſentis nihil ibi
memoria dignum offendes, omnia tamen ſignificabis mihi diligenter
Iacobi nostri germanus tuas fuerunt litteras. Abeo dum multa querere

de libris illis grecis parum spei retuli, vereorque ne sit nihil. Angelum
tamen ipsum Arzaiolum propediem affuturum, et ex ipso et ex alio
ipsius famulo sum factus certior. Ex eo scies plenius omnia. Nihil habeo
ulla ex parte litterarum quod tibi solatium aliquod afferre possit. Gra
tulor franciscum nostrum optimum atque studiosissimum virum theophra
stum cepisse transcribere. Caroli nostri negligentiam nisi preveniat ca
stigare institui litteris, ut vel offitii admonitus et lacessitus incipiat
scribere. Benvenutam nostram fidelissimam feminam una et corneli
um ex me salvere iube. Carolum delitias meas et franciscum aman
tissimum nostrum saluto officiosissime. Cosmo et laurentio singulari amicissimis
fratribus salutem dices ex me. Te fratres nostri omni offitio salutant et hi maxime
quos ipse salutasti. Vale mi charissime et nos ut facis constantissime
dilige.

Ambrosius Nicholao suo plurimam salutem. Legi libentissime litteras tuas quibus tu
mira benivolentie bonitate torpentem animum et curis variis marcidum
14. ad scribendi studia transferre instituis, dum laudas propositum quo iam
ad eam rem intenderam mentem et eos occupationes reliquas neces
sarias licet plenas tamen molestiarum, ut huic postponam magna certe vi
exhortationis inducis. Is animus tuus mi frater humanissime ea voluntas
ea de me cura tanta pietate suscepta et gratissima fuit et perpetuo
tibi obnoxium fecit. Et cum ad agendas digne gratias minus sufficiam
id solum faciam ut intelligas monita tue dilectionis in corde esse
et nitar quantum iuverit deus id exequi quod hortaris et me quanta po
tero diligentia necessarias et graviores curas non intermittendo
huic uno laudatissimo studio dedere. Atque hoc ipsum excitationis genus
iam fueram aggressus quom primum tuas legi litteras, tresque omelias
in epistolam ad thimotheum chrysostomi nostri, nam quinque superarat paucis
diebus absolui: duas reliquas fortassis antequam istas accipias exigam
ac tum demum super utramque ad thesalonicenses aggrediar. Exsa
tiari non possum tanti viri mirabili suavissimaque doctrina. Et
profecto iudicio meo nullum umquam utilius docendi genus, neque apud

gtos nz apud nr̄os accipuit. Adhortationes ille ad mores optimos
et studia pietatis ac religionis ignite digne laudari pro merito ne-
queunt. Quanta illi cura ē, q̄ ingens studiū, amorem uirtutis, af-
fectum in deum odium uitiorum, contemptum seculi auditorum pecto-
ribus prorsus inserere. Sz nō ero prolixior in re apta. Que de thō-
ma nr̄o sarazanense scribis grata fuere. ac iusta institutū moreq̄
tuuz illi stimulos adhortationis admoneas p̄cor. Promouebis fore
non nihil, imo nō ambigo uirum modestissimum, atq; alias studio
sum uotis nr̄is tuisq; monitis obsequuturum. Displicet nimiū tm̄
inuidie aduersus Cosmū nr̄um ab ingrata ciuitate nulla iusta p̄ceden-
te occasione conflari. Res profecto indignissima ē, et que plus q̄
cetera minari uideatur excidium, quod optime de patria meritis adeo
aperte detrahitur in re p̄sertim honesta et iustissima. Deus illorū cogi-
tatus faciat irritos, & uirū optimū protegat. et q̄ improborū tue-
atur inuidiam. nz plura his que scribere occurrebant aūo. Cosmū
et laurentium fr̄es ut meo nomine salutes oro. Carolū itidē nr̄uz.
Grecus ille monachus suis ad me lr̄is Aristotelicū uolumē suū req-
sivit. Cupio illud sibi restitui uti ne queri iuste possit. Vale fr̄ carme.
Cardinalis ursinus plautū suū et tertullianū recipe cupit. nō
uideo q̄d ob causam uel plautum illi restituere nō debeatis. quem
olim transcripsisti. Oro ut amicissimo hōi geratur mos. ⁊ eidem.
G epe meum consiliū exquo legi lr̄as tuas rescribē aliquid. Verū
se undiq; tanta rerum moles ingerebat. ut uix libro satis putarē
S satisfacere posse officio meo si p singula respondē temptassem. Atq;
ea res imp̄mis obtudit animū meum, nz promptum lz atq; uolentem
id aggredi p̄misit. Eo factum ē ut heri cornelio iniungerē hodie
ut ad me proficisceretur. Parabam enim rescribē si licuisset longius
Verum et magnitudine rerum obrutus et occupationibz p̄uatis
impeditus. hactenus id frustra temptaui. Nā cum puer ipē ad me
profectus eēt piguit quod prolixius nō dabatur saltem uel breuibz
nō rescribere ad te. Id primuz ē mi fr̄ optime et optatissime psuasū

uolo me summum dolorem maximumque merorem percepisse ex tuis litteris
Animaduertebam enim etsi aliquantulum commoto animo ac perturbatione que uel-
let te plurima tamen haud iniuria prosequi. Sed ea ipsa huiusmodi sunt
ut coram agi posse rectius existimarem. Omissis itaque plurimis que nec
tempus patitur nec te litteris inseri, te oro atque obtestor mi frater unice
ne tu concepte indignationis aculeos teneas, neu putes amoris mei
aliquid erga te esse imminutum. Prudentiam ubi maxime regnare
deberet sepe ne dicam semper plerisque in rebus grauissimis abfuisse usque
gentium ignarus non es, atque adeo minus admonendus. Erit satis ingens
alloquendum tempus. Sed puer ipse qui adest scribenti testis est me in
aliud aduocari. Peto interim toleres breuitatem meam, ipsum tamen institu-
tum tuum non cito desperas quoad a te me uelle ex litteris meis intellexis
Namque conuenimus cordi est res nostras eisque quantum erroris admissum sit
A exponere. Vale frater unice. Eidem Nichol.
Accepi hodie diu expectatum indicem epistolarum sancti hieronymi, nec
falso opinati sumus. habuimusque suspectam huiusmodi dilationem: nihil
16. ibi ferme reperies nouum, nihil quod sit hactenus nobis ignoratum
Ipsum ad te mitto ut animaduertas uiri leuitatem qui cum fateatur esse apud
se grandem numerum epistolarum eius uiri nobis ignotarum scripsisse ua-
rijs exploris easdem emendauit. lege illum si uidetur et quid spera-
dum sit nobis de reliquo cogita. Vale et mecum sperare minus uel
fero disce. Eidem Nichol.
N ullam immutationem uoluntatis, nulla prorsus diminutione in
tegerrimi inte affectus mei siluisse tam diu apud te mi carissime. Idque ut
tibi persuadeam minime in laborandum censeo. Nouit deus cui ego
sincere desidero sinceritatem illam amicitie a me susceptam semel
et cordis mei finibus penitus conditam durare inuiolabilem. atque adeo
ut nulla ratione conuelli iam possit. hisce igitur omissis que tibi sunt notiora
quam mihi ratio silentij mei breuibus afferenda est. Quippe ne sim in scri-
bendo prolixior, eadem fere ratio obsistit que sepe scribere uolentem
continuit angor scilicet animi et meror immoditus ex altiori consideratione
nimie ut ita dixerim teneritudinis tue profectus. Quia perfecto

factum e: ut dum tu suspitionibus obscuris ad querimonias pronius
aurem pandis: ego patria tua mihi semper carissima et optatissima ca-
ream. Quo nihil abs te in me gravius nihil amicitia nostra indignius
admitti potuisset. hectine e oro te constantia illa voluntatis in me
tue. hic mutuus caritatis ardor? Quis sane is tepuit: quis refrixit.
Siquidem tu mihi quod impatientie quod inconstantie ac perturbationis relegas
manus dare deo inspirante noluerim, nec te irascentem ac frustra
indignantem sequi: succenseas et indigne et graviter feras. hac una
fateor in re et sola me abs te lesum sentio quod indigna de Ambrosio
tuo sensisse quiveris. quem quibuslibet iniuriis lacessitum: siqua tamen
ille sint. nam teste deo neminem habeo preter me cui merito irasci de-
beam facile cessurum arbitratus sis. Equidem nec carissime patientiam
et humilitatem quam me sacramenta docuerunt. cuique a puero per
gratiam xpi me ipsum devovi ad finem usque tenere paratus sum: ac de me
ipso humilia sentire. siquidem fortasse merear et ipse inter filios dei numera-
ri. ad quam profecto emerendam excellentiam: nullum nobis ali-
ud patere iter. ipse metum recognosces si ex relligionis sacramento
dei filium ex alto potissimum descendisse ad terras. ut salubriter nobis
dictis suis exemplisque pararet ascensum: humilitatemque cordis sectan-
dam imperaret memineris. Noli itaque frater carissime si mihi pristinum dile-
ctionis affectum integrum inviolatumque restituis. si conspicis quo
ista cum dolore dictavi si opinioni. si saluti tue consulis. si mea
que est tibi cara e. tam pusillo esse animo tam abiecto. ut ire ac pertur-
bationibus aliis quarum illa mater est veluti infantem cedendum
te ac mittendum sub iugum exponas. Hec enim profecto humi-
litas et noxia pariter et vituperanda e per tumorem animi in passionum
ima deiici ac destitutum animi viribus irae prosternari. Decet pruden-
tiam tuam. decet graviores annos. decet legendi studium quo te
contrivisti tam diu aliquid ultra communem vulgaremque usum illustre clarumque
concepisse. Redeas igitur ad nos tandem paratiore tranquilloque animo nec

ultra opinioni nre bellum inexorabile indicas. At si que fortassis in te iniurie manarunt placide leniterque remitte. Pudet enim fateor te in sententia perstitisse tam diu, ut hactenus cuique auctoritati concessisse. Ego si abs te negligar atque in huiusmodi adeo honesta postulatione non audiar, remittam quidem animo quieto noxam tuam, atque pro stimo semper ad usum te caritatem suabo. Ceterum id quippe denuo repetendum est, nunquam probabo consilium tuum ut in perniciem propriam irascentem sequar. Tu ista sine diligis bonam in partem accipies scio, amicusque virtuti operam dare cupientem vel sero probabis. Verum ista tristiore facie et animo. Neque enim ambigo quin continuo revolues in amplexus meos. Vale mi nic. carissime et humanissime, et me ferventem ne queso neglige.

Eidem Nicholao.

Queso Nicholae carissime ut epistolas illas ambrosii mittas ad me quas thommas noster vir optimus et amicissimus attulit secum. Volumen preterea illud collationum ubi habentur instituta et xiiii. extreme collationes Iohannis cassiani. Libentissime accipiam si quomodo mittere id posses.

18 Volumen item illud grecum unde vitam sanctorum patrum transtuli, gratissimum feceris si mittes. Carolus noster mihi nudius tertius nuntium attulit plenum gratie et voluptatis. Redisse enim in gratiam te ac leonardum nostrum cum maxima cunctorum exultatione. Id certe dici non potest quam grate acceperim, sententiamque tuam quam libenter amplexus sim. Adiuvet deus et adsit cordibus vestris ut ea denuo inter nos iuncta consuetudo perpetua stabilisque perducet atque augeatur in dies. hoc tibi persuadeas velim neminem fore qui maximam hinc letitiam capiat ac mirifice probet consilium tuum. Vale.

Eidem Nicholao.

19 Displicet maximum in modum negligentia illius fratris per quam factum est ut annus accesserit desiderio nostro. Deus illi parcat. libros quos petis mitto et preterea volumen aliud tragediarum. Nam minimo usui in modo sunt aut esse possunt. Incidi in scopulos. Epicurus iste ita me obtundit ut desperatione fere desiterim. Fac oro pergat ad me Carolus noster. Eius enim ope spes est utcumque emergendi. Plinius

Cosmi nri huic famulo nro tradito adme pferendum. Eidem.

Duo Chrysostomi uolumina minus modo mihi necessaria remitto. Opuscula item prisciani demensuris et ponderibus. Peto aut ut uolumen unum Chrysostomi exhis que sunt conuentus sancte +. inquo ni

20. fallor quedam opuscula essent siui hntur delaudibus ioseph adme mittas. Transtuli enim plerosque illius uiri sermones. Cosmoque nro dedicaui: uellemque addere siquos reperirem. Mirifice enim afficior doctrina et pietate uiri statimque apud me quodcumque eius reperio: latinum facere. Abbas enim nr podibonicensis petijt ame instanter lactantij libros. Cosmus enim suum quem accomodauerat recepit. Si tunc uacat apud te et illi morem gerere institutis potes illum modo mitte habeo enim paratum qui ferat et meum te esse ppetuo memento.

Ambrosius nicholao suo. Legi tristis litteras tuas plenas querimonie quibus repulsam illam dni tu ita meis que immerito immo optime denobis merito contigit satis deplorare non potes. Equidem me. car. ceteris

21. quidem in rebus que mihi minus erant quam tibi explorata facile ac nullo negotio accederem atque eo magis quo iudicio tuo atque auctoritati semper prompte ac libenter acquiesco. Quidni enim. Cui prudentie tm tribuo quantum debeo, ei maxime sententiam pomnia sequar. nullaque re me. abea prorsus dissentire uelim. Sed hac in re dumtaxat mi nic. car. abste dissentio, uixque adduci possum ut putem tm erroris concipi abs te potuisse. ut putaris cuiusque inuidia siue maliuolentia id contigisse. Uerum ista litteris non sunt credenda. Uides querelis grauidas litteras satis explicare non potuisse conceptus tuos. Sed queso mi fr optime paulisper ponas animos ita inflatos innos, nolisque eam rem deum testor nullam apud nos mentionem fieri coram, tanti facere adeo ut credere opinioni tue ut nihil mi putes credendum. Quid ipse sentiam, quidque seueritas hec discas exme cum profectus fueris adnos. Id aut ut facias quam primum antiquissimi amoris nri iure abste etiam atque etiam posco. Cetera illi tpori seruentur. Uale mi fr optime et amatissime.

Nicholao Ambrosius. Demetrius senex nr optimus senio morbo et inedia consumptus hac nocte octaua hora deo spiritum reddidit. Et post duas horas exequias acturi sumus. Significandum id tibi necessario visum est ut si forte aliud sit amici antiqui funeri addendum eiusque nobiscum iusta persoluere liceat. Id tu Aurispe si videbitur significabis. Vale.

Ambrosius Nicolao. Rinuccius noster Aristotelis ethica de me instanter efflagitat. heri denique profectus ad nos minister iste summi pontificis qui negotia cleri componenda suscepit orauit me est enim illi familiarissimus, uti obsequerer uoluntati eius morem gerere. hic se paratum fidelissimum qui illa perficiat uirum. Pollicitus sum facturum pro uiribus. Accessit item Leonardus ille Rinuccii familiaris georgii filius nostri hominem & me itidem ex ipso rogauit ardenter. Duobus id opus

22. aut tribus mensibus accommodari sibi postulat. Peto me. car.me supplex si id pateris obsecro ut eius uiri desiderio obsequi possis. neque id obiicias quod solitus es. illum ex gratia nihil secum aduexisse. Nam ut sum certior factus complura secum uolumina uenetias detulit. que maturato forte peruehenda curabit. Erit tamen facultas omnis illa pro uoluntate tua. Mouet me multum fateor huius uiri auctoritas que magna est, nollemque posse quempiam auertere. et ipsum imprimis me abs te frustra quicquam postulasse cui nihil negare solitus sis. Queso mittas ad me unum operis ipsius uolumen. Nam duo si recte memini sunt apud te chartaceum alterum, atque alterum in membranis. Quod licet erit tibi quomodius scribe. Vale.

Eidem. Nicholao.

Magni profecto criminis me reum esse cognosco quod tam diu nihil ad te scripserim, cuius aut negligentie mee tamquam diuturni ac obstinati silentii & si satis penas dedi, quippe qui nullas itidem abs te litteras

23. retuli, iustissime tamen indignationis indicium euidens non possum non molestissime ferre. Qui enim tu tacere tamdiu temporis posses apud me, nisi ego pessimam insipientiam meam antiquissime caritatis & sanctissimi amoris pro federa & iura uiolassem. Scio mi frater optime & amantissime integerrimam dilectionem in me tuam grauiter lesam: non posse nisi

iuste succensere mihi. Sed te rogo pro humanitate tua ut ignoscas impro-
bitati meę teque mihi eum exhibeas quem soles. Offendit te non ambigo
negligentia primum mea deinde insolentia. Remini enim pigetque memi-
nisse quam parum considerate rescripserim dulcissimis et sanctę caritatis
fiducia plenissimis litteris tuis. Nec ego minus arrogans sum, qui me va-
nitatis vitio cui inseparabiliter addictus sum: liberum abs te putari volue-
rim, quam te, qui non deferres mihi pro religionis habitu iniurius notaverim.
Verum hec ut dixi et meminisse piget et replicare molestum est. Fe-
ro atque obsecro mi frater optime atque amantissime remittas mihi stulti-
tie huius noxam: et si me diligis quantum facis, quantumque cupio antiqua illa
et vere ingenua libertate tua in me corripiendo utaris. Erit id mihi ve-
lim credas summe gratum. Quod facere eo studiosius debebis quo pecca-
tum meum mihi non placere animadvertis. Sum quidem quod infi-
tiari nequeo plusquam soleo monasterii negotiis et cura implicatus ac pro
consuetis studiis vel legendi vel traducendi minus operis impendere
possum. Verum hoc ipsum quod datur ocii minimum licet nescio quo pacto
negligenter elabi permitto. Ex quo factum est ut hosce sex menses nihil
omnino traduxerim legerim parum. Est tamen animus preteritę desidię
resarcire dispendia cum fuero in hac cura exercitatior. Certe non am-
bigo dabis facile veniam semper ad benivolentiam pronior: si me rei
novitas terruit, ut qui mihi ipsi tantum et paucis vacare consueveram
subito sarcinam ferre omnem monasterii curarumque molem impositam sentire
humeris meis. Evado autem in hac malitia in dies eruditior: iamque
consuetudine ferme levigatum est quod initio videbatur intollera-
bile, ut spes certa sit solita studia et si minore ocio maiore tamen
ardore repetendi. Sed ista si videtur omittamus. Ea nempe res fuit non
scribendi a te quę et ab honestissimis studiis revocandi perpetua scilicet
occupatio negligentię coniuncta. Hanc enim hanc excutere a me
quantum satis esset conatus sum. Aderit deus teque manum dante et exci-
tante tepore meum stimulis adhortationum tuarum ut votis meis satis-
facere vel ex parte possimus. De novi creatione pape Eugenii iiii. pont.

deque illius egregia fide et voluntate integerrima nihil aliud sig-
ficandum fuit. ea omnia fama ipsa et plurimorum litteris iam pridem sciebam.
Nos ut officio nostro non deessemus (fuerat enim amicissimus noster) mox
libellos bernardi ad eugenium de consideratione accuratissime scriptos
illi misimus. Quos tanto suscepit gaudio ut explicari non possit. Litteras
ad me plenas benivolentie et humanitatis dare dignatus est. quibus
agit plurimas gratias, tum ex accepto munusculo tum ex litteris quoque
mee parvitatis quas ad illum uberes satis et exhortationum plenissi-
mas dederam. Carolus noster suavissimus cum rediret roma mirifice
exultabat in laudes suas. Eius credo litteris totius profectionis sue ordi-
nem nosti. Se quippe scripsisse ad te omnia testatus est. Laurentius
noster humanissimus nuperrime roma rediens attulit secum plautinum
illud volumen vetustissimum quod ipse quidem nec dum vidi. Cuius noti-
tiam sit a carolo ipso uterque nostrum ante certior fuerat factus. Attulit
et Tertulliani volumen ingens in quo xxvii. illius libri continentur.
quorum subiciam titulos novis et barbaris litteris, parumque emendatis,
quod vitio potius librarii quam exemplaris adscribendum censeo. Dabo
operam ut quanta fieri poterit celeritate transcribatur. emendeturque di-
ligenter ad exemplar antequam restituatur. Magna arte et sollertia
utrumque ex ursino Cardinali ipse laurentius sumpsit. Sunt autem
hec opuscula de carne christi li. i. De carnis resurrectione li. i. De co-
rona militis li. i. De martirio li. i. de penitentia. li. i. De virgi-
nibus velandis li. i. de habitu muliebri. li. i. de cultu feminarum li. i.
Ad uxorem li. ii. de persecutione. i. Ad scapulam. i. de exortatione casti-
tatis. i. de monogamia. i. de pallio. i. de patientia dei. i. Adversus pra-
xeam. i. Adversus valentinianos li. v. magni. Adversus iudeos prolixus
liber et per capita plura divisus. Adversus omnes hereses. li. i. De prescrip-
tionibus hereticorum li. i. Adversus hermogenem. li. i. Quid de illius inge-
nio et doctrina sentiendum sit ipse melius nosti. Verissime enim de
illo senserunt lactantius ciprianus hieronymus qui illius ardens inge-
nium admirati loquendi genus et parum facile non probaverunt. Verum tuo

iudicio reservari satius puto. Tria q[ue] greca et sacra volumina laurentius
ipse attulit secum. In uno ex his s[er]mones plurimi et varii chrysostomi et
Basilii sunt. Duo reliqua sanctorum vitas et gesta virtutesq[ue] continet.
Alterum ex his vitam beatissimi viri iohannis chrysostomi h[abe]t a palladio
ep[iscop]o et socio communionis sue accuratissime p[er] modum dyalogi scripta[m]
prolixamq[ue] admodu[m] quam nunc lectioni habeo. Admirorq[ue] illi[us] quoq[ue] tem-
poris clades pontificumq[ue] p[er]fidiam atq[ue] insolentia[m]. Eam latinam facere
ardet animus faciamq[ue] si iusseris. Sunt in eo et alie sanctorum passiones
ac vite. In altero athanasii beatissimi viri cum aliis plurimis gesta h[ab]entur.
Dici non pot[est] q[uan]ta me voluptate affecerit laurentius n[oste]r suavissimus
q[ui] tanto studio voluntati n[ost]re gessit morem. Uxorem illius clarissima[m]
feminam ereptam e[ss]e periculo incredibile e[st] q[uan]ta cum exultatione n[ost]ra
accepimus. Exaudivit d[omi]n[u]s clementissimus preces famulorum suorum fide-
q[ue] spectatissimam mulieris. Illi laus illi gl[ori]a q[ui] nunqu[am] deest timentib[us]
illum: exauditq[ue] preces pauperum spiritu et timentium eum. Saluta
illam ex me atq[ue] hortare ut bono sit animo. Confido enim affuturam mi-
sericordiam d[omi]ni qui illam ex d[iu]turna sterili fecundam faciat. Hieremiam ad
exemplum pictam quam tuis l[itte]ris admonitus dederam Antonio pisano:
necdum recepi. Oravi Ghasparem illum amicu[m] n[ost]r[u]m q[ui] cum Antonio
ipso ad me venerat cuiq[ue] illam assignavi ut in restituendam curaret.
Facturum pollicitus e[st] et credo non deerit fidei sue. Vir quippe e[st] bonus
et fidelis. Paulus medicus theophrastum fere absolvit. Eius emendandi
curam in me suscipiam ut vel in hoc implicari officium meum. Nos omnes
singulari dei munere bene valemus. Benemeritam fidelissimam mulierem
saluta officio n[ost]ro. Petrum et iohanem cosmi dulces filios salvere iubeo
omnemq[ue] familiam. Te fratres omnes mei omni studio et affectu salutant.
Et incolumem nobis maturius reddi orant. Vestes tue excutiende di-
ligens et reponende habetur cura. Nihil impraesentiarum quod his l[itte]ris
addam occurrebat. Tertulliani volum[en]: duas fere decades T. livii
magnitudine exequatur. Vale mi Nic[olae] amantissime et ad me prolixas
l[itte]ras scribe. Florentie ex n[ost]ro mon[asteri]o xxiii. Julii. Eidem Nicholao.

Ambrosius Nicholao suo plurimam sal. Scio culpabis negligentiam meam
qui suavissimis atque uberrimis litteris tuis: hisque non unis sed trinis respon
4 dere distulerim tam diu iustissime id omnino faceres nisi humanitas
tua que omnia in bonam partem accipere solet, huiusmodi quoque tardita
tem meam bene interpretari maluerit. Sed enim fecit tabellarii poste
rioris negligentia qui litteras ad me ipse non detulit, ut differre necessario co
gerer. Adiecte sunt et occupationes ille nostre familiares atque perpetue
quibus obtundor in dies ut respondere hactenus datum non sit. Ne
modo quidem licet nisi brevissime ut animadvertas quibus angustiis
premor. Qui litteris illis tuis melle omni dulcioribus pares referre nequeam
id tantum significasse satis erit me cum eas legerem exilisse gau
dio atque immodica gestisse letitia intuentem tot venerande vetusta
tis inditia venisse in lucem brevi atque ut spero annos perferenda. Et si quid gaudii
haud eam inficias spem meam quam afferebam minuit depressit Iacobus
theologus familiaris antiquus illius amici mei qui hec nobis mira pro
scribit. Asserit enim illius ingenium id esse ut ingentia polliceatur pauciora
exhibeat. Vix tamen persuaderi mihi potest gratis illum ornare voluisse
tam speciosa mendacia, nec adduci possum ut putem fallere hunc ami
cissimos suos voluisse et spe inani pascere. Bonus enim mihi visus
est vir et de quo nobis multa polliceri posse videamur licito. Atque ut
noris hodie profectus ad me Iulianus Beninus Roma rediens aut
scripsisse a Poggio rogatum ad principem militie religionis que sub Rho
dum. ut inquiri diligenter faciat in nomen mortuus est monachus quidam
vita functus cui intra parietes domesticos mille signatum lapidea
rum marmorea antiqui operis condita sint. Ita enim sibi scriptum ab ami
co hoc nostro. Quid respondendum sit vix mecum statuere possum. Facit enim
ingens numerus ymaginum ut difficile credatur. Qui non enim unius homo solum
cura plura quam mille cubitalia signa congesserit. De libris nulla sit mentio
preconstatus sum ad nam legatione hyspano actum esset. Sit vita
functum Rhodi preterita peste perhibentum. Novi preterea nihil afferebat
Iulianus ipse. Gratissime accepi que de Iuliano nostro summo viro scribis.

Erat iam pridem mihi nota integritas illius antiquis conferenda
congratulor inuisisse sententiam meam tuo quoque immo certissimorum auctorum
iudicio et testimonio confirmatam. Magna mihi et certa spes est nic.
car. magna hunc uirum patraturum si uixerit. est enim uehementer
pius et inter paucissimos prudentia mirabilis, deoque meo ex corde sub
ditus ac supplex: a quo semita illius diriguntur. De tertulliano trans
scribendo et uotis tuis satisfecissem si affectum meum equare celerita
te permitteret. diuturna occupatio quam excutere quamuis uelim non licet.
Neque enim ut te existimas carnalium quorumque ac temporalium nego
tiorum que aliis aptioribus delegata sunt: sed animarum cura et studia
de disciplinae regularis uigilantia mihi incumbit. Cuius rei uel ma
gnitudinem uel dignitatem et iohannis cassiani et patrum testimo
nio discimus. Unde ne ultra progrediar. facit hora breuior. Ignosce
queso breuitati. Alias prolixiores ad te dabo. Monachi patres et fratres reliqui
te offitiosissime salutant. et in primis hieronymus et iacobus fratres
Saluta offitio meo omnes de familia. Cosmi laurentii que meorum preter
matrem scilicet et castissimas coniuges, dulcesque pueros, et meam per
sionem iocundissimum amplexare. Beneuenutam que filio meam, fidelissi
mam feminam saluere cupio. Uale. Nic. car. Florentie. ex meo mo
nasterio xi. Aug. Eidem Nicolao

terer ad te neniano uersiculo si id mihi religio permitteret, eo scilicet quo
ad catonem scribens usus est cyrrio. Gaudeo laudari abs te patre laudato
uiro. Ita enim effunderis in laudes meas ut e duobus alterum compellar
credere aut scilicet ita esse ut scribis, aut te ita opinari. Nam quoque assenta
di quod ac sentias abs te quippiam dici inamicum et si te ipse minime ea
suspitione purgares, nunquam ut crederem induci possem. Sed cum amplis
simis laudibus tuis stilum meum longe imparem sciam, satius ut te ita
opinantem potius priuiam innos amoris uel falsi existimem
quod parum considerate tuis adeo eximiis laudibus extollar. Sed hinc ne plura
uerecundie mee ratio hinda est. Quid de dyalogo desiderii, quid item de cas
sinatis cenobii hystoria censeas uideo. probo que industriam tuam, per quam

fore non ambigo, ut voti mei tandem simus compotes. Laurentius noster
et cosmus paucis interiectis diebus alter alia extra ad nos profecti sunt.
mirificeque amantissimorum hominum aspectu ipso recreatus sum. Eis
negotium ipsum quo potui studio comendavi, nec ambigo facturos omnia
ut votis meis fiat satis. Quod gasparis mei moleste obitum feras facile
ut credam adducor. Erat enim is vir qui bonis omnibus desideratissimus et
imprimis sacrarum rerum studiosis merito reliquerit. Accepi nuper litteras a
iohanne gregorio quibus ita angitur viri desiderio ut verear hanc solam
rem illum hac provincia deturbaturam. Navi enim gubernatore desti-
tute similis videtur. Asserit se propediem ad me profecturum, meque
consilia sua omnia, metusque ipsos animi communicaturum. Ei quantum
deus dederit fidelissime consulam, ferrem egerrime si porro damna
huius quoque a nobis discessu cumularentur. Nosti hominem ad sacras litteras atque
ad ipsam pietatem aptissimum. Gratulor te illi consolatorias litteras
scripsisse: itemque laurentio meo, quis ei iohanem meum multum semper
pretulerim. Est enim plane rarus vir: dignusque qui a nobis maximo af-
fectu diligatur. Gaudeo me tibi sic volumen grecum illud descripsisse
ut ipsum tibi videre videaris. Nuper a Guarino accepi litteras quibus vehe-
menter infortunium invehitur, quod filiam clarissimi viri iohannis chrys-
solore is accepit exterus quantumlibet bono ingenio, longe tamen
illis nuptiis impar esset: queriturque substomachans uxorem chryso-
lore venalem habuisse pudicitiam, moechumque antea habuisse quam
sororum. Quod laertiane traductionis inducias equanimiter tuleris
recognosco pristinum in me affectum tuum. Dabo operam si vita comes fue-
rit ut te huius mee dilationis non peniteat. opus illud sanctorum
patrum absolvere conabor simul cum gestus tum pectoris dolor per-
mittent. cui curando et dedi et dabo operam ut tibi morem geram
cui vitam meam cariorem sentio esse quam mihi. Aurispa vir, ut ac-
citis auditoribus didici dimisso imperatore greculo sese bononiam
contulit. Cosmo meo iniunxi dum eo proficisceretur legatus civi-
tatis nostre uti illum quereret. moneretque dum pestis conquiesset. ex urbe

nra se ad nos recipet. Scio facturum omnia diligenter. et item ut epi
bononiensis imploraret auxilium ad eruendas ex principali mon. ignatii epi
stolas / inde stimulos admovi: quamquam quid illum admonere opus fuit. sua spo
te currentem / et a me imprudente et dormitante inducem illum expe
tente. Queso ipse quoque ad Aurispam scribas amice / eumque innata amici
tia admoneas. nec dum accepi / idque ipum illi
meis litteris insinuavi / invenirique satis non possum quid sit: cur extra
ultimo nullas ad me litteras det. Rinucius romam ut sum factus certior
cardinalis illius sui comes proficiscitur. Ad barbarum nostrum ut scribas
oro. Multum tuas desiderat litteras: orationesque illas a poggio in germa
nia repertas ad te prope diem missurum pollicetur. A cosmo nostro didici
te iam phedrum vel phedri deforme fragmentum accepisse. Laure
tius noster eum secum ciceronis tusculanis ~~tusc~~ se assuefacere cepisse
vidisse: eumque protinus ut incultum asperum ac rudem abiecisse testa
tus est: cui ego iudicio maiorem in modum gratulatus sum / quod a mea item
sententia non abhorreret. Tu vero quid inde sentias significare curato
iudice tantum ratione: omnique privatarum simultatis rancore amisso. Vereor
enim scire an meum excutiat iudicium. Cum historiam illam primo
ribus civitatis dono afferre statuerit iam didici. Moleste eius et le
vitatem ambitionemque admitterem: nisi apud me iam pridem con
stituissem magno a me animo huiusmodi omnia calcari oportere. Abeant ista
in bonam rem. Ex laurentio cosmoque sum factus certior quam humanitate
quam benivole: quam apte Carolus noster ei erudiendo insistat. Ex quia profecto
re non ipos solum clarissimos homines sibi / verum me ipum quoque summo
tate devinxit. Experietur tandem siste umquam occasio obtulerit facul
tasque fuerit assidui congressus nostri: quanto beneficio me astrinxerit: quantique
faciam istiusmodi adeo iocundum officiosum que laborem suum. Quid
de historiis tercie illi parte insculpendis sentias video / proboque. Sed ve
reor ne nimium precipites sint hi quibus ea opera commissa est. Audio illos Leo
nardum aretinum inde consuluisse prelatoque ex hoc unico ceteris que
sto heremitam illum / ita cum videris ex proximo stati
congressu qui sit agnosces. verum meum velim ultra iudicium meum expectes.

Is enim est quem facillime diiudicabis. Moneo tamen suspectam ha-
beas impiorum famam. Demetrius noster ita pedibus eger effectus est ut pro-
gredi sine adiutore non possit. Cito tamen speramus convalescet. Vale.
Gregorius. Iacobus. et Hieronymus. te omni officio salutant. Florentie. ex monasterio nostro
XXI. Julij. Postridie scilicet quam tuas accepi. Eidem Nicholao.

in Lib. d. Maglibechi hec ... et Syper.

Conspexeram litteras et obsignaveram cum mihi redditi sunt sermones illi
Chrysostomi et vite patrum et Tertulliani apologeticus. Eum ardo-
re maximo et studio continuo legere incepi. Occurrit quia vera de illo
viro amatoribus meis lata sententia quod scilicet obscurus loquendo sit. Eam tamen
obscuritatem haud ingrate admitterem si emendatus is liber scriptus
fuisset. Magna profecto vis sententiarum scientia quoque rerum omnium vi-
get. Legam rursus atque diligentius et vel ipse transcribam vel trans-
scribendum alteri iniungam. Demetrij libri iam in potestate pallantis
venerant cum litteras meas accepisset. Leonardus iustinianus noster. Solus
xenofon sui desiderium commovet. Nam reliqui recti sunt. Que de
Iacobo nostro vel del aretio scripsi queso sint apud te: nec ea passim ef-
fundas pacis et quietis nostre causa. Litteras ut dixi tuas ad me cura ut
paulus noster accipiat semper ad me perferendas. Negotium illud meum de cas-
sinensis cenobij historia dialogoque desiderij. Fac ne excidat tibi. Vale
secundo. Eidem Nicholao.

H oc puncto litteras accepi a Cosmo nostro quibus mirifice avet adventum
Caroli nostri: Accepit enim mane ut video litteras meas misitque equos.
Peto hoc illi statim insinues ut se paret in mane. Ita enim dixi tabel-

26. lario. Ardet enim ultra quam credere potuissem. Cosmus ipse amore Ca-
roli ipsius omnis quoque dilationis impatiens videtur. Vale et pasquino
nostro Volumen illud Augustini in quo sunt confessiones eius ad me de-
ferendum trade. Libentissime Carolum ipsum antequam proficisceretur
alloquerer. Eidem Nicholao.

G rave quidem est quod me insalutato proficisci cogeris. vix que ferendum
videretur nisi ea molestia tibi mecum communis esset. Amplector eorum

27. temporis conditionem et si non libenter equanimiter tamen. Est enim
ut prudentissime a te scriptum est ea amoris nostri vis: eaque aliorum

coniunctio ut nihil detrimenti pati possit quamuis intermissione cor
poralis offitii. Itaque perge felix noster Carole nosque ut rotunde polliceris
creberrimis litteris tuorum omnium certiores facito. Nos itidem scribemus
ad te quotiens oportunum erit. Carolum meum suapte ingenio ad scriben
dum segniorem litteris uotis tuis excitabis ut interdum ipse scribat ad
nos, ingenioque illi diuino munere aureo hanc partem offitii non pa
tiatur deesse. Negligenter licet scribat nisi optime et eligantis
sime scripsisse uideri non poterit. Quae missurum dixisti deme
sticae supellectilis seruanda cum ceteris seruabimus diligentissime
uindicabimusque assiduitate mea a biminucia tinearum. Vale et
si quid fieri a nobis cupis manda, neque enim tu optare aliquid
de nobis deque nostro uite studio facilius potes quam nos exequi parati
sumus ardentius. Hanc interim peregrinationem tuam quoad deus
dederit perpetua prece tuebimur. Vale denuo. Eidem Nichol.
R Minus noster Aristotelis ethica a me instanter efflagitat. Heri de
mum profectus ad nos numptius iste summi pontificis qui negotia
cleri componenda suscepit. orauit me. Est enim illi familiarissi
mus uti enitorer uoluntati eius morem gerere. Hec sunt paruum fidelissi
mum quod illi preferat uerum, pollicitus sum facturum prouinciam. Acces
sit etiam Leonardus ille Rinucii familiaris Georgii filius. nosti
hominem, a me itidem ex corpore rogauit ardenter. Duobus id opus
aut tribus mensibus accomodari sibi postulat. Peto noster Carole supplexque
si id pateris obsecro uti eius uiri desiderio obsequi perges. Neque id
obytias quod solitus es illum ex gratia nihil secum aduexisse. Nam
ut sum certior factus complura secum uolumina uenetias detu
lit quae maturato forte ad se perhenda curabit: eritque tibi facultas
omnis illa pro uoluntate habendi. Mouet me multum fateor illius
uiri auctoritas que magna est, nollemque posse quempiam adunt
ex eorum in primis me abs te quicquam frustra postulasse, cui nihil negare
solitus sis. Queso mittas ad me unum operis ipsius uolumen. nam duo fuere
ut memini sunt apud te chartaceum alterum, alterum in membranis. Quod libet
erit tibi quomodo uis mitte. Vale. Eidem. Nicholao.

[A]ccepi ex Rinuccio grecum ethicorum volumen a te illi datum mu-
tuo, et protinus ad te mitto. Oro autem ut reliqua tria chrysostomi volumina
28. in epistolas pauli ad me mittas. Cupio enim adhuc nosse rectius quod
nam ipsi operis nobis desit ut inquirere id possim diligentius atque
amicis quibus id muneris iniunxi significare. Vale. Eidem.
[U]rget susceptum traductionis opus immo verius iniunctum atque
aliis intento et si non reluctanti impositum, ut ex difficultate
materie mihi non satis hactenus trite plurima emendare co-
29. gar, idque cum in ceteris tum in dialetica precipue, cuius ego peritiam
vel mediocrem quod mihi comparare neglexerim: nunc in primis
experior: quanto mihi sit incommodo, quantoque esse ornamento potuerit. Peto igitur
ut boetii si quod opus in dialetica vel traductum vel suum habes id
ad me mittere matures. non nihil ut spero in adiumenti collaturus. F[rater]
[A]mbrosius Nicholao suo s[alutem]. Volumen illud Lactantii pervetustum
mitto ad te orans atque obsecrans libellos illos de ira dei et opificio
hominis et epithomem quanta licet celeritate transcribas ac preterea tuum
30. ad hoc exemplar volumen emendes. Satis enim vereor ne thomas
noster substomachetur tante negligentie nostre apud quos ipse codex
ociosus fuerit tam diu. Nam memini illum cum romam profi-
cisceretur sollicite rogasse: absolvissemus illum necne, quod restituen-
di tempus immineret sibi. Quantum ergo poteris exhibebis diligentie
uti ne infecta re repetatur a nobis. Mittas opus illud chrysosto-
mi ceptum una cum exemplari ac membranis. Cor fantini
nostri viri optimi et officiosissimi votis fiat satis. Maximum volu-
men quod a te ex bizantio attulit Antonius massanus si admi-
nus est mitte queso. Vale. Eidem. Nicholao.
[S]i recte vales gaudeo. Annus fluxisse videtur: ex quo nullas vel
dedi ad te litteras vel abs te accepi. Nunc novam inire rationem placet
silentiumque adeo prolixum et obstinatum solitis litterarum officiis emen-
31. dare si modo tu et ipse non desis, gerasque morem votis meis, rem preter
consuetudinem tuam sis adeo in dandis ad me litteris negligens. Eis quippe

quas ad te postremas dedi nunquam respondisti: et erant sane sibi quedam
quibus respondendum fuerat. Ac fere inclinat animus ut eas tibi potius
existimem redditas non esse quam te in rescribendo fuisse negligentem. eas
an acceperis facies me certiorem proximis litteris. Cum profectus esset
ad nos legatus ille bononiensis exploravi diligenter an vel Aurispas
vel Rinucius secum advenisset. Comperto autem Rinuccium solum
applicuisse conveni illum precibus orans ut pergere dignaretur ad me
visitationisque sue mihi gratiam impenderet. Accessit continuo fuitque
mecum aliquamdiu comitatus ac nitidus princeps atque ad agendum uter.
Quid plura? Post salutationis offitia quibus unice honorifice satis ex-
cepimus ingressus est ille pater non quidem mutue collationis sed perpetue
orationis campum. Ita enim continuata dictione: siteque sine ulla
respiratione peroravit. ut mihi secum agendi que multum cupiebam
facultas omnis intercluderetur. Vix enim brevia quedam interlo-
qui necessario potiam. Denique totum fere monasterii ambitum lento
satis passu deambulando circuivimus cum nihil fere illum rogare
ex his que pertinent ad studia nostra datum est. Erat omnis sermo eius
ingratus et varius. Nam modo grecos perfidie insimulabat, modo propria
humanitatem predicabat. seque apud illos quam in proprio et genitali solo vi-
vere et emori malle asserebat. Carpebat plerumque ex ingeniis tuscis
magnam istic invidiam latere quam natos ad haec studia iuvenes in
ipso suo conatu obtundere semper atque impedire consuevissent. nullumque ad
virtutem illorum malivolentia patere aditum. Contra venetos am-
bire fovere summisque in celum laudibus tollere quod hi specimen huma
nitatis ipse fecerent. ac bona ingenia blanditiis favoribus honoribusque
publice impensis incitarent atque ad virtutem animarent. Que quidem
mere et si veram speciam ferat. caste tamen uteriusque civitatis comparatione
facere: non videbatur. Invehebatur acriter in Leonardum arretinum
pestem illum studiorum omnium ac perniciem appellans. Postremo ne tibi
quidem parcebat. quod modo satyram obiceret. modo . . . accusaret
quod cum tibi exanimussim preparatione suam librorum que inventione plerasque
significasses, tu semper distuleris. Quamque tibi eripi hac tua cunctatione

passus sis. Missas sibi ex venetiis copiosas pecunias ut codices illos alti
us nomini comparare cogeretur. Neque enim diu differre potuisse quin auctio
nem faceret. humanitatis studia interdum efferre, nonnumquam ita exhor
rere videbatur ut vix librum se aprire posse sine capitis dolore pateret.
malleque se quidlibet aliud agere quam hoc honestissimo docendi studio emen
dicare victum: ita enim loquebatur. paratum se gratis quemlibet docere
contestans: modo id non necessitate facere cogeretur. hec ferme tota
sermonis eius ratio est atque in hanc sententiam cuncta loquebatur. Quid plura.
accessit ad me tertio vixque aliquid ab eo liberet sciscitari datum est. Co
nvenitque inter nos ut quamprimum fieri posset omnium que apud se essent: quæque
invenisset ad me indicem mitteret. Archimedem se habere de instrumentis
bellicis & aquaticis cum pictura confessus est. necnon et esse magnum volumen.
expecto dum promissioni sue satisfaciat. Volumen parvulum misit
ad me: quod quedam peregrina continet. Postridie illud a me recepturus.
Transcripsi ex eo nocte ipsa platonis diffinitiones numero ni fallor
centum .lx. ubi quid sit dies quid nox quid sol & cetera in hunc modum
diffiniuntur. Tres item epistolas Abaris ad Stilacidem Pitagore ad
hyeronem & lysidis pitagorici ad hypparcum eiusdem secte philosophorum
preclaras scripsi. Egi postmodum cum illo per litteras: quod coram agere non li
cuit. oravique ut archymedem visendi tantum & legendi gratia transmit
teret. Nihil hactenus respondit. Magno sum animo si vel xv. dies apud
me permittatur. me illum transcripturum. Hec ferme de Rinucio erant
que scriberem. Asserunt Aurispam magnum librorum numerum secum adve
xisse: venetiisque octoginta volumina deposuisse: ubique honorifice
tractatum a studiosis omnibus fuisse. Polideucem illius ante plures
dies accepi, causaque tante dilationis fuit, pantaleonis qui illum mihi
reddendum acceperat oblivio. Illum enim inter frequentes occupatio
nes mensibus quodam in loco posuerat ad me quamprimum mittendum. exci
deratque iam animo. ac nisi admonitus fuisset diutius etiam apud se
detinuisset. Volumen novum est et emendatum satisque copiosum. Eius
item litteras heri accepi bononie datas ad ix. kl. Aug. cum iam aliquot
dies decubuisset febribus. eas ad te mitto quibus lectis animadvertes quid sit

sit opus.

ſit opus. Auet etatem ſuam apud nos inocio et lr̃is conſumere/ adeã
rem maximo emolumento ut ſpero Coſmus nr̃ erit. Namq; illi bono
nr̃ congreſſus ē et illius ope nr̃e quieti proſpicere ni fallor comodiſſime
ualebit. Trecenta uolumina ſecum aduexit ut Coſmo ipſi teſtatus ē/
ex his honorifice quantum ego arbitror uiuere ualebit. Velim tecũ
rem hanc diligenter ꝑtractes: mihiq; quid ſentias reſcribas. Vides
illum maxime ex nobis pendere. Conſulendum modis omnibꝫ ē et illi
comodis ac deſiderate diutius quieti et nr̃e conſiderationi quã animad
uertis maximam fore. Adoleſcens ille cognatus nr̃ boni ſane ingenij et
dignus qui a te diligeretur ante plures dies mortem obijt. Eius deſide
ratio non nihil in moleſtie attulit. Deus illi id quod ſolum a me uita
functo optari debet/ eternam requiem indulgere dignetur. Senex nr̃ op
timus & amantiſſimus frater Johannes de Signa an̄ aliquot dies exceſſit
e uita. Fateor diligebam illum unicum ſiue ꝓ illius meritis et pro
penſiore in me ſtudio/ ſiue ꝓpter naturali inſtinctu ſemꝑ affici maxime ſoleo
ad inrecitandam ſenectutem non ignauam. Nos omnes ſingulari dei
munere hactenus ſeruamur incolumes. hieronymus & Jacobus Gre
gorius qz fratres ac ſenex demetrius te mecum ac ꝑme officioſiſſime ſa
lutant. Vale mi frater optime & humaniſſime. Florentie. ex nr̃o mon
xij. kl. Aug.

eidem. Nicholao.

32 i uales gaudeo. Paucis interpoſitis diebus binas abs te lr̃as accepi
plenas partim ſuauitatis partim moleſtiarum. Prioribus illis que et
prolixiores fuere reſpondere differebam/ ea rõe quam ipſe prouidere
conjecisti. Sperabam enim non dicam diebus ſed horis ſingulis nunc
tiari mihi optatiſſimum reditum tuum/ ut in amplexus tuos ruerem.
ac te quantum uellem ex tempore fruerer. Verum quia tu mihi poſterioribꝫ
lr̃is illam adeo feſtiuam ac ꝑpropriam expectationem meam obtudiſti
nõ potui nõ moleſte ferre. Eſt enim ea nõ rerum ut eas moras grauiꝰ
feramus que ꝗ ac ſperabamus emerſerint. Ferrem tam grauiter niſi mo
leſtiam hanc tibi mecum ee comunem ſcirem potius ꝗ arbitrarer.
Nego enim quis nimium in amando hactenus ſiue in ex̃stimando/

concessum neque me abs te putem plus diligi posse quam diligam, plus tamen
a me tuam et si uehementer cupiatur quam abs te meam presentiam op-
tari. Quod cum ita sit equo animo feramus necesse est hanc mutu-
am absentiam meam breui ut credo spero confido finem habituram.
Nam recuperandam celeriter fidelissime mulieri B. bonam ualetudi-
nem bono animo sum, precesque illa pro eius ut imposuisti obtuli. Et si minus
digne que exaudiuntur quippe de pectore non satis mundo immo
et immundo profectas, non tamen pro illius summa in nos pietate
repellendas. Adsit deus uotis ac desiderijs meis. Noli ex pectore quam
de me semper flagitas prolixitatem. Eam enim et si ipse quoque exhibere
cupio, minime permittit et hore breuitas et moles occupationum. Instat
iam paulinus meus assensus presto esse qui deferat litteras. Postquam enim scribere
aggressus huiusque processam profectus est ad me puer ab illo missus
ut litteras accipiat, minimeque ab tuo collega abducit. Expectat enim
anxius dum perficerentur tabellarium eas pistolarum assensus. Finem ergo
imponit necessitas. Feres equanimiter tecumtam alias in longum pro-
gressuram epistolam si fuisset otium. Lactantium tuum cupio, nam tibi red-
ditum a petro illo librario iam pridem compertum. Uel mitte illum uel cum
uenerjs tecum defer. Nos omnes dei benignitate bene habent ualeus
hiero. Iaco. Greg. demetrius ceterique ex ludo meo tibi salutem dicunt. Ho-
die mecum diutius fuit Leonardus Arretinus librarius. Multaque
inuicem contulimus. Sed ea tibi reservo dum coram aderis. Locus est
ut solet si eum admittamus. Opuscula illa augustini litteris bar-
baris a Iohanne Gregorio heri accepi absque tamen ullis eius ad me litteris.
Cum cardinali illo ipse loquutus non sum nam ad nos minime
profectus est. Rinuccius his diebus legatus ab eo uenit. ob quam immodi-
cam festinationem me non conuenit, misit tamen qui se excusarent.
Uale. obtundor enim festinatione pueri Florentie. ex musaeo meo
iiij. kl. septembris.
Eidem Nicholao.
N e his quidem quas proxime abs te accepi litteris rendere nisi breuiter datur.
33. ut ex hoc animaduertas quam minime sim ociosus et animoque parum libero

dum inhoc utriq; meum iocundissimo et optatissimo munere, plixi(us)
scribendi tibi mihi uolui dece(n)t morem gerere non satis possum. Acci-
pe igitur paucis occupationem meam eam scilz qua p(re)ter publicas — p(re)ter privatas ac
rei n(ost)re in modo incumbit quam tam(en) minime insererez l(itte)ris si tibi
plurimum iocunditatis allaturam arbitrarer. Ante hoc ferme t(ri)duu(m) accepi
ab amicis p(ri)a n(ost)ro l(itte)ras satis prolixas quib(us) indiculum breuit(er) ac memorit(er)
collectum adnotat quorundam uoluminu(m) que secu(m) attulit p(re)tiose sa-
ne ac delitate supellectilis. Sunt aut(em) ferme eadem que sepe p(er)scrip-
sit ad te. Eas ipsius l(itte)ras modo ad te mitterem ut ceteras soleo si essent
apud me. Agit mecum plura familiariter. Petit au(tem) omnia ut sibi
ab aliquo mercatore florentino ducatos quinquaginta uenetijs quo
profecturus est proxime: ut inde ducenta et triginta octo gentilia
uolumina secum ad nos p(er)ferat: mutuari curem. tantum se librorum
daturum dum pecuniam restituat iudicio cuiuscunq; ueneti: affirmans
ut triplum ualeat q(uam) ipsa pecunia. Id p(ri)mo q(ui)dem difficile factu uidebat(ur)
hac p(re)cipue tempestate nisi estuante cura. Laurentius n(oste)r ad nos uis(us)e —
di gr(ati)a profectus liberass(et). Nam accepta conditione librarium protinus
annuit. Addebat p(re)terea q(uod) etiam ex tabellario illius didici q(uod) sibi in —
stus e(st) familiarissime se bononie addocendas l(itte)ras grecas si uelit conduci.
Verum eam prouinciam se minus libent(er) subire atq; adherere mutalez.
Id mihi plus negotij attulit accitoq; protinus phylippo n(ost)ro l(itte)ras ei le —
gendas dedi sunt(que) apud illum hactenus. Contulimus una fieri ne
posset ut apud nos publice conduceretur. Videbant(ur) obsistere plurima.
Quos hec lenta licet: s(ed) tam diuturna ciuium atq; studiosorum maxime
absentia bellorum fremitus (et) his similia complura. Verum inter
tot difficultates una se illa commoditas ingerebat q(uod) abe(ss)ent eius uiri
aduersarij q(ui) totum negotium auctoritate sua si adessent p(er)turbar(e)
potuissent. Decretum tam(en) int(er) nos est agere quanto studio possem(us)
ut conduceretur: nec id nos effecturos desperamus. Totum stadio phy —
lippus ipse ac martinus exponunt. Agi id posse opinione facilius exi
stimantes si modo non desit q(ui) ea de re prior uerba faciat. Sed id mi —

nune posse quomodo assequi asseuerantes ut quomodo suis potius quam totius ciuitatis ornamento consulere existimentur. Tractamus hoc igitur atque secretius. Deus uotis nostris ac ceptis annuat. Scribere ipse institui clarissimo equiti Mattheo castellano qui modo marce magistratus locatus est sibique commendare negotium ac persuadere quante sit glorie et laudis inter uarias quas passuras molestiasque rei pro tanti ornamenti habere rationem: fecissemque id satis uotis nisi me alia re consultius fortasse tenuissem. Vereor enim ne leuiter id attemptare uidear: antequam Aurispe ipsius de ea re assensum teneam. Rescripsi ad illum literasque pro re pecuniaria mensariorum manu simul misi, puto respondebit celeriter et an id fieri uelit aperiet Hoc certe illi maxime persuadere curaui. Sed hoc totum negocium secretissimum queso tene apud te. Causam probabilem ac necessariam secreti non ignoras. Scribit Aurispa te illi diu pollicitum mittere Ciceronis de oratore libros. Oratoremque ac Brutum, miraturque cur illos tam diu frustra expectarit. Res tibi pretiosas ac raras satis corpore se donare instituisse: asserens non similes existimari. Feceris mihi summe gratum fideique tue eorundem diligentius habuisse uideberis si illos continuo ad eum mittendos curaris dici satis non potest quam id dare cupiam. Ex ipsius literis atque epistolis mei phylippi coniicio illum ad nos mature profecturum atque utinam te hic inueniat. Scribit phylippus fratrem genuensis ducis cui ille dudum familiare contubernium prestitit heri accessisse ad urbem atque ipsi scripsisse ut ueniat eritque facillimum sponte currentem ad cursum incitare. Ex illius item tabellario didici. nam illius comes indiuiduus fuit et mediolanensem ducem primo magnis illum premiis nullaque omnino accepta conditione apud se retinere uoluisse, ipsumque contemplatione patrie omnino tenuisse. Est enim sicilia duci illius inimicissimo regi subiecta: maleque suis omnibus consuluisse uideretur. si se ad istum contulisset. Et postmodum uenetos conduce illum uoluisse ad docendum grecas literas. ipsumque itidem non acquieuisse. Utcumque dicat uerissimum puto, nec cur ita suspicer a me docendus es. Enim uero satis diu de Johanne meo. Consilium tuum quo institutam profectionem

exequi detractatas probo: omisso que pistorio te uti ad nos referas hortor atque moneo. Mallem te id initio cepisse, ne secuta esset postmodum cunctorumque initio simultas illa eo tolleratu gravior quo occulta est inter amicissimos tuos et te. Scis quanto semper illos studio colueris quantumque te illi honorauerint. Angorque uehementer insidiatorem pacis nostre locum reppere re potuisse uel leuis rancoris inter uos disseminandi. Queso te contineas: idque quod ceptum est dissensionis curare satagas ne progredi ulterius permittas. Nosti hominum iudicia uariasque sententias. presto erunt obtrectatores qui te insimulent et uitio tuo accidisse discordiam asserant. Non est gravitatis tue neque instituti in hiis rebus tempus terere. teque adeo his angoribus conficere. Uerum equo animo cuncta tollerare debes et cum libertino uanam seminaria tibi odii insusurrantem cohercere acriter. Sed enim diutius quam putaueram atque liberius fortasse quam debuerim tecum ago: Sed ueniam apud te facile promerebitur caritas quam tibi ut debeo purissimam atque integerrimam exhibere cupio. Sunt apud te Confessiones Augustini. Lege queso nonum librum ea parte in qua de matris uita agitur extremasque salutem. Uidebis plurima in hanc rem utiliter dicta. Lactantium utrumque paulinus ad me attulit. Et nostrum bene ualere cupio et cito. Uale mi frater optime et optatissime. Florentie ex nostro monasterio .ii. Septembris. Carolum nostrum pietas monuit uti ne laurentium nostrum deserat. seque illi comitem addat. quod ille auidissime cupit. Queso ipse itidem facias. Uale denuo

Eidem Nicholao.

ii. Obsignaueram iam literas, biduumque iam obsignatas tenueram expectans dum paulinus noster mitteret qui eas ferret: cum repente breues alias ab te misit quibus ut responderem breuiter resignaui has, ne rursus alio ex
34. capite necessario esset ordiendum. Gratulor mirifice Salomonem nostrum antique amicitie sic diligentem habere rationem, ut longissime licet remotus libros supellectilem omnium preciosissimam mittere non omittat. Deus illi digna premia restituat neque enim te minus afficiant ipsa uolumina quam ex apto titulo minus peregrina uideantur. Nihil quippe illorum librorum est non preciosum. diuinumque quod multis exemplaribus sit apud nos. Adde eius uiri diligentiam qui uolumina non nisi pulcherrima non mittet. Nam si chrysostomi super Iohannem uolumen attendas quod anno preterito

rito misit et ex eo cetera extimes, nihil video cur non maxime gaudere
debeas. Ex de non mittendis grecis litteris novo lactantio precipis dum venias
observabo diligenter. Equidem chartaceum tuum illum veterem: quam no-
vum istum plus diligo. Amisit non nihil ut mihi videtur ex antiqua
gratia tuus ille librarius Albertus noster boni sane ingenii vir apud nos iam
dies aliquot fuit, putoque illum hic reperies. Aut enim totum esse col
loqui: Epistola bitur quo adventum tuum. Ex fidelis illa mulier convalescere
incepit gaudeo. Deus noster illi veram integramque sanitatem cito resti-
tuet: ut oro atque opto. Queso antequam isthinc recedas, carolum meum pertras
moneas inde se extricet. atque ad laurentium meum egregie humanitatis
virum conferat. ne et illum maximo sollatio et fructu, et se magna
gloria privet, si illum ut cepit erudire desistat. Fac in hoc sibi persuadendo
te totum explices. Vale mi frater optime et suavissime atque ad nos quam primum
propera. Ex med. mon. y. non. Septembris. Eidem Nicholao.

ereor ne diuturnum utriusque silentium false opinioni locum presti-
terit. Nempe enim quod ad me attinet prolixior ista desideratio tu-
arum litterarum non nihil mihi scrupuli iniecit. Vereorque de duobus
35. alterum sentire: aut scilicet minus te recte valuisse: ac propterea scribere nequisse
aut recte succensentem negligentie mee vicem reddere voluisse. si-
lentioque ulcisci taciturnitatem meam constituisse, quod plane quam prius
longe malim. Etsi enim gravis mihi est nec ferenda indignatio tua
vel levis animique in me quecumque commotio; mallem tamen te irasci usque
adeo in vitia et verbera quam te minus commode valere. Litteras tuas mihi
postremas reddidit Matheus noster. accessit et una iocundissima quedam epistola
Cosmus ornamentum seculi nostri, que me certiorem fecit tue integritatis per-
durantisque in te pristini illius vigoris. Qui mihi nuntius velut credas
gratissimus fuit. Instituveram scribere dum Matheum ipsum isthinc rei
gratia putarem ad me rediturum. Sed celer ipsorum repentinusque discessus
eum ab officio prohibuit. Frustra dein nuntiabant nobis. pestem
isthic cepisse. pluresque in dies occumbere, vosque inde migraturos prope
diem immo iam migrasse. Incertus itaque ac dubius, cum ignorarem quor-
sum flecterem animum quo dirigerem litteras herebam cum profectus ad
me Michael benivius: te ariminii liquisse dixit suspensum et herentem

atq; ad fugam intentum. Miſtus ſum fateor conditionis urę durę
atq; moleſtiſſime: quodq; ſolum poteram animo confuſus ad preces oraui
ut qui ſolus bonus ac potens eſt. his daret cladib; finem. Sz timeo ne cum
hyeremia lamentari cogar ac dicere. Opposuiſti nubem tibi ne tranſeat
oratio. Ita enim res contra atq; optabamus emergunt undiq; ut ſe-
piſſime ſolitudinem mediter dicens cum propheta quis dabit mihi pennas
ſicut columbę: et uolabo et requieſcam a tumultibus ſeculi. Antonium
pinum amantiſſimum meum certe didici obiſſe diem. Iam multi in
dies renuntiantur uel bellorum fremitus uel ciuium diſſenſiones ut
ad tantos caſus tam uarios euentus non ſufficiant lacrime. Miſerebe-
ris tu quoq; conditionis meę uiciſſim qui huiuſmodi moleſtijs diſtrahor.
Neq; enim eſt caro mea ęnea ut iſta non ſentiam. Lues hactenus ſe-
uit. nec ulla quies datur. et ſi enim diuina protegente gratia incolo-
mes ipſi integriq; duramus non poſſumus tam occumbentes diebus
ſingulis non miſerari non flere. Sz iſta ſubticeſtimus. Volumina illa duo
tuo ſtudio et diligentia ſcripta antequam tuas litteras legerem ferenda Ma-
riotus noster acceperat: qui Venetias cancellarius legationis nostrę p-
rexit. Neq; ambigo iam dudum eo Fantinus nostrum uirum piſſimum
accepiſſe. Et inde quod occupatus ad te ſcripſerim tunc. Putaram omnino
id perſcripſiſſe ut ea leuarer cura quam quidem conſtitueram contingit.
Nam puto falli te non potuiſſe quin id antequam ſcripſerim protinus animad-
uerteris. Libellum hieronymi cantarini uiri clarissimi frater noster abſoluit.
cum Michaeli nostro grata licuit intentione quondam: ut peregrinum illud
exacueret ingenium ſuum in eo exornando admonens. Faciet id ſtudio
diligentiſſimus iuuenis. Ioſephum tuum accepimus reſarciendum.
Plus hic uiſus eſt cadentium litterarum quam ut poſſit cito et facile abſolui.
Faciat tamen is frater noster quantum licebit pro commoditate ſua: ut diligentiam
in ipſo non deſideres: tum inſtinctu ſuo tum monitis meis. Litteras nup-
errime Fantinus uir optimus ad me dedit. ſed quę adeo uetuſtę ſint
ut ſignificare nequiuerint an adhuc acceperit uolumina quę miſimus.
Vellem plura ſcribere ad te. Sz cum non niſi triſtis rerum facies oc-
currat nihilq; accidat leti ultra progredi timeo: ne contra quam uolo fiat.

ſima; tibi merroris auctor qui ex gaudij cupio. Atq; uel hoc uno quo nos omnis hactenus incolomes et rite ualentes significaui nō ambigo pro uestra omnium et tua imprimis beniuolentia et pietate letitie plurimum uoluptatisq; percepturos. Cosmum nostrum omnemq; illius domum meo officio amplectere. Saluta fidelissimam illam famulam tuam. Te mecum omnes fratres mei officiosissime salutant. Vale humanissime fr. Florentie ex meo monasterio VI. Kl. nouembris.

Eidem nicholao.

41 Accepi proxime litteras tuas nō minus suaues quam prolixas. Cui meo cum instituerem respondere, nescio quo pacto abuolauerant, nec illas reperire inquirendo potui. Memoriter tamen capitibus illarum paucis respondebo.

36. Displicet mirum immodum tanto et tam diuturno peregrinationis labore uexari. Sed ita ferme tempatum est teste celso, ut id unicum pestilentie remedium supersit si peregrinentur. Quo ergo arduo ut toleres oportet quod salutem ac salubritatem affert, uel certe metu curisq; liberat. Ea tamen profectio uestra nō erit usq; quaq; ingrata et inutilis si facias quod instituisti enitarisq; ut nihil te preterat quod pertineat ad eam librariam. Erit imo iocunda quoniam illis liberis uires congressus es qui sunt humanitatis totius conditi a barbaro scilicet iustiniano ceterisq; musarum studiosis. Ferrem molestissime molestias tuas quas tu in iste quidem eorum uoluminum curam perpessus que ut fantino meo mittenda curarem mandasti, nisi proximis litteris meis detersas putarem. his enim te certiorem reddidi ea me iam pridem misisse. Neq; sum ambiguus ea dudum illi fuisse reddita, licet id ex litteris eius nullis didicerim. Antonij pierij mortem dolendam plane bonis omnibus prius significaram et consequuti sunt mortem eius uiri casus mestiores quidem. Nam protinus angeli eius filium decessisse fama uerax fuit. Quam item angeli ipsius subsequuta mors est. Vides quanta rerum uarietas, quanta ingstantia fortune

NB. et aptis documentis moneat, nihil in rebus humanis secundisq; successibus gloriari, quoniam hec omnia quam rotunda uidentur atq; firmissima protinus abuolant. Duo hisce ferme diebus humane fragilitatis nec enim felicitatis dixerim exempla notauimus. Lucani dni altum: altius hec tam repentine tam inopinate uersure. Sed ea mitto. nec enim permittit,

horę brevitas ista deflere quę tragediis prolixis indigerent: ut digne
fleri possent. Quid de Francisco illo theologo dixeris audio. Sed indi-
es admoneor magis ut credam pauciora quam dicam: Litteras ad me dedit
quibus multa pollicetur mihi de Andrea illo genuense nobili. Verum nihil ad
me scribit eiusmodi nullamque vel signi vel picture mentionem facit. Ce-
terum ex alio theologo Iacobo illius socio sum factus certior quom cum frater ei
exhisce locis redisset dixerit sibi indixisse se penes Andream ipsum nummos
aureos vetustissimos, et quędam id genus, quę mittere ille instituisset dono.
et cum ea memoratus iuvenis tuto perferre esset pollicitus, noluisse illi
verum ad creditum Francisci qui proxime futurus esset reservare malle ut
ipse ea perferat ad te. Exciderat pene scribere quod sepe institui. Scripsi
hortatu tuo Cardinali Ursino orans ut Plauti comedias quas apud te
se habere compereram mitteret ad me. Sed profeci nihil: nam ne rescripsit
quidem. Ita spes omnis mihi sublata videtur: vereorque cepi ne fabu-
la fuerit quod tibi renuntiatum est de Plauto. Theophrastum de plan-
tis si miseris quandoquidem ea mihi decreta provincia est tuoque ita vis conabor
inter occupationes meas transcribere ut et tibi et mihi ipsi morem geram. Nec
enim minus aveo scribere quam tu id a me fieri cupias. Si liceat potius meum.
Pestis in urbe longe clementius solito desevit. Speraturque in dies desitu-
ra magis. Nos certe singulari dei munere bene valemus omnes.
Blasius ille tuus sapiens conductor ad me detulit litteras quas ad eum scribis
postridie rediturus ad me, nec illum postea vidi: ut agnoscas quanto studio
agat ille negotia tua. Scribis plurimum quę me fugiunt. Nec reminisci illa
possum. Simul et hora tardior ultra scribere prohibet. Saluta affectu
meo et officio Cosmum ac Laurentium nostros humanissimos unaque illorum
coniuges ac dulces pueros. Carolum item suavissimum quem nisi ne-
gligentię subucasterer, his ferme lacesserem. Saluta B. fidelissi-
mam feminam. Te fratres omnes officiose salutant. Vale Florentię ex
urbe mon. XVIII novembris.

Eidem Nicholao.

Cepe mecum constitui ex quo legi litteras tuas rescribere aliquid. Ve-
rum se undique tanta rerum moles ingerebat ut vix ullo loco putarem satisfa-
37. cere officio meo posse si per singula respondere temptassem. Atque ea res
imprimis obtundit animum meum nec promptum licet atque volentem,

id aggredi pmisit. Eo factū ē ut heri cornelio iniūgere hodie ut ad
me proficisceretur. parabā enim rescribē si heriss longius. Verum
et magnitudine materię obrutus et occupationibꝫ ꝑuariis impeditus
hactenus id frustra temptaui. nō cum puer ipē ad me profectus eēt: pi
guit qm̄ prolixius non dabatur saltem uel breuibꝫ nō rescribē ad te. Id
primum t̄ mi fr̄ optime et optatissime ꝑsuasum uolo me sūmū dolo
rem: maioremq̄ merorem percepisse ex tuis lr̄is. Animaduertebam
enim etsi aliqtulum cōmotō aīō ac ꝑturbatiore q̄ uellet rō. Plurima
tam haud inuitia prosequ. Sꝫ ea ipsa hūiōi sunt ut coram agi posse
rectius existimare. Omissis itaq ꝑlurimis quę nec tempus patitur nec
rō lr̄is inseri te oro atq obtestor mi fr̄ unice ne tu conceptę indigna
tionis aculeos teneas / neu putes amoris mei aliquid erga te eē imminu
tum. Prudentiam ubi maximam regnare deberet sepē ne dicam sem
p̄ lacisq̄ rebus grauissimis abfuisse ubiq̄ gentium ignarus nō es.
atq adeo min⁹ admonendus. Apit se ingens adloquendum campus
sꝫ puer ipē qui adest / scribenti testis ē me maluit aduocari. Pro in
terim tolleres breuitatem meam / ipm̄ tamen institutum tuum nō cito de
ferās quo ad alr̄ me uelle ex lr̄is meis intellexeris. Namq conuenire
cordi ē ꝑ maiores meos / eisq̄ qntum rectoris admissum sit expone. Vale
mi fr̄ unice.

P ostq̄ exijt mon̄: et ꝑsummum pont. ad dignitatem gn̄alatus ꝑmotꝰ ē
scripsit sequentes ep̄las.

A mbrosius nicholao suo. s. Q adte nihil hactenus scripsi fecerūt
occupationes ꝑpetuę quibꝫ ita ꝑssus sum ut uix respirare licuerit.
38. Veni romam exceptusq̄ sum gratissime tum a pōtifice tum a car di
nalibꝫ omnibus. Feci enim satis consuetudini omnesq̄ singulatim
adij a quibꝫ acceptus sum plenissimo gaudio. Ea me uisitatio ꝑtes
dies occupatum tenuit: plerosq̄ ex eis gratuito q̄ nos accepe. Verū sum
precipue cui⁹ egregia uirtute humanitas explicari uix pōt. Vidi ptho
lomeum illum sum bonū quidem nō tam antiquū ut suspicabar. Lrā
certe fatieo grata nō ē. Sunt illi et alia gr̄ca uolumina: Psilla
iam pusiam inspat. Ex indice didici omnia eē cōmunia / nihil q̄ it
illa singulare delitescē. Libros reliquos latinos uidē nō potui q

eos iam premisisset. Adij ad sanctam ceciliam ubi modo habitamus offendi
que in uolumine uetusto longobardis litteris XXXVIIII. origenis in lucam
omelias ab hieronymo traductas cum prohemio pleno iocunditatis.
Eas ut transcriberet mandaui parenti nostro bone indolis iuueni. Pon-
tificis bibliothecam ingressus greca uolumina quedam notaui. Noui nihil
inueni preter ysaac syri opuscula de perfectione uite religiose. Adij nu-
dius tertius monasterium grotte ferrate noui abbatis petri cuiusdam calabri uiri
satis eruditi comes. Sed quoniam diu fuit habitatio militum eademque die
oportuit regredi spatium euoluendi uolumina datum non fuit. Ea tamen
que uidimus lacera dissipata conscissa et putrida erant ut miserabilem
omnino faciem preferrent. Nihil ferme inuenimus quod alias non
legissemus. Monasterium omne circuiuimus immo non iam monasterium sed rui-
nas lacrimabiles lacrimatique sumus. Sola ferme superest ecclesia integra que
et ipsa fumo plena uidebatur. Seruat tamen plurima uestigia antique
dignitatis. Verum ista coram melius explicabimus. Poggius noster me poggius
cum sepe est relliquias ciuitatis probe callens nos interdum comitatur.
Quid referam ruinas ciuitatis ipsa sui mole terribiles. Hec omnia
quia tibi sunt notissima omitto. Videre singula templa precipue intendo.
Ea quippe ferme sola integra sunt. Poggius frontonem de aque ductis Poggius
secum habet. Eum pollicitus est mittere ad me. Nondum promissioni sue
satisfecit. Petrus ille calaber uolumen habet Aristotelis quod modo est apud
me continens libros LV. Sed isti inter eos precipui cleomedis: meteora li-
bri IIII in quibus plerumque aristotelem carpit. et metaphysicorum libri
XII. Cetera communia sunt. Conabor in hac parte caroli nostri uoluntati satisfa-
cere temptaboque an illud uendere forte acquiescat. Volumen recte gratum est
membranis et optimis litteris licet minutis. Ego me contineo domi quantum
licet. Pontifex occupatissimus est. Magno illi studio patrem ytalie et
precipue ciuitatem meam commendaui. Multa orditur et amplectitur
quod sed uereor plane ne interpendo illum deficiat trama. Magna uis
est multi sed parum tamen expergitur. Vitam chrysostomi traducere incepi et
credo cito absoluam. Cosmo et laurentio suauissimis fratribus me commenda
Carolo nostro salutem dices ex me. Vale. nic. carissime et amantissime. romeque

nri affectum fac non omittas. Est enim profecto dignum quod abs te et
a bonis omnibus obseruetur. Ex urbe iii. Martii. Eidem. Nichol.
Vellem litteris tuis pari longitudine respondere ut et offitio meo et affec
tui responderem tuo. Sed queso ignoscas necessitati. Tantis enim
39. occupationibus hisque molestissimis indies premor ut fere mei ipsius obliui
scar interdum. Testis tamen mihi est deus memoriam tui numquam sinu meo
excidere. Credes id facile si memineris quanta fuerit semper obseruatio
mutua. quantique semper fecerim dilectionem tuam. Sed omitto hec. poggius
noster humanissimus uir iam credo peruenit ad uos. Frontonemque de aque
ductis secum fortassis attulit. Est enim id opus non frontonis ut
putamus sed frontini ut in exemplari antiquissimo quod secum attulisse
debuit notatur. Caue autem putes illum uirum non obliuione omisisse
uolumen illud mittere ad te. Tanta enim est in me eius humanitas ut
suorum nihil mihi occultum esse uoluerit. Hactenus de poggio ipso
quem meo salutabis affectu. Bibliothecam sancti petri uidere uolui
sperans aliquid inuenturum noui. Audieram enim complura ibi esse uo
lumina: sed nihil omnino memoria dignum inueni. Vix pauca ex
rebus notissimis offendi cetera uilia et iuxta grecum prouerbium
contendam inspicere reliqua. Cassinense cenobium adhibo
histe proximis feriis atque inde siquid erit optimum educere temptabo
Est enim mihi cum abbate monasterii maxima familiaritas. diligitque
me multum. Atque ideo bona fide sum nihil mihi denegaturum. Chry
sostomi uitam iamdiu exegi iamque ferme transcripta est. Leges illam
credo libenter ut pote summi uiri licet imperite scriptam. Sed in transl
atione non nihil sui decoris amisit. Quod sepe monui adeas gratulor
utque in mea fide et affectione persistas erga locum illum te et atque et
obsecro. Carolum meum offitio meo quaeso ut salutes. Rome. xii. aprilis.
Ambrosius monachus Nichol. suo amantissimo pl. s. Cepi magnam
uoluptatem ex tuis litteris quibus tu iure quereris breuium tuarum acceptarum
40. refers breuitatem. Nosti enim plane quam sim solitus non esse negligens
in respondendo dum licet: utque uel sponte prouocare solebam amicos
ad scribendum. Sed omnes illas antiquas delitias nostras indigne istas

occupationes subduxere mihi. Patronum itaque te cause mee uel opti-
mum habere me gratulor itaque apud ceteros ita apud te ipsum. Dabis ueniam
tarditati ac breuitati quam inuito contingere minime ignoras. Nescio
quo pacto ereptum est mihi ne proximo rescriberem de aristotelico illo uo-
lumine quod hactenus est apud me, de quo et Carolus noster antequam profi-
ceret a uobis uerba mihi fecit et tu ardentissime plane tamen secundo
scripsisti. Rem factu difficillimam fore existimo, quia uir ille sane eru-
ditus multi illum extimat tantique ut nihil fere magis. Est tamen mihi ma-
gna cum illo familiaritas, nec desistam temptare omnia ut amicissimi
mei uotis fiat satis. Quod si emere illum non dabitur, mecum tamen feram
acceptum mutuo ut transcribi apud nos possit. Id uobis posse polliceri
iure meo uideor. Nam plurimum ille diligit me faciliusque adducetur ut li-
brum permittat fidei mee. Abest in patria rerum, nec illi concedi, nisi per
literas licet. Sed istam omnem curam permitte mihi. Ad Cassinense monasterium nec-
dum accessi quia plurima obstiterunt. Ante reditum tamen meum uotis uestris
morem geram, ibique siquid forte delitescat caute explorabo, mecumque
feram. Abbas enim peruetustum in quo xii. omelie sunt super Ysaiam
absque ulla inscriptione auctoris Origenis esse ex stilo censeo. Idque ex
eo coniicio quod precedunt due ille omelie in cantica canticorum a hieronymo
traducte absque prohemio et inscriptione solemni. Eas an habeatis penes
uos, nam non teneo significabis mihi. Volumen ipsum mecum deferam
si transcribendi non dabitur ocium. Volumen illud de uocabulis tuum quo
pacto requiram ignoro, quandoquidem Andreas ipse adeo apte se habere negat.
Lucium ardentis ingenii adulescentem conueni, nihiloque peregrinitatis
inuenisse ex uerbis suis sum factus certior. Opusculum tamen quoddam Cice-
ronis titulo insigne transcripsit ac detulit secum, quod meo iudicio
uidicio illius non est. Habet synonima primum tum de liberorum dictis. Est
eruditum quidem non negarem uirum: longe tamen a tulliana dignitate.
Vidisse te accepisse mutuo fatetur uolumen ingens ac uastum antiquissi-
mum. Nihil preterea quod scriberem occurrebat mihi. Quid de philel-
pho sit factum audire cupio. Vale amantissime nicholae. Et occupationibus
ignosce meis. Rome v. kl. Maij. Eidem. Niccolao.

Vix tandem Ravennae priusquam inde proficiscerer accepi litteras tuas v. nove-
bris datas. Fecit enim perpetuus error meus ut post tricesimum et quintum
41. diem mihi redderentur, dum nusquam fere me consistere datur per occupationes
meas. Et credo dispositione dei factum sit, ut ibi potissimum tuae me
invenirent litterae, ubi scribere ad te ipse et institueram et pollicitus fueram
dum putarem dignum iri aliquid inter librariam repertum quod tibi meum
aliquid voluptatis afferret. Veni Ravennam vii. decembris, nec prius in-
stitutum opus peragere volui quam templa vetustissima et digna profecto
miraculo cernerem, scrupuleque maiorem ecciam, quippe ubi librorum ali-
qua delitescere te quoque admonente putabam. Ingressus bibliothecam dum sin-
gula studiosius explico vix dignum te quicquam inveni. Volumen Cypriani solum
antiquum repperi in quo plures longe epistolas quam umquam viderim notavi.
Eas iam tunc transcribendas curare cura fuit. Studiose percontatus
an quicquam praeterea librorum lateret in scriniis sive aliud antiquitatis
monumentum, responsum a custodibus est complura illic esse privilegia
papyro exarata atque integra Caroli magni unum cum aurea bulla.
Locum quoque in quo ea esse cui Carthulegio vocabulum est. Ea ego omnia dum in Carthulegio
avide expeterem, intempestivum esse renuntiatum est. Magnum tam ac
pervetustum codicem de conciliis in conspectum dederunt in quo Nicae-
ni concilii fidem in membranis purpureis et aureis litteris scriptam legi.
Discessi tunc inspecto prius templo dignissimo altarique argenteo colu-
mnis argenteis iv. suffulto, cum ipso quoque cyborio argenteo. Neque hac
magnificentia contenta, prominentia quoque circum altare capitella mar-
morea quae ad ornatum templi sunt argento vestivit antiquitas, ma-
ximaque ex parte durant. Fateor ne Romae quidem pulchriores sa-
cras aedes vidi. Columnae ingentes ex marmore suo stant ordine.
Interiora aedium maxime marmoreis discoloris et porphyretici la-
pidis tabulae. Musivum opus numquam fere pulchrius vidi. Baptisterium minus
maiorem ecciam ornatissimum inspexi. Transivi ad spectandum miri-
ficum et magnificentissimum sancti Vitalis martyris templum rotun-
dum id quidem et omni genere superioris ornatus insigne, musivo,
columnis ingentibus, ambitum fani marmoreis crustis variis porci-

It. insignia
templa Ravennae

etem interius vestientibus: sed hic suspensum columnisque suffultum
(.i. ambulatorium) peripatum & aram ex alabastro tam lucidam ut speculi instar imagi-
nes referat. Sacellum fano propinquum placide auguste & valen-
tiniani senioris sepulchra magnifica servat ex marmore candido.
Tantam illic musivi operis speciem offendi ut accedere nihil posse
videatur. Contendi ad visendum sancti iohannis evangeliste tem-
plum speciosissimum & quod a memorata placida & theodosio augu-
stis constructum incise marmore grece littere testantur. Transivi ad vi-
sendum classense monasterium iii. tribus ferme milibus ab urbe remotum
& flere uberrime ruinas ingentis coactus sum. Ecclesia tamen integra
durat omni ornatu conspicua. Pinicam silvam viii. ferme milibus
passuum se porrigentem vidissem & ipse et adequitare libuit. dum
admonemur quod sancte marie in portu ire & ipsum per magnificum dignumque
miraculo venieremus. Ubique libros desideravi. Vas meo more por-
phyreticum pulchrum & tornatile inveni quod putarunt simplicio-
res fratres unam ex hidriis esse in quibus aquam in vinum quondam evan-
gelista testatur. Plerasque in hunc modum basilicas hec civitas servat: sed
tanta luti vis est ut domo egredi vix nisi equitibus liceat. ita ut re-
dire ad maiorem ecclesiam hactenus datum non sit. Sepulchra pluri-
ma ex marmore ingentia quidem per omnes ferme ecclesias videas
& ex his pleraque squamatis operculis. Minus hic signorum & statuarum
quam rome est: sed cetera ferme sunt paria. immo ausim dicere maiore hic
cura servata. Non desunt epigrammata plerisque locis incisa. ex his pau-
ca mecum deferam. Videbo item diligentius sarcofagum maioris ecclesie: et
siquid lucratus fuero ad te continuo scribam. Epistolas antonii maxima
negligentia abbatis nostri de carceribus fecit ut hactenus desideremus.
Ex his enim mihi nuperrime redditis sum factus certior simpliciter
fratrem casilli dedisse ad me mittendas. illumque profectum esse ad ora-
lum: nullam fidei ac pollicitationis sue rationem habentem. Indolui fa-
teor quod non potui non succensere & quidem vehementer tante desidie
sive perfidie. quam digna insectatione animus est. Greca volumina can-
didus nec mihi pollicitus erat. & gratulor illi non excidisse quod recepit

plusque fidei nullo quam amicis invenisse ut par est doleo. Agam provinciobus
ut ad nos illa perferant. Grata fuere que de ceptis voluminibus vel a bepo
mediolanense iam e vita functo vel athoma meo vel amicis pro te signifi
cata scribis. Ego nihil habeo ferme quod mittam novi preter lactantii phoe
nicem versu elegiaco. quam ante paucos dies bononie mihi a studioso adu
lescente traditam raptim scripsi. Nunc etiam Stephanus poetius preter
civitatis cla. ro. eques anulum equidem multum renitenti dono dedit
onycha habentem cum effigie candida prominente. Adriani an alterius
nescio: omnem admirationem excedentem. oravitque ut illum in sui
memoriam ferrem. Fateor nullum unquam gratius insculptum sigillum vi
di. Ista erant ferme que scriberem. Fabricianum proxime conveniam fama ne
cessitate urgente. Saluta meo nomine Carolum et reliquos nostri studio
sos. Vale Ravenne. xii. decembris. Eidem Nicholao.
Etum peccatis meis certo scio ut nusquam conquiescere. Venetias veni
ut ante scripsi ad te gravi necessitate compulsus. ne iniunctum mihi mu
42. nus viderer negligere. Ibique parum fateor quietis inveni paucis
post diebus inde profecturus. Attulit certe multum solatii angoribus
meis amicorum bonorum conspectus. Patavii offendi opusculum quoddam
peregrina penes hermolaum barbarum illustris indolis adulescentem.
Ea mecum convecta dum navicula ferret transcribere occepi. maiorque
postmodum ocium nactus exegi: sed et epistolam illam hieronymi que erat
apud barbarum transcripsi pulchram profecto. Ea omnia mitto im
pensiarum ad te. Leges pomponii attici vitam. M. catonis et quorumdam
aliorum. nec ambigo ipsa novitate recreaberis. Litteras tuas iam diudum
desidero. Cosmus et laurentius fratres viri amicissimi valent optime
magnaque constantia aiunt ferunt calamitatem suam. et de his maius est
eo affectu imperiam sunt ut illam maiore constantia quam antea diligat
nobilesque succensere videantur sue electionis auctoribus immo omnes fratrum
loco habent. id quod mihi plus sollatii quam cetera attulit. Neque enim possum non
gratissime affici huiusmodi amicissimorum bonorum mente. Saluta officio meo Ca
rolum paulum medicum et reliquos nostri studiosos. Vale. Venetiis
v. februarii. Eidem Nicholao.

(Q) Quem haud minus possem Nicolae Car[issime] me(um) q(ue) accusare silentium q(uan)-
diu neq(ue) officiosissimis l(itte)ris tuis provocatus rescripsim aliquid. Vere-
har tamen ipsam negligentie culpam diluere putarem posse difficilius si iudi-
43 cem alium minus benivolum minusq(ue) amantem mei constitutus essem.
Magna certe ex parte acceptum referes occupationibus perpetuis: quibus i-
dies macero silentium meum. Consolatur me tamen illa vel sola quod quietem
expleto visitationis munere uberiorem mihi polliceor affuturam, ut tunc
narrare liberius liceat, & operam impendere studiis, quibus interim etiam nos cum
renuntiare cogor invitissimus. Neq(ue) vero in hac peregrinatione mea tantum
mihi ocii adest potest ut dyonisium attingere audeam. quod opus summo otio
indiget. Mecum tolleres necesse est mi Car[issime] indictam necessitatem. Vo-
tis tuis ardentissimis quamq(ue) satisfaciam xpo propitio. Veni bononiam
ibiq(ue) Ghasparem meum ex preceptore seculi factum xpi discipulum visi-
tare atq(ue) in dei ope exhortari pro officio studui. Multum solatii cepit ex
visitatione mea. e nolui bibliothecam illam quantum inter angustias temporis
licuit. nec quicq(uam) inveni peregrinitatis. Confluxerunt plurimi studiosi ma-
gnaq(ue) nos humanitate prosequuti sunt. et imprimis Stephanus poeticus pot.
pretor & marianus fr(ater) studiosissimus mei re. equites. Egimus illic fe-
me xv. dies. intra quos visitatis atq(ue) constitutis monasteriis meis venetias
venimus. Ibi grato studio acceperunt nos amicissimi mei. Barbarus. Leo-
nardus & nobiles plurimi adulescentes evoluere nos opes e(st) meas. Conti-
nuant quotidie plures officiis incredibili adeo ut pudorem meum suffu-
dant. Offendi cyriacum anconitanum hominem antiquitatis studiosum.
Ostendit aureos & argenteos nummos eos scilicet quos ipse quoq(ue) vidisti.
Lysimachi. phylippi & alexandri ostendebat imagines. Sed an macedo-
num sunt scrupulus est. Scipionis iunioris in lapide onychino ut ipse
aiebat effigiem nam hec auro tegebantur vidi summe elegantie adeo
ut nunquam viderim pulchriorem. Eam tamen nequaquam conspectam asseverat
sive sponte subtraxerit sive illam postea quam profectus a nobis est
nactus fuerit dignam profecto que abs te non ignoretur. Adiit nos
inter ceteros physicus quidam magne opinionis & celeberrimi nominis, qui
nos nulla se habere greca volumina asseveraverit & imprimis pauli peritis-
simi medici libros vii. Ghaleni ac plutarchi quedam. eam nec dum vidi.

Pollicitus e enim se missurum. Notabo siquid memorabile inuenero & scribam ad te. Feci illi uerba de paulo nostro, deque illius singulari peritia ac diligentia gratissimeque accepit: scribe ad illum quandoque scriptitare assueras ut seruatur eius amicitia. Ostendit et ipse argenteos nummos: quorum nihil eque atque alexandri effigiem sum admiratus: quam esse macedonis illius magni plurima sunt que suadeant. Nam omnia uetustissime literis grece ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ atque in fecius .M. preterea leonis pelle obuolutum cap. & alia. Nihil hactenus offendi aliud cognitione tua dignum. Libros barbari nostri ac iustiniani nec dum uidi: dabo operam ut uideam. De profectione mea ad concilium securus eram, sed eam curam inouauit opinio multorum, qui me omnino profecturum titulo legationis affirmant. Constituit eo mittere ciuitas ista, uiamque uidem missuram opinionem omnes. cum precipue pontifex ut mittatur insistat. Hoc multi nobiles ueneti. hoc legatus quoque ciuitatis nostre auguratur. Deus adiuuet & dirigat nos. Laborem profecto nullum recusabimus dum aliquid in suam laudem et pro honore ciuitatis possimus operari. Vale. nic. car. & meum mon. crebro uise nostrosque omnes hortare, & meo nomine atque officio saluta presbiterum gregorium senem hyeronimum que fratrem ac reliquos. Franciscus barbarus. Marcus lippomanus & hermolaus donatus ac reliqui familiares nostri multum te salutant. Vale denuo. Cosmo & laurentio fratribus suauissimis & carolo nostro me commendabis. Prohemium illud meum in laertii traductionem si probasti scire cupio. Venetiis ex nostro mon. sancti michaelis de muriano iii. Kl. martias.

Eidem Nicholao.

44. Scripsi ad te proxime ut et officio meo non deessem & desiderio tuo satisfacerem & ferme nihil noui superat quod scriberem. Id solum significandum fuit me integerrime ualere: nec ex immutatione aeris ullam perpessum esse lesionem. Petrus ille physicus uir humanissimus adtulit ad me postea codices grecos suos paulum scilicet eginitem peritissimum medicum de toto medicine corpore vii. libris utilis & breuiter dissentem. Nullam medicine partem reliquit quam non hoc opere suo comprehenderit & delicate & diligenter, nec chirurgiam quidem omittere uoluit nec medicamenta simplicia & composita septimus eius operis liber maxima ex parte de simplicibus e. Floruit sub iuliano cesare: medicusque nisi fallor eius 45

fuit. Volumen aliud Ghaleni ē. libri vi.
libri tres optimis litteris. Volumen aliud in quo ptolomei musica libri
iii. cum comento porphyrii subsequente & plutharcus de musica in mem-
branis brevi aptoque volumine. Plutarchi moralia in duobus chartace-
is voluminibus novis & malis litteris. Miro amore afficitur nobis & paulo
meo Cosme: nec ambigo libentissime si dabitur diverteret ad vos. Franci-
scus noster barbarus condimentum totius humanitatis duo greca & grata
volumina prophetas xvi. in uno volumine optimis & antiquissimis litteris
& Gregorii nazanzeni rariora opera. xxx. in volumine aptissimo &
delicatissimis membranis ac litteris. Ea mecum afferam ut certe promittit.
Georgius trapezuntius vir sane peritus & grecarum & latinarum litterarum li-
bentissime se conferret ad vos. si honestum sibi salarium decerneretur vel
publice vel privatim. Ardet ingenio & mirum ē quod illum confidam civita-
ti meae futurum & commodo & ornamento si accersatur. Nihil in se habet fi-
ctum: nihil fucatum plus agit quam loquatur. & iudicio meo aptissime
imbueret adulescentes tum grecis litteris tum latinis. longeque esset phylelpho
fructuosior. Si qua spes subesset eum conducendi, credas mihi car. multum
conferret civitati. Vicarius cupit divertere ad vos ut meo colloquio & contu-
bernio frui possit. Rescribes ad me quidnam respondendum sit. nam facile
negotium conficiam. Franciscus barbarus, Leonardus Iustinianus &
hermolaus ac nobiles ceteri studiosi te officiosissime salutant. Vale. mi
suavissime & occupationibus imputa si sum brevior quam res postulat &
amor in me tuus. Saluta officio meo Cosmum & laurentium fratres. Ve-
netiis ex monasterio sancti michaelis de muriano. viii. idus Iulii.
Ambrosius Nicholao suo sal. Ex venetiis scripsi ad te: misique libros do-
mini barbari mei, quos iam redditos puto: nec ambigo illos tanti fa-
45. cies quanti a me fiunt. Conveni d. Benedictum dandulum nummum quo
in quo beronicis reginae insignita erat effigies: vidi nam christal-
linam alexandri ymaginem videre vetito fas non erat. quod hanc pos-
sessor ineptus distraxisse barbaro auctore ferebat. Licet suspecta
illi erat perfidia hominis, metuentis ne hanc sibi vir amicissimus aut prece
aut pretio extorqueret invito. Beronicis ymaginem pridie quam proficiscere-
rer in plumbo exprimi iussi optime & diligentissime, quam ad te misi

sem continuo si affuisset: cui tuto ɋmitti poss. Eam uel mecum feram
uel mittam. Ex eo uiro factus sum ɔtior magistrum franciscum pistorien.
quem offendit in syria, multa tuo noi quercere: pluraq; iam inuenisse
nz tamen expsse quid inuenerit retulit. Nummum ipm aureum libera-
l obtulit / s; nolui ingratus uideri. Nummos quosdam aureos latiores
uncie ac semis pondere constantie inuentos constantini & constan-
tis ondit pulchros quidem / s; pericia artem nequaq̄ exequantes. Doluit
uir ille & alius nobilis se non antea sciuisse aduentum meum. Mul-
ta enim id genus numismata uenetijs hēe apud plerosq; nobilium que
uidenda mihi attulissent. Veni patauium ibiq; ab antistite ciuitatis
petro nrō donato acceptus sum gratissime. Placuit uisere bibliothe-
cas celebriores pdicatorum & minorum fratum. Volum pulcher-
rimum eplarum hieronymi offendi. Nihil preterea dignu de quo sc̄ri-
bam ad te. Offendi in uolumine longobardo quod erat penes marcum
& bene studiosum & sacrarum lrarum peritum vij. Antonij eplas de
quib; hieronymus mentionem in libello de uiris illustrib; facit, & aliud
quoddam opusculu āna nunq̄ a me inspectum. Eple pulchre sunt
sanctęq; doctrine. & illa maior que ad arsenoitas inscribitur. Expertus a-
micitie uice ut & has & opusculum illud marcus ipe mihi transscri-
bendum curaret. Quod se facturu manu propa gratissime pollicitus
est. hs quis sit hactenus peregrinationis mee fructus. Vicentiaz ibiq;
dein ueronam ubi sigd delitesce nostratiu delitiaz compero te fa-
ciam certiorem. Vale mea suauitas & me ppetuo dilige. Ex mōd
mon sc̄e marie de carceribus. iij. Julij. Eidez Nicholao.
Accepi diutius expectatas suauissimas lras tuas, quib; t nras eplas
maxime fuisse uoluptati significas. adeo ut eas pferas / pati nō ut
46. spo & inconcussę ciuitatis nre. Non possum nō summe gratulari tanti
abs te fieri nras ineptias. mihi q; qm tibi placent / nō place uix poss.
Igitur post hac ut sentias m gratam ee rotunditatem tuaz & me ipz
uindicabo a curis reliqs. ut scribe possim liberi & sepius ad te. Accepis-
se te in bonam ptem excusationem silentij mei gratulor plurimu & si
contra ac tu sentis mihi necessariam excusationem ipaz intelligo atq;
eo magis quo desiderio te nrarum lraz teneri cto sciebam / nz tn

occupationes ita impediebant me ut satisfacere amicissimo animo tuo in hoc
officii genere non sufficerem. Dionysii traductionem abs te commendatam
mihi etiam inter peregrinationis angustias / non modo grate sed etiam liben-
tissime accepi. maioreque affectus sum voluptate quam si ei in otio profi-
cuo me admoneres. libet enim & amplecti & obsculari studium in nos tuum
omnino rarum & pene singulare. Equidem enitar auspice deo me
ipsum vindicare in quantum licebit pacto tamen necessariis peregrinationis
muneribus: atque in otio vitam contendam. Deus adspirare votis meis dignetur.
nobisque opem ferre quo id consequi possimus. quod multum certe cupimus.
Id tibi persuadeas velim amice fidelissime numquam meliore nos fuisse animo
ad ista consectanda honestissima studia quam sumus modo: numquam liberiore
a cupiditatibus nostris propriis. Et si numquam eis cervices subiicere dignati sumus.
miseratione divina freti. Gaspar noster de quo pauca ad te scripsi bene atque
integerrime in sancto instituto valet. nec ullam in eo deprehendi incon-
stantiam & quidem cum simul per multam horam fuerimus. Con-
fido in domino illum utile vas in domo domini futurum. eo duce bibliothe-
cam conventus evolvi / non quidem examussim singula discutiendo
volumina. cum essent ibi plurima a studiis meis remotissima: sed summa-
tim perstringendo quia re vera nec hora patiebatur diutius remorari.
ex eo sum factus tamen certior nihil peregrinum ibi delitescere. Dum
redibo resarciam eam negligentiam. hic luscani monumenta plurima / & nihil
fere dignum inveni. Tarvisium quoque concessi ut bibliothecam prospi-
cerem / ut ferebatur insignem / nihil quoque omnino repperi preter ea que
sunt celeberrima & apud nos ipsosque partissima puta. Augustini epistolas
in uno pulchro aptoque volumine gallicis litteris & alia quedam in hunc
modum. Stephanus porcius & Marcianus nobilissime indolis adulescen-
tulus ut scripsi officiosissime nos habuerunt. nec satisfacere posse sibi
ipsis videbantur. Ardet desiderio delicatioris musice. & si ius civile
persistit addiscere. alieno potius iussu quam electione sua. Ferrariam die iam
in vesperam declinante pervenimus. & quoniam princeps civitatis venetias
concesserat. Guarinum quoque ipsum secum ivisse crediderat. itaque mane sum-
mo inde profecti cum iam navigare incepissemus obvium habuimus

principem brevi lembo subvectum. Postquam Sigismundum[?] Guctionem illum vastiore
ornatissimo quoque navigio complexusque nobilibus longe sequentem offendi,
inter quos Ghuarinum quoque notasse visus sum. Veronam illum rediturum
et ipse percepi. rationem ex nostro barbaro discessus sui nullam audivi quam ex-
plorare contendam. Proemium illud nostrum super Laertium probari tibi gra-
tulor satisque oblatrantium linguas armasse rationibus videor. Fantinus
noster me iam secundo adiit: excepitque convivio humanissime cum
plura lustravimus, et imprimis Iohannis Cornelii comptissimam biblio-
thecam in qua novi nihil inveni. sed multa tamen pulchra: tum profa-
na evolvi. Fantinus ipse mirifice afficitur tibi, tuique memoriam magna
certe cum benivolentia suavitate complectitur. Is destinavit in
ocio vivere missis occupationibus reliquis, et se sacrarum litterarum exer-
citio tradere. Petrus physicus vir humanissimus Venetiis est locuples,
ut intelligi datur, et in urbe celeberrimus. Grecas litteras non plene di-
dicit, miroque affectu Paulo nostro afficitur. et tibi eque Florentiam
visendi gratia venire cupit ut fruatur nostro contubernio. Que neque apud
illum sunt greca volumina in Pauli nostri potestate erunt. Postulet magna
cum fiducia nihil illi omnino denegabitur. ita devinci benivolentia
et pietate in Paulum ipsum confido. Volumina mihi a Barbaro nostro
dono data si quomodo licebit permittam. ut aspectu quoque ipso gaudeas. Ei
domum nec dum adivi. ne Iustinianum eodem modo quia sunt occupa-
tissimi in rei publicae negotiis. Dabo tamen operam ante discessum hinc nostrum
huic tuo desiderio gerere morem. Cyriacus Anconitanus hinc
abiit orientem petiturus. effigiem certe nec speciosiorem nec gra-
tiorem umquam vidi. tuique sine fine ut putem illum admiratorem
vetustatis litteras inscriptas auro numquam lecturum. De Georgio
Trapezuntio quid sperandum sit animadverti: lacrimabilemque
tragediam mestus legi ferens iniquo animo tantum valuisse hominis inso-
lentiam ut cives liberos periculo cruciatus ferme exponeret. Deus
negocia civitatis in melius laborat. dissipat. De profectione ad con-
cilium nostra nihil ut video opus ultra suspendi animo. Hermolaus
Donatus legatus huius civitatis illuc proficiscitur una cum domino Iohanne Fran-
cisco

fucis pro. De coronatione imperatoris et pace cum venetis hic firma opinio est. Effigiem auream beronicis videre contendam: tuoque desiderio satisfacere. Et chrystallinam alexandri que illa nisi fallor attestatione barbari mei abvolavit. Respondi ad omnes epistolas tuas partes, nam ferme quod scribam aliquid reliquum est. Saluta officiose meo Cosmum et laurentium fratres. Carolumque meum et pontanum quem admotum eculeo, ut par est doleo, nedum omnes demori renuisse pepi. Et ut prome operes fundant admonebis. Calamos si qui occurrent electiores ad te mittam. Nam ipse malis eque ut bonis uti soleo. Paucissimi tamen inveniuntur quales cupis, nam omnium iudicio cogniti. Patavium paucis post diebus proficiscar. Inde veronam, demumque vicentiam. Cuius antistes petrus emilianus quod antequam huc pervenissem obierat diem suum. Conatus sum illius libros videre. Papiensque psalterium illud grecum quod pulcherrimum et ornatissimum omnium quae viderit iudicio fecerit. Et necdum datum est quod hi patavii et memorentur. Eos inde transiens videre contendam et si qua preterea erunt memoratu digna, ut scribendi ad te locupletiorem materiam aucuper. Vale mi car. amice suavissime: et amantissimum tui perpetua benivolentia et pietate prosequere. Tuisque ubercimis literis nostram ignaviam excita. Venetiis ex cenobio monasterii sancti michaelis. xvj. kl. Julii.

47. Ambrosius Nicholao suo sal. Veni mantuam susceptusque sum a victorino viro optimo et amicissimo summo cum affectu ac pari pro studio et pietate prope singulari. Mecum est iugiter cum illi occupationes summas licet. Neque ipse modo verum et plerique ex discipulis suis: non ignavi et multum eruditi. Non desunt ex his qui grecis literis ita operam dederint ut traducere in latinum ceperit. Unus ex his camilli vitam transtulit et esopi fabulas et ex chrysostomo quedam greca volumina. Augustinum περὶ τῶν παίδων. platonis leges epistolas et rem p. et chrysostomi volumen. hodie reliqua illius diligenter inspiciam. Meliorem illo virum ausim nescio an unquam viderim. Tui certe et amantissimus et obsequentissimus est. Marc

meo avelli nisi egre non potest, atque inter sermones nostros lacrimas illi
excutit gaudium, ut ex labiis atque ex gestu suo facile appareat quanto stu-
dio afficiatur bonis, qui me non merentem tanto prosequitur affectu. Do-
nat cotidie egregiis xeniis et instituto vite mee accommodatis: nullamque
offitii partem vir omnium humanissimus preterire permittit. Cuius ope atque
opera negotium religionis mee satis grave, cuius gratia adveni confirman-
dum felici exitu spero. Pauca de Victorino egi tecum: neque enim permittit
hore brevitas plixius scribere. Servabimus reliqua dum licebit soli-
tas et audire et reddere voces. Nummum plumbeum ex auro forma-
tum cum regine Berenicis ymagine ad te mitto. Volumina greca
Barbari mei munus vobis puto iam reddita. Veronam crastino pro-
ficiscar: inde Vicentiam. Tum demum redibo Bononiam. Flo-
rentiam, quam postea petiturus. Epistolas Antonii magni de quibus scrip-
si ad te nec dum accepi ex Patavio. Eas mecum feram. Et si quid
dignum usque invenire potero: notabo diligenter. Hic certe nihil
preter Victorinum inveni. Vale amice suavissime et maiorem simo-
netus cursorem ex quieto monacho Ambrosium tuum misserere: licet
certe me minime omnium fatigat, et vexat equitandi etiam ad
estum fere intollerabilem labor: nullusque ex sociis huius exercitationis
patientior quam ego est agente id ut spero et confido misericordia dei, qui
indignum quiete illa solitaria voluit hoc in stadio currere. Saluta
affectu et offitio meo Cosmum et Laurentium et Carolum nostros. Salu-
ta Hieronymum fratres et reliquos ex ludo nostro. Vale denuo Mantue
xiiii. kl. Aug.

Eidem Nicholao.

Posteaquam scripseram et obsignaveram litteras profectus sum ut viserem
Victorinum. Creteramque ipsi discuterem bibliothecam. Occurrit ille
47 nobis cum filiis principis maribus duobus et puella vii annorum: ma-
ior ex his xi. minor quinque annorum est. Duo item alii pueri x. fer-
me annorum singuli: ducorum aliorum filii. Aderant cum illo et fre-
quentes discipuli. Venimus ubi grecorum voluminum comparata erat
series. Vidimus singulatim omnia. triginta ferme erant. notis

-sima omnia preter pauca. Offendimus de musica volumina Claudij
Ptholomei et Quintiliani cuiusdam bene eruditi ut ex stilo animad-
verti et Bachij senis in eodem volumine. Volumine in alio Juliani ce-
saris orationes .iiij. prolixas. Symposium sive Saturnalia de gestis im-
peratoris. sive περὶ βασιλ. duo laudes Constantii. Laudes Eusebie
regine: et in eo volumine Homeri vita ab Herodoto scripta quam sum-
pto mecum volumine continuo legi. Vidi et Iohannis cuiusdam consulis vo-
lumen de variis questionibus. Aristotelis complura vidi: sed ea omnia
sunt apud nos. De vocabulis de gramatica Herodotum. Tuchididem
Arrianum. Poetas etiam plurimos et Plutarchi parabella et alia. Quid
plura. diligentiam hominis usque miratus sum. Principis filios et puel-
lam grecas docet litteras. omnesque grece scribere didicerunt. Novem sunt
ferme pueri qui scribunt adeo venuste ut miratus sim. Vidi Chry-
sostomi traductionem ab uno ex discipulis suis factam satisque placuit.
Tres alij provectiores egregie proficiunt. Fui secum per multam horam
contulimus plurima, bonitatemque et doctrinam viri exosculatus
sum. Placuit hec addere foribus hominis/ ut sicuti pollicitus eram certiorem
de omnibus facerem. Vale Mantue. xiiij. kl. Augusti. ⁊ Eidem.
His iam obsignatis, audivi denuo Victorinum humanitatis professorem co-
ditum et cuius ardenti ingenio et proposito ad studia humanitatis af-
19 fectu eximie sum delectatus. Vidi latinum volumen Augustini de mu-
sica et cathegorias que inscribuntur Augustini: et ut vel ipsius vel al-
terius doctissimi viri esse credam id opus: facile inducit stilus sepe
et amoenus et facilis. Vidi et Acri commentum in odis Horatij. Iulij
item Firmici matheseos libros viij. quos transcribi accuratissime ius-
sit. Obtinui eo renitente et orationes illas Juliani Augusti et Homeri
vitam et Quintilianum illum et Bacchium meo nomine transcribendos cu-
raret. libentissime annuit, quippe qui ad hoc sponte impetum ferebatur.
Quam cupivi te interesse sermonibus nostris/ voluptatis profecto plurimum
et ipse accepisses et attulisses nobis. Cras summo mane Veronam contendimus
ibique sagaciter odorabimur an quid aliquid fuerit. Quod quidem credibile
non est. nec tamen ero idcirco lentior. Vale denuo xiij. kl. Aug. ⁊

EPISTOLARUM. AMBROSII. AD NICHOLAUM. NICHOLUM. LIBER. DECIMUS. EXPLICIT. EIUSDEM. AD FRANCISCUM. BARBARUM. XI. FELICITER. INCIPIT.

Cum tuas litteras diu et incredibili desiderio expectavissem nullasque mihi abs te reddi: cum ego non unas sed pluras ad te scripsissem/ non
1. secus ac par erat dolerem: meque abs te neglegi propter illarum desideratione ut crederem pene in animum inducerem. Fit enim fere ut qui

heri tandem vespri profectus ad me vir Nicholaus, Facit autem id frequentissime pro coniunctione nostra quam ipse integerrimam atque carissimam esse scis: reddidit mihi abs te litteras plenas offitii pietatis atque diligentie in quibus amavi primum amorem tuum quo profecto id actum est uti ne me iam abs te tractari negligentius existimarem. & molestia omni siquam ex cessatione offitii: atque litterarum tuarum conceperam pro tuam integritatem virtutem fidem atque constantiam liberarer: magisque pudore affici facilitatis mee quam quod abs te me desertum falso putaram dolore confici gratularer. Ut autem tu me offitio tuo atque voluptate diligentia summa affitis. ita contra sic indigne ac moleste fero tabellariorum perfidiosam neglegentiam: per quam actum video/ uti ego tuas litteras delitias meas diu ac frustra desideravenerim, ut credi vix possit. Deus id genus hominum bene evertat. Ex optas clarissimi viri Manuelis acceptis nunc primum per tuas litteras novi: teque viri illius humanitate doctrina atque sapientia acquiescere maximum in modum gratulor. Est enim re vera eo ingenii facilitate atque copia ut solus prope nostro post veteres illos quos ingenti admiratione admiramur. quorumque libris exciemur ad studia humanitatis palmam doctrine facile meo in arbitrio ~~cedat~~ referat. Eum ipse rerum maxime admiror atque in delitiis habeo: idque me sibi debere: cum pleraque reliqua tum amor eius viri atque observatio quedam mei singularis ac mirifica facit/ quam ex aliis litteris quas ad te misi & ex his quas modo ad te mitto quam id tibi gratum puto fore facile cognosces. καστορ tue biblio-

thece nunc primum accipio: cumque gratias ingentes habeam cure tue et
opere atque diligentie, non plurimis verbis dicere omittam: atque ita omit-
tam ut memoriam animi tui officii que singularis atque immortalium imme-
ritorum meritorum numquam ponere instituam. Tamen vos quod ex hisdem tuis litteris
libris siquos in meis que usui esse posse putavero, ut abs te constanter pe-
tam hortaris: nihil quidem me inde admoneri necesse fuit, cum in adeo
magnifice de te ac denica consuetudine firmissima atque fidelissima persu-
asum sit, ut non modo tua omnia, verum et te ipsum in usus meos atque in
possessionem meam aggregem. Itaque libris tuis sic utar ut meis, nec
ulla detinebor verecundia, quo minus ad te omnia in fidelissime pol-
liceri pergam. abs teque petam omnia. Tu modo id cura, ut nihil in ex
tuis celatum esse patiaris. Sed quicquid in dies ex re libraria tibi acciderit
ad me statim scribas. ad summamque in communione gaudiorum tuorum
et simul consulas commodis meis. Plutarchi epistolas quas in indice tuo
non repperi scire cupio an adhuc desideres. Sed hec satis erunt pro
ratione librorum. Dum diligentius indicem ipsum prospexero scribam
ad te quid velim. Gratum vero mihi simul et iocundum fecisti quod Lacta-
tium tuum ad me direxisti. διορθωσεως χρειαν nihil profecto
fuit quod vel abs te dignius vel suavius impartiri posset. Itaque eius emendationi
totus incumbam, atque eo gratius quo maxime viri delector ingenio n. de lactan
qui constantissime dixerim nemini veterum ne Ciceroni quidem ipsi au-
reo atque immenso flumini eloquentie meo iudicio umquam cedet: profecto
non in temeritati dabis iudicium meum. Grecas etiam ut admones litteras
illi restituam, itaque efficiam omnia, ut in nullo desiderari patiar in me
diligentiam. Nullas autem esse posse tam urgentes adeoque necessarias occu-
pationes meas, quas non tuis commodis postponendas censeam: facile de
me existimabis si plane qualisquamque vehemens sit ad usum te affectus
meus vidisti. Sed et siquid posthac operis cuiusmodi mihi iniungendum censueris
non abnuam, meaque sponte in id munus totum paro. Spondeoque ac polliceor
omnia ex animo tibi deditissimo. Sed hec hactenus. Quod in litteris ad meum
Nicholaum petis ut tibi scribi faciam Agesilaum Xenofontis, faciam id
quidem libentissime, eam operam sive ipse mihi adsumam sive nostro semper io-
cundissimo Demetrio iniungam, tibique propediem mittam. Angit autem vehe-

ment⁹ senex ipe· ꝙ cum plures lr̃as in ytaliam scripsit iohanes chry-
soloras: nihil ad eum unq̃ scripsit. cum ad illum plures ipe lr̃as dederit.
cunq; semꝑ filij loco amauerit· omniaq; semꝑ que illi ornamentis atq; ꝯ-
modis cõducere posse viderentur. quesierit, parauerit effecerit. Preterea q̃
donari cupit abs te duobus pilleolis candidis acu textis in spheraq; facie
rotundis. atq; ea forma quam inclusam hic prospicies, nullũ aũt ei⁹-
modi in hac ciuitate: cum multum quereremus inuenire potuimus,
lhoquin hanc t̃ nauandam opam non ꝑmitteremus, fereciis in hoc m̃
sibi q; gratum. Amicis optimis comunib; cum licuerit salutem dicaz
ex te. Cosmus nr̃ ornatissimus atq; sapientissimus adulescens cras sub
kl̃is martijs insigni atq; clarissimo bimestri magratu ciuitatis ꝑfun-
cturus nouus candidatus asscitur: atq; pro firmo id habetur. Nicho-
laus nr̃ ad te lr̃as dabit prolixas. Magister nr̃ monij meus senior
pr̃ optimus atq; sanctissimus uir accepit grato aĩo ꝯmendationes tu-
as: teq; atq; meum zachariam uita functum suis ꝑcibus atq; uotis
prosequitur. Is tui amantissimus ẽ. h̃t enim int̃ reliqua diuina &
singularia bona uirtutis, ut bonis omnib; qualem te ẽẽ et ipe facillime
ꝑspexit & me cognitum h̃t maxime studeat, eosq; in honore h̃at. Preterea
hieronymus german⁹ meus, alijq; nõ nulli ex nr̃o ludo t̃ ꝑlumam sal.
dicunt. Salutem dices ex me eloquentissimis atq; ornatissimis hõib;
And. Leo. Iul. Ius. Guar. ac reliq̃s q tecum sunt. & pte nos diligunt
atq; obsuant.)

Eidem Franc° Barbaro.

ccupatus scribo breuiter, ut ep̃lis tuis rñdeam necẽe ẽ, Scribam lau-
cum ero ociosior. Quid cum Augustino nr̃o clarissimo adulescente
2 egeris: utq; illum lr̃is meis exoratus humane comiter liberaliterq;
tractaueris quantaq; illi pietate offitijs omnib; humanitatis affueris
& an exculuis & postmodum ex tuis lr̃is ãdiui, nullaq; noua fere volup-
tate affectus sum. Ita enim m̃ iam ꝑdem de tuo ingenio nãq; magni-
fice ꝑsuasum est ut nulli q̃ues amplissima laus iudiciũ meum quod
de te semꝑ fuit superare posse videatur. In hac tñ parte uoluptatem ma-
ximam equidem cepi, ꝙ is adulescens te plane ac penitus agnouit. atq;
ita agnouit, ut nõ ambrosium unte tm̃, quod tu ais. id eniz profecto
paruum erat, s; summum quendam, atq; uirtutib; omnib; ornatũ uirũ

& agnovisse et amavisse ac toto animo amplexus fuisse: ex suis litteris fa-
cile intelligatur, quibus se tum solum fructum cepisse peregrinationis sue
adulescens non infacundus testatur, quod te vidit atque in tuam benivolentiam
dum iter suum pergeret: veluti in beatorum insulas delatus est. Ita enim
se acceptum egregie ita officiose pie fideliterque tractatum asserit: ut ex ipsa
etiam recordatione beatum se ac felicissimum existimet. constanterque
fateatur, si eiusmodi barbaros reperire se posse arbitretur: relictis patriis
sedibus. ipsos quoque scythas aditurum. penetraturumque garamanthas
& indos. Sed de Angelo satis. Laudationem funebrem a bizantio rege
scriptam & perlibenter accepi & summo studio totam perlegi. Offendi quam rem
longe meliorem: ita enim magnifice tantaque cum dignitate loquitur
ita summos illos ac veteres oratores exprimit, ut summam sibi laudem
et admirationem apud eruditos omnis meo quidem iudicio non imme-
rito vindicare videatur. Habeo tibi gratias ingentes quod opera tua factum
sit ut tanta oblectatione fruerer. Credas velim amare colere atque observa-
re illum regem cepi, quod prius ut in manus inducerem vix fieri posse
iustis ex causis arbitrabar. Hec inde iudicium meum. Orationes illas omnes
ad nos a poggio missas iam credo accepis. Misit enim illas nicholaus
noster. Pausaniam item quam primum missurus est ut voluntati tue morem gerat.
& iterum abs te plura petiturus. Credo ex illius litteris didiceris pompe-
ium trogum clarissimum hystoricum studio & opera summi atque doctissimi viri
cardinalis pisani in hyspania inventum atque ad nos tum transcriptus
fuerit perferendum. Leonardus aretinus commentaria scribere de primo bel-
lo punico ex polybio traductum cepit. opus ut audio egregium, nam ipse non
vidi. Dum absolverit ea atque ediderit erit cure mee ut ad te perferatur.
Bernardus civis noster nec dum absolutus est, spe tamen ducitur fore ut brevi
absolvatur. Ei ut erat officii mei inquantum licuit affui, atque adeo tuis atque
clarissimi adulescentis federici cornelii litteris admonitus quem nuper li-
berrimus litteris gratias egit. Ei dum otium adesset rescribam. Optimus atque in
omni religione constantissimus Ludovicus abbas monasterii sancte Iustine dum
recurreret ad nos aliquantulum commoratus est nobiscum. Amavimus insignem
virum atque singulari quadam admiratione amplexati sumus. Ei phy-
lostratum tuum ad te perferendum tradidi. Hieradum item propediem

missurus. De laertio diogene habeo gratias quod illum ad nos migraturum asse-
veras. Opuscula illa breviora atque peregrina xenofontis gratum mihi feceris
si ex quarum volumine sumpta mihi scribi feceris. Id illi opus antea minu-
xeram: sed quia nihil rendit, vereor ne pellius occupationes hoc illi exciderit.
Curabis pro solita in me pietate ut in hoc desiderio meo satisfiat. Nec plura
his cum aliquid certi de Jo. chry. acceperis fac noverimus. Zacharias fratri
reliquisque nostris studiosis sal. dices ex me. Tu salvebis a Ser. moreo pre. Vale.

A Ambrosius monachus Francisco suo Barbaro sal. Si bene vales gaudeo. Cum
proficisci pararet ad nos doctissimus theologus mihique pater dignissimus
B Antonius: officio suo sane non defuit: quin an scribere aliquid vellem ad te sterro-
gavit immo sponte ut scriberem hortatus est. Ego qui id diu optassem libens
parum meos ad scribendum protinus contuli. Id ante omnia scire te volo
me hesterno vespere fuisse tristi nuntio tue male valitudinis affectum
acriter. Nam cum una essemus ego et frater Mattheus intercomius utrique nostrum
ut scis familiarissimus, id se ab archiepiscopo cretensi eadem ferme hora di-
dicisse testis affuit, quo utrique nostrum inde pars maxima meroris relevata
et quod pristine integritati iam restitutum sive restituendum brevi, eodem
ipso summo viro referente certiores facti sumus. Cura francisce carissime
quantum satis amas, sive ut vales vis, ut bene atque integre valeas. Et si illic
suspitio ulla pestis est, nam id quoque audio: te ad eas regiones confer in
securius vivere atque ociosus possis. Id erit nobis omnibus gratissimum qui stu-
diosi sumus, quibusque vita tua non minus cara est quam debet. Debet autem maxi-
mum in modum. Extrica te inde queso: nihil quod est vita ista carius. Dici
non potest quam te velim incolomem. Deus omnipotens animat nostris meis
teque sua protectione custodiat. Ex magistro Antonio addisces conditionem
Nicholai nostri indignam sane atque miserandam. Eam tamen a me necessa-
rio exponi debere putavi, atque in primis quicum non secus quam cum animo
meo quicquid velim secure ac libere explicare posse iam pridem mihi persua-
sum est. Quanta fuerit inter F. et Nicholaum virum coniunctio nullus fere qui
illos noverit ignorat. Ea non ipsa coniunctio tam cara tam celebris tam
rara iam pridem non dissuta sed discissa atque adeo disrupta est ut resarci-
ende spes nulla reliqua esse videatur. Cuius autem adeo pertinacis discidii
utrisque fortassis quorundam iudicio causa fuerit. Ego alteri tamen id crimen impigro

in iniuriam phylelfi et nich.

fr. salz. Cum enim nihil ante illum, quod ego reminisci possim manaverit preter
indicia summe benivolentie, summum studium observationemque adeo submissam
ut servituti fere propinqua videretur: ille: fas enim mihi sit vera apud te loqui:
iam diu congregande pecunie studiosior quam servande amicitie: immo illius
appetentissimus: negligentissimus istius: atque adeo studiis humanitatis
quibus nulla umquam cum immodica cupiditate convenientia esse potuit infestissimus:
causas omnes immo occasiones levissimas licet aucupari studiose visus est.
que discordie possent esse seminaria. Solitam enim viri libertatem que
vel sola digna amicis est et qua sublata nihil est amicitia aliud quam feda adu-
latio egre ferens et quod ille scriptis suis ut solitus erat non per singula liba-
acclamaret immo improbaret apud eum plurima, indignans atque substo-
machans: illum iam non clam sed aperte atque in publicum lacessere cepit: amicitie
violatorem: ignarum litterarum: suis beneficiis ingratum: quia eius illum litteris suis
vel ignorandum seculo fecisset illustrem. ceteraque id genus exprobrare. Quid
plura. erupit tandem id odium intestinum conceptum visceribus in apertiores
atque immaniores inimicitias, evomuitque orationem nullum alii licet in-
scriptam, omnium quas umquam legerim teterrimam impudentissimamque atque
acerbissimam. Que quoniam ad vos ut deditis illius studio delata sunt: pau-
cis inde mihi necessario agendum video. Cum potissimum illam dedicatam
viderim. P. quille qui inscribitur orationis auctor mihi fuerat ante satis fa-
miliaris. Is eam orationem misit ad me legendam scripsitque brevem epistolam
quam et preposuit in capite illius orationis. Eam vos quanto cum dolore legerim
facilius animadvertetis qui me noveritis et Nicholaum ipsum. Mox autem re-
scripsi epistolam satis prolixam egique apud illum summa vi precibusque ut ista
non efferret in publicum, admonens illum amicitie preterite. fidei sue
iudicio non vulgaris: sed doctissimorum integerrimorumque virorum fore
ut ista oratio summum sibi dedecus indignationemque bonorum omnium pareret.
quibus esset nota vita Nicholai: que hactenus iam tunc a pueritia pudicissime
acta semper atque honestissime. Plurima autem fere omnia ipsius crimina rep-
bari posse facillime. falsitatisque convinci. Non placere sobriis auribus
maledicta tam feda tam turpia, ne si inscriptam quidem aliquem esse circum-
foraneum nebulonem iaciant. Ceteraque in hunc modum orans obsecrans

obtestans: ut dolori meo quem summum ee non ignoraret: parceret / ami-
cum integerrimum istis iaculis non insectaret. Quid aut istis adhortatio-
nibus quibus furibundi insaniam excantare nitebar profecerit: audi: ac de-
mentem furiosumque hominem mecum obstupesce. lectis literis meis mox
illam brevem epistolam quam dederat ad me omnis eius expositam inmen-
dedecus exposuit orci, ut scilicet scirent omnes me conscium sceleris quae im-
piorum ille inimicum mihi bonisque omnibus carissimum confinxerit probare
me ista convitia: quae si in latronem aliquem dicerent piget audire. Sic
enim edoctus sic instructus sum ut bona de omnibus libenter audiam / ma-
la aegre admittam / Sed impulit me ad audendum apud te ista dolor meus
atque invidia, quam in omnium maximam incogitatam sentio. ex nescio
conatu ausuque viri: qui quantum in se fuit / maledicta sua mihi probari et
talia maledicta atque in talem hominibus persuasit. Istam vero adeo tetram orationem
primum illius ee credidi cui inscribatur: sed ut postea sum factus certior ut
tota vel maior ex parte. F. e. nec hoc obstare subspicor: sed digitum fere in vul-
nus inieci. Sed ista satis atque et nimium. nec ita me ideo loqui suspicere qui
nihil in Nicholaum dici velim. cuius immoditam loquendi libertatem et si illa
ex parvo sinceroque prodire potest solum non probo: illum optimum virum scio. Sed h
tandem omittamus. Climacum a me traductum tibi magister antonius reddet:
quem hactenus mittere distuli, quia illum melioribus literis transcriptum mittere
avebam. Quoniam vero mihi summa raritas horarum: ne id per me et scriptorum inopia
ne pluris fieret impedimento fuit ne id ultra desiderares. Primamque ipsam
scedam in cartis mittere institui. Opus igitur leges egregium quidem et preclarum
spiritalium salubritate / sed parum splendidum immo et incultum. Quod necessario
mihi facundum fuit. nec enim quam non habet in sua lingua venustatem tra-
ducto illi conferre potui. Ignosce igitur rusticitati meae. Chrysostomum me-
um necdum expolivi, factumque id est: curarum nimietate: quibus distra-
ctus his delitiis studiorum iamdiu privor. Michael beninus vir tui aman-
tissimus reddidit hieronymo tabellas. te et meo ore suo officio plurimas
agit et dicit gratias. Pater senior te plurimum diligit. senexque demetrius. s. d.
Ambrosius monachus Francisco suo Barbaro pl. s. d. Si bene vales est ut volo.
4 Et si nihil erat novi quod ad te scribendum putarem / cum satis accura-

te quod nimium et fortasse prolixe ad te binis meis litteris quas te percepisse iam
arbitror, perscripserim omnia, ne tamen is iuvenis civis noster qui visendi stu-
dio venit ad nos, sine meis item ad te litteris proficisceretur: mea interesse plu-
rimum existimavi, ut tu vel hoc officio meo insignem quendam adversus te
amorem meum recognosceres. hoc tantum impresentiarum scribendum visum est.
Lactantium tuum mihi postea redditum fuisse, in quem ut primum ieci oculos
ac legere cepi, animadverti scriptorem illum imperitissimum atque ineptissimum.
quod necesse erat negligenter nimium atque mendose scripsisse. Miseratus
sum sortem doctissimi viri, mecumque tacitus indignabar aureum illud
ingenium imperitorum inviolari manibus. Laudavi preterea consilium tuum
quo tu virum illum hac iniuria liberare cogitasti. misisti que ad nos: qui et
si minus eruditi studiosi tamen satis atque diligentes sumus. Itaque spondeo
ut antea iam feci, me accuratam operam daturum. ut is quem tu mendosis-
simum ad me misisti, quam emendatissimus ad te proficiscatur. atque de imperito
barbaro & rustico, quantum fieri per meum laborem poterit, eruditus, latinus
& urbanus fiat. Qui si apud me plusculum temporis fecerit moram
mirari penitus inde non debebis. Solent enim qui desperabiles languent
plurimam apud medicos facere. Curabo tamen diligentius ne tu
illum sepe nimium atque diu desideres. Agesilaus Xenofontis hoc biduo
quem statim mittam ad te. Nicandrum tuum abs te per pro-
ximas litteras petii: curabis tu pro tua in nos benivolentia morem gerere
nostro desiderio. Epistolas Plutarchi si acceperis facies nos certiores. Alexan-
der ille aphrodisius cuiusmodi sit quanta magnitudine, qua ve tractu
facie. quos ve Aristotelis libros exponat scire plenius cupio: si sit inter
tuos vel tuorum familiarium grecos codices. opus quoddam cui climaci
vocabulum est, ingres diligenter, atque me inde etiam facies per tuas litteras
certiorem. Aveo enim vehementer illud accipere quod sit
vehementer utile atque necessarium. Est quidem id opus in latinum traductum,
verum ita inepte ut preter sibillas qui intelligat fere sit nemo. Si illud
accepero fortassis illi reddam faciem suam, quam sibi quodammodo tra-
ductoris imperitia atque perversitas abstulit. Ut enim sum factus certior
ex nostro chrysolora splendet ingenti nitore eloquii. Vin quantum plurima dete

quoque mihi persuadeam, te me esse alterum, cum non modo tua uerum et tuorum
necessariorum pro mea existimem. Si dum accepit ex cypro libros suos leo-
nardus Iustinianus curabis ut conficiatur diligentem indicem, qui librorum
contineat nomina singulatim, sed et quid reliquorum omnium tuorum uoluminum quo-
rum habet, ad quos tu habes spes: cupio certius nosse. Nicholaus noster ad te misit
Ciceronis epistolas ad atticum quas te accepisse iam existimo. Is maxime
te diligit. Cumque ante paucos dies cuperet graecas litteras pandectarum tibi tras-
cribere, rei difficultate uictus desiit. Sunt enim illi libri ueluti ex sa-
crario mineruae proferendi, nec sine magistratus permissu inspici illos
est licitum. quod imperitum uulgus nescio quid illos esse arbitretur. Persistet tamen
ille morem at tibi gerere, nec quicquam missum faciet diligentiae ad id effi-
ciendum. Guarinum meum saluere iubeo, item quoque reliquos insignis ui-
ros, qui nos tecum colunt atque amant. Marcus noster et Senex demetus et
non nulli ex nostro ludo tibi salutem dicunt. Uale. ex nostro monasterio XI. Martii.
[A]mbrosius monachus Francisco suo humanissimo salutem dicit. Ex quo legi extre-
mas litteras tuas, quibus chrysostomum meum ut iam ad te dimitterem
maximum in modum oras, credi uix potest quam mihi ipsi displicuerit ista
uel cunctatio uel negligentia mea. Etsi enim librariorum perfidiae eam
moram adeo molestam non iniuria acceptam retulerim: quibus ego
ut quam ornatissimum codicem acciperes, transcribendum dederam, tamen
cum egregiam in me uoluntatem tuam et singularem animaduerterem, iam
pridem quibuslibet litteris descriptum mittere debueram, ne tibi mihi uoluisse
dicere, ullo in loco deesse uiderer. Sed cum id officium antea parum diligenter
exsequutus sim, priorem negligentiam maiore nunc resarcire aggressus
sum, ne me καταπαύσαι effugeret uel quo.
Accipies itaque mi Francisce suauissime desideratum diu chrysostomum
meum, et si non ornatissime ut par erat, utique ad id insederat scriptum,
fideliter tamen quantum inter occupationes licuit digestum et emendatum. Leges que
ipse: et quibus fuerit legendum siue et transcribendum dabis. Referes
item hanc gratiam amori nostro ut in   in usum fuit in ma-
ginibus adiicias dum legis. Id enim ipse ne facerem plura fuere impe-
dimento. in dictum quoque tuum mihi et fidelissime et constanter remittabis.

Federico ferrariensi humanissimo uiro in q3 iuncto fidelissima gra:
si exemplar dederis gratissimum feceris. Misurum eniz me ad illum
id opusculum recepi: s3 p librariorum penuriam non licet. Negotia t
semp affero s3 du me te altum ee puto & pme fero si id offitium qd
implere ipe non possum: t ming uice meo quodamo id facere indebes.
Nicholaus nr adnos reuertit summum q3 sui desiderium nobis suo cospectu
leuauit. Te t. pl. s. d. Basilij eplas adte pferendas curaui. eas dum re-
cepis facies me certiorem. Nihil preterea quod scribendum uideret occurre-
bat mo. Venio pt. hieronymus q3 pt & demetrius senex t. sal. d. Tu Za-
charie summo uiro fri tuo & Guarino nro s. d. ex me. Vale mei dec'
Florentie. iiij id. Jan. 1418 Hucusq3 scripseram cum profectus est
adme Iohanes minime bone fidei comis atq3 iocundissimus uir. Is
cum chrysostomum meum mittere adte uelle dicerem: hasq3 lras dare
negotium istud ut fidei sue pmitterem facile psuasit, iussitq3 ut t suo
nomine sal dicerem. seq3 tibi maximum imoz commendarem. facio illud
et fidenter & plibenter cum tuam adiusmus illum uoluntate pbe noui.
A
mbrosius monachus franc suo pt. s. d. Facit hore breuitas ut eis
lris tuis quas proxime suscepi breuiter et rendeam. Gratum in maxe
6 fecisti q basilium tuum adte tandem puenisse significas. Angebar
incredibiliter tanto tuo desiderio: uix q3 satisfacere offitio meo arbitrabar
posse. Bene ergo actum e q cu t uir ille amis nr reddidit. Apolloni
um tuum, itemq3 phylostratum apud me intim bona fide seruabo. quoad
qui adte pferat nactus ero. Quod de Chrysostomo meo & epo Vince-
tino scribis summa me uoluptate affecisti, qm certior sum factus su-
mo illi atq3 doctissimo uiro probatos ee. Is ut amo tuus quo tu in
cunctum orbem si fieri possit conciliare cupis. in q3 familiariter
gingere francisto suauissime nec nouus & admodum gratus est. Ei aut
uiro aliisq3 item nicholao disertissimo physico tuum uero que studiosum
ee mei extuis lris intelligo salute pte renuntio. Ex de peregrinatione
illa uera inpalestinam scribis locutus sum cum Nicholao nro & cos-
mo suauissimo, ad aduectoq3 Cosmum ipm id & Nicholaum uehementer qde
cupe. s3 eam rem opinione difficiliorem putare. Veret enim Cosm'

ipse indulgentissimi patris voluntatem in aliquo offendere cui ut semper est gra-
tissima filii presentia ita parum gratas esse huiusmodi peregrinationes intelligit. Et
si nihil meae inesse periculi agnoscit. tamen tam longa peregrinatio patris animum
sollicitat. Nicholaus item negotium familiarium inextricabilem laberinthum
obiicit qui se iugiter ac molestissime exercet. Multum ambigo facturus ne sit.
Sed animum suum illi suis litteris aperiet. Mihi iam silentium lux occidens imperat.
Zachariae fratri ac Guarino nostro salutem dicito. Tu salvebis a seniore patre et hierony-
mo fratre. Vale. Florentiae. ex nostro mon. xi. kl. Jun. 1418.

A [A]mbrosius monachus Francisco suo suavissimo. pl. s. d. Si bene vales:
bene est: ego valeo. Erat quidem nihil quod scribendum ad te existi-
marem. cum et ad te primum longissimas litteras et ad Guarinum nostrum sub
postea breviores dederim quae me vobis recte valere adnuntiarent. Verum
7. enim ut te sollicitudine levem: es enim amantissimus mei atque mihi
adeo omnia metuis: has vel brevissimas scribo quae item me tibi incolumem
cui te rei cupientissimum scio renuntient. Quinque iam ex nostris numero
desiderantur: reliqui belle valent. Nicholaus noster pisis quo se contule-
rat sane perquam me invito et non assentiente se extricavit pestis causa: quae
illic quoque serpere cepit, atque ad alpina iuga se recepit. Nihil ab illo pluribus iam
diebus litterarum accepi. Pisis cum esset: Lucrispe congressus est atque ab eo
tuchydidem antiquissimis ut ipse mihi scripsit litteris emit. Xenofontis sui
verbum ne ullum fecit. caute ille quidem ut solet, sed et ego vereor parum caute.
Ex litteris quas ad guarinum proxime dedi quid de Ciceronis orationibus poggii diligentia repertum sit scire potes. eius viri laudes ad te scriptas
missasque ad me nicholai nostri cura legi avidus ut tua reliqua g

copiose tu quidem ac efficaciter. sed ut est natura eius viri optimi atque peritis-
simi subtimidior mollior: vereor item ne parum commode. Scripsit etiam
ad nicholaum nostrum ut sum ex illius litteris certior factus, nihil se opere ultra in
ha re perdere ulla ratione velle. sive id fortune sue parum ample atque
ad eiusmodi peregrinationes minus, donec orationem dixit, sive tedio quodam atque fa-
tigatione animi. Quod illi facile credo equidem. Sed haec satis. Guarino nostro
Zachariaeque fratri salutem dices ex me. Tu salvebis a seniore patre et hieronymo

fice. Vale meum decus. Solitudinem meam tuis litteris fove et recrea. Florentie. ex nostro monasterio v. non. octobris. 1417.

Eidem Francisco Barbaro

Non committam ut sim tibi multa gratulatione molestus. Nam preterquam quod ex consuetudine nostra sanctissima atque antiquissima ea ipsa prorsus demum sublata est cum sint omnia nostra communia, sitque ex duobus animis unus effectus minus tamen in me facultatis esse scio quam ut ad referendas digne gratias ydoneus sim. Tanta enim sunt in me tua merita: novaque cotidie veteribus offitia accumulata ut ea diligere quidem et admirari possim: digne autem laudare nullo modo. Sed hec satis atque nimium et apud te. Ludovicus civis noster adulescens bone spei patri per litteras significavit quanto sibi commodo: quanto emolumento fuerit commendatio mea. Acceptum enim se non modo benigne atque humanissime verum in plerisque usum egregia et plena benivolentie et liberalitatis opera tua: Quo mihi nihil gratius afferri potuit. Quod ita. non te modo solum nosse cepi tuamque in me voluntatem observare. Ea nunc mihi minime nova est. quippe quam sepe alias expertus sum. Sed gaudeo fatebor enim immodice mutuam hanc nostram observationem a primis cognosci utque est carissima et antiquissima ita ut conspicuam esse et illustrissimam. Qui uberes mihi ipse pater gratias retulit tibi quoque ut itidem referrem obsecravit. dici non potest quam istuc tuum offitium et meipsum tibi et illum mihi devinxerit. Sed enim statuit vir ipse id quod tibi aliis meis litteris significaveram. Duos reliquos liberos suos eodem mittere tua itidem ope et opera in sinceros [?] honestis artibus imbuendos. Facile enim sibi persuasum est ex litteris Ludovici nusquam eos faustius aut felicius mitti posse: summam tibi esse et preceptorum peritiam [?] et sodalium coniunctam cum modestia sollertiam et assequendarum liberalium disciplinarum singularem commoditatem. ei tibi istas reddent. Quos tibi commendatos volo maximum in modum. Facies tu scio pro amore tuo in me singulari ut minus necessaria fuisse videatur ista commendatio. Hec mihi quidem sana visa est necessaria sed ut ne quid ei viro cui sum familiarissime iustis ex causis devinctus videre[r] negasse. Preterea que sponte mea: plurimas [?] enim occasiones scribendi ad te complecti consuevi adulescentulo sistas litteras meas quas

dedi. Qua

rinus noster ad me scripsit humanissimas litteras quibus te Patavium concesſ
sisse rusticandi gratia dicebat. Pollicebaturque mihi abs te dum redisses
longissimas litteras. Eas aveo mirifice. Salutem illi dices ex me. Dilectoque Za
charie fratri meo suavissimo. Maior noster senex. Demetrius hieronymusque
fratres tibi salutem dicunt. Vale mi frater. Florentie ex nostro monasterio vi. kl. octobris.

A mbrosius monachus s. d. Francisco suo Barbaro. Si bene vales. bene est
9. ego valeo. Etsi pridie nonas septembris scripsi plurimis verbis ad te respondens
tuis suavissimis litteris quas Nicholaus noster mihi a te reddiderat. tamen
cum proficisceretur ad nos vir insignis Galeottus genuensis homo mihi
coniunctus fidelissima gratia equum haud quaquam putavi sine meis
ad te litteris proficisci. quibus id imprimis te admonerem me vestre huma
nitatis industrieque virtutis atque diligentie memoria usque adeo accensum
nihilque nostra ista consuetudine coniunctione familiaritate hac in lu
ce fore tueri iocundius atque constantius. Sed hinc satis. Ut antea
dixi tuis litteris ante biduum respondi latissime quas quidem litteras meas
iam tibi redditas arbitror. nihil me necesse est modo scribendo longius
producere. Legi postea quam ille littere profecte sunt indicem grecorum volumi
num tuorum: in quibus cum plura sint memoratu digna: nobisque et fami
liaria: atque cognita: tum nonnulla quoque peregrina et illustria. que
dum tempus ydoneum nactus ero: quo preoccupationes meas ascri
bendi cura non retardarent. abs te petam omnia sive legenda sive et
transcribenda. Id tantum impresentiarum abs te petere institui ut si gram
maticus ille quem in indice notasti tibi videtur non indignus meo
usui. Erit autem dignissimus si sapiat vetustatem atque antiquam illam
sanctitatem et diligentiam. mittas illum ad me. tradens eum Galeotto
meo. quem si non satisfaciat iudicio tuo. et sunt apud te Plutharchi epistole
quas hyanter expectabam oro ut eas mittas. Afferet autem vir ille studiose
cure quecunque illi tradideris perferenda. Curabo sane omnia circa ut sine
tuis litteris eisque prolixis ad me non proficiscatur. Pilleolos illos can
didos atque   quos aliis litteris de te muneris loco petivi
pro confovendo Demetrii nostri senili capite si reperire potuisti eidem

tradita. Calamos preterea quatuor optimos illi dederis. Erit mihi summe gratum. Lactantium tuum dum accepero, nam nec dum mihi redditus est, satisfaciam tue voluntati. Agesilaum Xenofontium quam celerrime licuerit transcribendum tibi curabo. Me preterea sic ο αυτοταλος esse putato ut esse non possim magis, atque in his que tibi grata esse sensero, queve ingenio tuo nature doctrine atque humanitatis esse ulla ratione posse videbuntur accommoda: si a te inde fuero admonitus: effecturum ut in te omnium studia superem, nullique in te observando: colendo: amando penitus cedam. Cum scriberem istas litteras profectus est mane ad me suavissimus noster Nicholaus, pluraque de suis occupationibus ac molestiis mecum questus retulit se nihil per proximum nuntium ad te scribere potuisse, meque admonuit ut magis Nicandrum illum peterem. Quod facio. mittes igitur illum obmissis epistolis Plutarchi, quas tamen si receperis facies me per tuas litteras certiorem. Sed et grammaticum illum indicabis mihi penitus qui sit. Is mittit Ciceronis ad Atticum epistolas quibus noster Manuel restituit grecas litteras, quasque te maxime velle asseruit. Eschinem quem petisti mitteret si plane sciret quem velles. utrum orationem contra Cthesiphontem ac Demosthenem latinam, an magis grecum illius orationum codicem. Si fecerit quid velis fac certior, continuo gestum tue voluntati morem gratulabere. est enim ipse vir tui amantissimus, cupitque ea omnia haurire atque efficere que tue dignitati possint esse ornamento. Salutem dices eximio Guarino meo. Vale suavissime frater Florentie ex nostro monasterio vi. non. mar.

Eidem Francisco Barbaro.

Fecit hore brevitas, ut brevius ad te ac neglegentius scribam. Itaque brevibus accipe Francisce iocundissime. propediem et prolixiores et
10 diligentius scriptas epistolas daturum. Lactantium tuum ea qua potui inter angustias occupationum mearum diligentia emendatum ad te misi officio viri Federici secretarii. Quem si tibi vel minus accurate emendasse videbor dabis tu veniam occupationibus meis, quibus usque adeo distentus sum ut vix meo obeundo muneri etiam partem temporis suppedi-

rare potuerim. Sane solos vii. adversus gentiles libros emendare
potui quod horum tamen exemplaria fideliora reperiantur apud nos. Duos
reliquos extremos de ira dei et opificio hominis semitruncos attingere
ausus non sum quod eorum corruptissima tamen apud nos exemplaria in
venerim. Summe sitaque ex animo tibi deditissimo potius affectum quam rem.
Sic enim exigit amicitie sanctissima lex. Opus illud chrysostomi quod
me traducturum e greco per literas meas pollicitus sum iam cepi, atque quantum
licuit occupationibus vacare, partem eius non minimam confeci. Est autem
id opus non breve tres in libros distinctum: incumbam ei totus, fac
amque provincia mea, ut illum quam minimum desideres ne vel tua vel eorum
quorum tu aures arrexisti diutius frustretur expectatio. Videtur habere
non nihil iocunditatis: sed id tibi probandum ac iudicandum relinquam.
Par illud abs te ex plutarcho traductum summe gravitatis et equitatis
ita videre desidero, ut nihil magis actum profecto dignissime cen
seo, ut abs te illi viri potissimum primi converterentur. quorum tu et mo
ribus et vite genere convenientissime vivere ex tuo instituto delegisti, in
quo mire notior atque laudatior comitas ac morum lenitas videri facil
lime potest. Quid cum meo pallante agendum sit satis ex tuis literis ad
monitus sum. Curabo quod primum certior fias eius voluntatis. Lucullum
leonardi mei. Itemque Timonem aveo legere. Curabis ut parcia duo
pariter ad me proficiscantur. Quid de libris grecis nicholao meo scribas
notavi. Epistolas basilii epistolas cum tibi commodum fuerit mittes ad me. nam
eas dutissime desideravi. Palmarum poma dete petivi, quibus ma
ior noster abs te donari cupiebat. Video quod ea diligentissime paravis
nihilque omiseris quod ad officium optimi viri atque amicissimi pertinere posse
videretur. Addes gratiam si profectus ad optimum senem franciscum
gherardum civem nostrum. Peponum semina siccata advecta accipe
atque mittere curavis, cum ydoneus qui ferat ad nos occurrerit. Brevis
sime scribere institueram, sed nescio quo pacto finem facere: dum te ipsum
intueri, tecumque colloqui videor. Sal. tibi d. pater servus, ac hiero nimus frater tui
amatissimi. Tu ex me .s. d. omnibus qui me diligunt atque inprimis cla. Enrico
Zacharie fratri meo. Guar. quoque car.^mo Vale dulce cap. ex flor. ii. kl. febr.

Eidem Franc°. Barbaro.

Et si tuas lr̄as adhuc desidero: offitij tamē mei interesse existimaui gra-
tulari t̄ pro uolumine illo ep̄larum basilij, quod nup̄ mihi abs te red-
11 ditum, tanta me uoluptate affecit ut dici nō facile possit. Delector
enim cum erudito dicendi eius gn̄e uiri ac uetib; illis proxime
accedente ingenio tum ei⁹ uoluminis antiqtate, quam cum in rebus
cetis tum maxime in libris diligo obseruo & in honore habeo. Uer;
hanc meam uoluptatem haud par; obscurat eius opis defectus nō
minim⁹ quem tu pro tua singulari prudentia scio aduertisti. Quatuor
enim & .xx. ep̄le statim a p̄ncipio deficiunt, que si p exemplaris
opportunitatem hausisses, illic reinsererentur a me. Sz nullum eiusmodi
exemplar apud nos inuenitur. Erunt apud me ipe ep̄le, q̄ diu ipe
inspexeris uel rescribende si p demeti mei occupationes licitū fuerit
uel plegende. Prolixas ad te lr̄as hoste an̄ dies dedi quas t̄ redditas
arbitror. Legi post ad t nicolaum tuas qbus de Bartholomeo Iadraza-
nense agebas. Caue existimes illum uel molestia stomachi uel alia q̄-
uis corporis egritudine magis q̄ imbecillitate mentis uerius dixe-
rim pueritate religionis habitū deposuisse. Tot enim illi religiosi
nunq̄ se eius q̄ stultitiam parcē ptulisse uel difficultatē exsorbuisse
maiorem confessi sunt. Sz hec satis & nimium et. Orōnes tuas q̄s
ad me mitti dicebas, nō dum accepi. Uereor ne tandem ille abolet
& mihi nō reddantur. Siue negligentia siue et par; forte fideli inge-
nio eius uiri q ad me pferendas recepat. Admonebo illum ne fidez
suam parui faciat. te q; si ita uideatur ut idem facias oro. Catonē
Aristidem q; curabis pro tuo īme amore ut uideam. p̄cio ꝑmom abs te
donatos. par q; illud Leonardi mei Chrystomi opus emendaui totū, dū
id transcribi fecero, statim puolabit ad te. Nicholaus n̄r optimus ex la-
teris dolore quo acerbissime uexatus ē, penitus conualuit. Basilij ep̄las
& calamarium et reliqua q tu mihi dono misisti misi ad illū statī
mandau. accepit q; ex eis & ipe non paruam uoluptatez. Peponū semīa
Syria aduecta ut petieras accepi a te. Nihil p̄terea amplius quod scribē
habebā. Sal. t̄ dicunt. Seniō p̄r et hiero fr̄. Zacharie sal dices. Cuar. q;
pitissimo ac religiosissimo. Flor. ex n̄ro mon. V kl. ap̄lis.

F acit tua singularis virtus ac preterea consuetudo nostra rara illa quidem
atque amantissima cui ad cumulum indies aliquid accedere et sentio et ut
debeo mirum in modum gaudeo / ut de te summa confidentia atque constantia
que velim cuncta postulare me posse omnes intelligant / quo modo coniunctio-
12- nem nostram integerrimam ac sanctissimam odorati sunt. Itaque ne sim pro-
lixior quam sit necesse ita me accipe Francisce suavissime. Raynerio petri da
nanzati filio cive nostro utar familiariter. oblectat enim me honestissimi
adulescentis, cum singularis moderatio et probitas, tum inprimis inge-
nium studijs humanitatis non ad usum sed plane amicum et obstrictum
Huius pater clarus vir. ad procuratores sancti marci sive quolibet alio is ma-
gistratus appelletur nomine. (addisces enim ex eo cuncta diligentius) pecu-
nias deposuit non nullas, quas fraude cuiusdam sublatas dicunt, cum
eas recipere vellet adulescens ille, patre iam iam vita functo. ea fraus
adulescenti non satis ample rei merorem ac sollicitudinem attulit inge-
lra quam das. tem; cupitque si qua arte possit eas pecunias recuperare. Cum autem te fratrem
que tuum Zachariam meum illustrissimum virum / vestra in civitate quorum digni-
tate divitijs gratiaque plurimum posse pro compto habeat: oravit me ut tibi
causam suam commendarem, eique te prodium facerem. Nihil est minus denega-
re potui neque imminuere,
inderer. Eum itaque tibi ita commendo ut non possim magis. Facies tu pro
singulari in me amore tuo ut sentiat is adulescens quem maxime
plurimis ex causis diligo sibi istam commendationem meam magno sibi
usui fuisse. Vale mea suavitas. G et Z. nostro iocundissimo f. dices
ex me. Florentie. Ex urbe nostro mense vi. non. maias. 1419. Eidem.
E tsi pluribus ad te verbis mi Francisce suavissime scribere minime valeo
quod facit occupatio mea: itemque hora brevissima: cum tamen profectus
13. fuisset ad me clarus vir Cornelius tuus. Nicolaus Cornarius: unaque duo
suavissimi germani fratres Cosmus atque Laurentius, ideoque asseveret se
redire ad vos paratum, nequaquam mihi digna visa res est illum absque litteris
ad te meis vel quam brevibus proficisci. quibus id inprimis significarem, mihi
eius viri congressum mirifice gratum extitisse: cum ob multa alia que

tu longe prudentissime pro tua industria prospicere potes, tum precipue q te iam pridem ai mei recessibus incredibili affectione impressum ita mihi presentem reddidit ut te statim videre: tecum colloqui: tuo longe omnium mihi gratissimo congressu frui putarem. Sic enim ille de te magnifice tantaque cum dignitate loquebatur ut me et quidem tui amantissimum ad amandum vehementius excitaret. Accessit ad gratiam q is mihi spem fecit ut propediem te videndi. Quippe se abste hoc cognitum consilium tuum affirmabat. quo tu si vestra civitas q fieri tepat in quomodo corrupti aeris laboraret. receptum te ad nos una cum eruditissimo car^{mo} q nobis Guarino nostro instituerat. Id cum una cum nostro Nicolao gaudio elatus communicarem: amboque eam spem absorberemus ipso letitia impetrante rem nobis usque adeo gratissimam sperare possimus. Te tamen iterum quam modum oro atque obsecro mi Francisce humanissime uti tu nobis hanc spem inanem esse nolis, mihique per litteras quid statuas: quid cogites aperias. Erit id mihi maximum in modum gratum. Commentaria tua de re uxoria ad Laurentium optimum tuique studiosum adulescentem legi: gratulatusque sum iudicio meo. quo tu profecto unus nostra etate es q et vetustissimorum hominum summa ac excellentissima ingenia facile adequare et nostri temporis etiam superare ydoneus sis. Macte virtute qui talia rudimenta proferes quale ingenii lumen exercitatus orator exhibebis. Neque satis tuum laudare atque admirari ingenium. Sed hinc me plura hora tardior impedimento est. Lactantius tuus iam diu remeasset ad penates suos, nisi exemplaris penuria obstitisset. Dabo operam assiduam ut ad te quam primum proficiscatur. Vale suavissime Francisce. Florentie ex nostro mon. kl. Junij. Senior pr. hieronimus q fr. t. s. p. d.

Eidem Franc. Barbaro

C [14] um clarissimo equestris ordinis adulescente Angelo Marcello summam mihi esse consuetudinem iam aliis litteris meis intellexisti. Facit enim egregia illius indoles et comitas singulari gravitati prudentieque coniuncta ut illum perlibenter amem atque observem. Sola in illo humanitas hactenus

desideratur adquam citius si opam navarit consequendam eximie anã effectus atq institutus videtur/ hec una si illi accessit: quod non despo fore/ modo ipe ut cupit ei rei totum applicare animuz possit, nõ video quãobrem futurus maximus nõ sit. Sz de his melius ipe coram indicabis. Proficiscitur enim ad nos aliquot dies nobiscũ futurus. atq idẽ cum ceteris nris traiecturus mariticũ. Nihil nõ mihi minus queri re existimavi: ut qui neminem ex familiaribz nris ad te sine meis lris pgere hactenus sim passus: hunc quem ex omnibz maxime diligo/ a me sine lris ad me altium dimitterem. nõ qbz eum t' cõmendarē: ipe quippe se ipm t' bonisq omnibz satis superq cõmendabit. s quibz offitio meo atq illius mroq amori satisfacerẽ. hac illum tñ iure cõmendatũ cupio. ut teneri adulescentis aniũ ad hec prosequenda studia acri exhortationis vi incendas. qd a nemine cõmodius aptius/ melius fieri posse/ quã abs te certo m psuasum ẽ. Et si enim ea satis ardenter petere et querere videtur/ meo tñ iudicio multũ illi conferet, abs te abiectũ calcar. Sz de Angelo satis Bernardi civis nri calamitatibz vehementer condolui. Certe qz tibi illum familiarem et carissimuz novi/ uniusq ipius indignissimũ casum miseratus sum quibz potui locis illi nõ defui. Sz minus sane quã sperã imposita senioris pris auctoritas/ apud eum cuiem de quo nobis maxima pollicebamur et iustis excausis polliceri posse videbamur valuit. Enitar in his que fieri poterunt honeste quod absolvat omni offõ pietate fide/ face ut intelligat quãtum apud me momenti atq auctoritatis habeat amoris nri cõmemoratio quãtiq faciã consuetudinem nram. De Iohane chrysolora siquid exploratũ certi hẽs curabis ut lris tuis certior fiam. Eum legatum imperatoris sui profecturum ad summum pontificem: nobis dictum ẽ/ Ceterum id abs te futurum sit nec ne ad diste expecto cui tõ filia illi explorata ssima ẽẽ credo. Avet demetrius nr id ctius scire ut meliori ẽẽ aio possit, qppe qui eius istam profectionẽ diutius expectando fatigatus sit. Cla. viro Zacharie fri tuo. Guar. nrõ. ac ceteris qbz cõmemorationẽ nram grata

e[ss]e cognovis sat. dices ex me. Tu salvebis a seniore p[at]re & Sene deme-
trio ac hieronymo f[rat]re. Florentie ex m[onaste]rio mon[achorum] iii idus Julij.

Eidem Franc[isc]o Barbaro.

Cum proficisceretur ad te humanissimus vir ac tui amantissimus
fr[ater] Mattheus viterbinus maximum immodum rogavit, uti ne ullum
15. vacuu[m] meis ad te l[itte]ris amitterem, facturum enim rem t[ibi] sibiq[ue] gra
tissimam si id no[n] denegarem. ego q[ui] ultro no[n] rogatus, in h[uius]modi so
leo e[ss]e satis promptus et si fortasse non satis offitiosus, pudore immo
dico suffusus sum, q[uod] is vir alias prudens et humanissimus offitij ita
parum belle sentire de me visus e[ss]et ut putaret extorquendu[m] a me
id p[re]cibus, quod b[e]n[e]ficij ~~equidem~~ loco & magni equidem exhiberi m[ihi]
semp[er] existimavi. Nosti enim tu optimus scilic[et] a[nim]i mei arbit[er] et testis
q[uan]to semp[er] gaudio amplecti solitus sim occasiones omnis scribendi ad te,
ita ut sepe etiam cum ille no[n] s[e] offerrent ultro eas quesierim. et si q[ui]d
no[n] eo inficias longiuscule q[uam] vellem a[c] q[uam] vel is vel dignitas poscebat
n[ost]re amicitie l[itte]rarum hoc munus uterq[ue] intermisim[us], q[ua]mq[uam] ea e[st] amo[r]is
n[ost]ri vis ea consuetudinis integritas ut nullo q[ua]mvis diuturno silentio
detrimentum substinere possit. Sed de his hactenus. Non q[ui]dem scribendi ad
te materia hactenus defuit, atq[ue] eo culpabilio[r] merito existimari possem
q[uod] siluerim tamdiu. Verum ea ip[s]a materia eiusmodi e[st] ut affatim pu[r]-
gare possit obstinatissimum l[ice]t silentiu[m] meum. Sanctus enim p[ate]r n[oste]r
tuus amantissimus k[a]l[enda]s maij proxime p[re]teritis migravit ad xp[istu]m. — Mors cuiusdam patris.
Huius mihi obitus tantum meroris iniecit, tantum q[ue] tenebrar[um] effu
dit oculis ut credi vix possit. Ea enim erat in me amoris vis, tan
ta benignitas tam grata p[re]sentia ut sine illa vivere vix possim ex
quo vita ut ita dixim pendebat mea. Nego ego ullum homini hominem
oratiorem carioremq[ue] fuisse q[uam] me sibi. Quod cum semp[er] alias tum
eo ip[s]o ultime egritudinis sue t[em]p[o]re animadverti cum me ille tristem ac
pene confusum consolaretur ac blando eloquio foveret complexaretur q[ue] ac
etiam, quod q[ue] verbis non poterat summa frontis ylaritate, crebrisq[ue] ob-

seculis significaret, vix enim faciem meam abeuns ore quisq potuit quo
ad animam efflavit avellere. Quo tamen in tempore flentibus omnibus
filijs suis quos xpo ipse genuerat solus ipse tanta serenitate ac et vultu
perstitit ut nunquam illum in vita letiorem viderimus. Erat autem quod ipse mi-
nime ignoras letus semper ac renitenti facie. Quod plura vidimus in
illo atque in eius corpore signa future glorie. Nanque et ipsum eius cadaver
exanime omni vitro purius et mundius millo refragrante videbat
ea qua migraverat serenitate in eius vultibus perseverante. Cuius ego rei
miraculo et si meroris maximam partem levierem cum plena essent
gaudiorum ac spei optime omniaque non potui tamen penitus impetrare
tristitie: ne modo quidem possum: tantum ille mihi sui desiderium reli-
quit. vixque stillantes oculos hi apices evadunt. Fateor Franc. care. tantum me
me cepisse meroris, ut delitias omnis meas priores humanitatis videlicet
studia extunc fere missas fecerim, vixque me hactenus colligere ac recipe-
re possim. Christo quoque certo scio meritis exacte sanctissime vite gloria celesti
ac beata immortalitate donatum esse quod in ducem ocatum meum apud patrem. Sed
satis de patre nostro. Hec alia tam que scriberem festinanti occurrebant
Reverendus pater quoque ipse sanctus atque integer. hieronymus frater et iacobus: omnisque re-
ligiosa cohors tibi pl. s. dicunt. Clarissimis viris Leonardo iustiniano
meo, nam vere meus est, atque in sinu meo accumbit. marcoque fratri eius ac
ceteris mei studiosis .s. dices. ex me. Vale. Flor. ex nostro mon. x. kl.
septembris.)   Eidem. Franc. Barbaro
Facit occupatio mea ut brevior in scribendo sim quam vellem. Cum enim
16. nil fere iocundius nil gratius mihi sit quam ad te longissime scribere (quod et crebro
faciam cum pocium licuerit meum) intelligis profecto pro tua singulari
prudentia id quod ac cupio accidere ut ad te breves litteras dem. Tu velim me
intentissime diligas ut facis atque efficias ut non desiderem officium tuarum
que cum omnibus care sint qui modo studijs humanitatis dediti sunt, tum vero
sunt mihi gratissime. Atque nescio utrum teme dixerim, neminem puto his affici
magis quam me. Quod accidit sane non iniuria. Sum enim eo ad te animo

ut semp tecum cogitatione sim. memoriamq; beniuolentię tuę atq; pie-
tatis nunq ponam. Sz de his satis et pa has lras meas dictum e et dicet
dum uixero. Mitto ad te duas eptas longiores m chrysolorę de amici-
tia alta ad me de mensib. Secundam ad pallantem: scriptas olim ma-
nu mea: Etiam περι φασθηκος ad uiz guarinu mitte non curaui
q hanc ipe secum attulerit h atq; illam in delitijs: nec ambigo iam illa
tibi legit. Tu cura ut ad me librorum tuoz indicem mittas. erit em
mihi uel gratissimum scire queq; sunt apud te. facies id scio pro tua i
me pietate: libet enim hoc ad te uti uocabulo: quo nihil sanctius referri
in amicitijs possit. Vidi sane indiculum illum librorum clarissimi uiri
leonardi iustiniani quem ad uirum nicholaum misisti. Sz m respgam
enim te leniter q tu qn amicissimo es in me aio in bonam ptem acci-
pies. desiderari in illo uisa e diligentia. Sz nescio utrum tu illu scipsis
an alius quispiam. Quicquid illud sit cupio te in hoc imitari meaz dili-
gentiam. Nam ego siquid ad te tale scriberez facerem profecto uti id q
cumq; ad te scriberem tibi plane atq; penitus notum eet datu q in g
spectum quod abess letarere. Cupio enim cum scribis ad me talem
indicem notari in eo quicqd in quolibet codice continet singulatim
qua nanq; sit literarum facie: cui magnitudinis ceteraq; ipe facilius i
telliges q ego scribere in hac hore desideratione sufficiam. Ceterum id
abs te maiorem in modum rogo/ uti cum aliquid exploratu de totis
chrysolore isthuc uenis cum triremib accessu acceperis an q applicet
diligentissime pscribas ad me. Cupit enim senex demetius isthuc
ei prodire obuiam/ uellet et si fieri poss ad certum diem occurrere ne
sumptus ei in ea comoratione nobiscum maiores fierent. q necesse eet
Cura ut de hoc quoq; nos facias certiores p tuas lras. Sat dices meo
ghuarino reliquis q socijs tuis optimis atq; humanissimis uiris.
E x florentia ex nro mon xx. octobris.

Ambrosius monachus Franc B. S. d. s. d. Vir humanissimus uirq;
studiosus Michael Beninus ciuis nr uaciu se re arbitrat e si sine

meis ad vos litteris proficisceretur. Ego itaque etsi locupletiori illum mu-
nere ditatum mittere institueram: nam Chrysostomum sibi tradendum a me fu-
it perferendum ad vos nisi librarii tarditas: qui dudum rescribendum acce-
pat, fuisset impedimento, libentissime tamen ut soleo eam occasionem scribendi
ad te amplexatus sum. Nihil quippe mihi gratius: nihil antiquius esse potest
quam ad te frequentius dare litteras, atque abs te vicissim recipere: ut hoc officio mu-
tue dilectionis desiderium nostrum leniamus. Accepi proxime tuas litteras et
si breviores quam vellem plenas tamen officii diligentie atque pietatis quas
non minori legi affectione quam debui, quamque tuas omnes soleo. Nullius autem
omnino littere gratius me atque iocundius afficiunt quam tue. Quod esse scio ita
tibi persuasum ~~est~~ ut inde verba facere superfluum sit. Sed hec hactenus. Cer-
tior sum factus ex tuis litteris Amicum illum meum Iacobum apud te minime
decora integritate fuisse loquutum sive allocutum verius. Id mihi velim
credas fuit gratissimum. Angebar enim nimium illum tantum meum adeo
turpiter ne dixerim insipienter se gessisse ut ea dehonestissimo cetu
diceret ac tota libertate iactaret, que nec de latrone homicida nec de
scurra demum posset sine nota et rubore prosequi apud te potissimum
quem sciret singulari prudentia preditum: nobisque summa benivolentia
ac pietate devinctum. Fateor tamen doloris cepi, tantumque indignationis
cum ea mihi plurimorum inde venientium nuntiis et certa relatione pro-
pem: cum hi inprimis ista nuntiarent, quo pro religioso habitu et vite
merito non possem contemnere ut in acerrimum meroris impulsus
ea scribere cogerer, que de viro illo scripsi ad te. Gaudeo illum eius
criminis non esse reum, quod meo quidem iudicio fuisset gravissimum.
Quid enim gravius quam invidie et malivolentie stimulis agitatum bonos
mores carpere, criminaque in innocentes exaggerare, atque ea crimina
que sint omnium turpissima. Gaudeo itaque illum et innocentie vite
pepercisse, et fame sue consuluisse. Nam profecto illi magis quam nobis eo
dolendum esset si quid stultitie et malignitatis se temporarie permisisset
Quamquam vix adduci possum ut credam illum nihil omnino fuisse obloqu-

tum. et si

tum: et si non apud te: quod constantissime litteris tuis mihi persuasum est.
certe apud quempiam alium talibus tantisque nuntiis nobis exploratum est
ut dixi. Verum enim id ita se habeat nec ne minime ulterius est ingrediendum
Piget enim de his verba facere indignis sane que litteris meis pertractentur.
eaque ipse libentissime subticuissem. nisi mei et rei ipsius indignitas et amor
tuus ad ea scribendum impulissent. Sed valeant ista. Climacum meum tibi
probari gaudeo. Tuum enim gravissimum integerrimumque iudicium plurimi
mi facio. Et si ut antea scripsi a dere doctrinam abs te laudari intelli
go: est quippe illud opus densum arctum facundieque minus capax: et
quod utilius quam amenius existimandum rectissime sit. cum clarissimo theo
logo antonio massano est mihi quod tu minime ignoras magna fami
liaritas. Is cum nuper cum a nobis recederet. asseruit virum quendam gra
vissimum equestris ordinis de familia constantinopolitani regis
ad vos applicuisse, magnamque librorum copiam secum advexisse, cu
pientem e seculi naufragiis fugere, atque religiosum institutum sumere
Verum obstare illi uxorem iuvenem nec pati virum abs se avelli, esseque
illi filium bone spei adulescentem. pluraque alia maxime auditu gra
ta. Verum cum ab illo quidnam actum esset percontarer, nihil amplius
habuit quod diceret. Quaeso francisce carissime nam illum tibi haud
quaquam ignotum esse puto. ad me de eo scribas diligentius. Asseruit item
audisse apud nos celebri nuntio vulgari, tartarorum regem ad christi
fidem conversum. plurimam multitudinem barbarorum secum ad fi
dem pertraxisse. Id quoniam letitie plenum est, certius an ita se habeat audire
aveo. Curabis pro tua reliqua diligentia omnia perscribere ad me dili
genter: nec ultra quid scribere occurrebat animo. Senior pater ac hieronymus et iacobus
fratres. senexque demetrius tibi salutem dicunt. Vale francisce carissime. et nos ut facis constantis
sime dilige. Fratrem Mattheum Coterbinum virum humanissimum cum
videris salvere a nobis iubebis. Florentie. x. kl. novembris. Jacobus
iste qui te mecum una officiosissime salutat aderat cum istas scribere
oravitque se hieronymo suo adiungi. Quae cum pietate atque eruditione

merito non secus ac me ipsum diligam libens illi morem gessi. Hec ro-
ne illum a me notatum preter consuetudinem meam admireris. Vale.
Ambrosius monachus Franc. suo s. d. Proxime scripsi ad te daturum me
18. operam promittens ut libri tui quos iure meo apud te fortasse quam pa-
ecat tenui ad te perferrentur. Quos etiam si alias dedisse me illis de
medicis ut eos ad te mitterent scripsi: nolo id te moveat. nam facere
id statim meditabar ante quam illas literas reciperes, nisi primum id occupatio-
nibus meis excidisset, primum id consilium postea non satis probassem. tutius
enim videbatur eos alicui ex nostris civibus qui istic morarentur perferendos
tradere quam temere cuilibet id munus iniungeret. Preterea ut omnes tres
simul integro numero reciperes. Nam scribebat tunc noster optimus demetrius
phylostratum de vita appollonij cum iam antea nicandrum et diogenem
laertium scripsisset eos detinere pluscululum malui quam separatim mittere.
Eos tibi restituet A. Georgij civis noster thesaurus quo dominicus quorum fi-
dei commisimus ut ad te perferrent illos. instabat nicholaus noster ut cli-
macum et nonnullum ad te mitterem fecissemque satis tuis atque illius votis
si esset apud me integer. Vix enim dimidium illius est apud me. Reli-
quum accepit unus ex amicis legendum et nec dum illud restituit
Ex quo primum licebit mittam dabo autem operam ut non diu illum desideres.
Chrysostomi tres alios libellos qui sunt apud me traducere institui
pulchros sane atque utiles. an eneas ille in teuncte non invenit apud nos. 19
Basilij epistola illa quam primo transtuli: nescio quo pacto a nobis evola-
vit. Nullum enim illius exemplar mihi relictum est. In civitate
nostra inveniri illam posse existimo. feceris satis et voto meo et huma-
nitati tue si illam ad nos dimittere properaveris, ne tam diu peregrinari
se a nobis iuste queri possit. Antonius corbinellus modestissimus
vir gravi admodum ac diutina infirmitate laboravit. convaluit tamen
tum et silentio nimium cepit. Ex quo cepi tibi molestus esse. non iam verebor
ad te quod velim quod cupiam perscribere. tu si qua culpa mea fuerit in te
totam velim refundas. Facit enim humanitas tua tam singularis

ut adte omnia non secus q̄ ame ipo petere instituam. Senior pr̄ op
timus atqȝ sanctissimus grauissimis molestijs, sibiqȝ succedentib
uarijs morbis diutissime uexatus est. Dei tamen gr̄a et misericordia co
solationi meę illum reseruandum confido. Is cum iam hiems imine
at metuo ne frigore ledatur. Est aūt eiusmodi corpore tam delicato
tam tenui ut grauia uix ferre possit indumenta. Subyt animū pelli
ciam aliquam exueronam ubi optime simul et leuissime fieri memorat.
afferri curare. Id autem onus atqȝ eam curam cui securi9 possem iniu
gere q̄ tu nullus occurrit. Velim fr̄ optime inhoc uoluntati meę more
geras. Erit mihi id summe gratum. Nam cum ex illius uita ipe pendeā
uno tuo ope duos pariter fouebis: & illius corpus abiniuria frigoris
tuendo & aīm meum aciira & merore leuando. nihil ultra quod scr̄
berem occurrebat. Vale. Franc̄ optime atqȝ suauissime. Nicolao med
physico singularis humanitatis. Leonardo Iustiniano & Federico
cornelio ceterisqȝ nris studiosis. s. dices ex me. Senior pr̄. deme
tri9 senex. hiero9qȝ fr̄ tibi s. dnt. Ex nr̄o mon̄. kl. septembris. Eas lr̄as
quę hic erunt Iohanni cremonensi statim reddendas curabis. Vale.
On uereor Francisce car.me ne me ut sum profecto parum ociosus putes
q tam diu mutus apud te fuerim, nullasqȝ lr̄as dederim: nihil ani
atqȝ istituto meo alienu9 q̄ quicq̄ minus dignum de illis sentire ut ne
9 dicam loq quos tibi ipi semel magna cū constantia deuinxeris: amicosqȝ
ee̅ plane et penitus pspexeris. Ego et si me eum nō ee̅ sciam dequo
talia tibi polliceri possis nō ambigo tam pro tua nunc beniuolentia
summa et pietate longe digni9 ac magnificenti9 tibi deme et de sin
gulari uite amore meo psuasum ee̅, q̄ uel meritis meis: uel ingenijs ipz
nr̄e amicitię uideatur exigere. Sȝ hęc omitto id scias uelim in et si
tempus diripiant occupationes meę. ita ut otiū uix detur: uel breuiꝰ
scr̄bere atqȝ adte adquem maxime omniū q̄ frequentissime cupem
memoriam tam tui ita incredibile insitam ee̅. uel si dici liceat non
diem nō horam ptranseam qn tecum sim. Climaciū meū ni diu recepi.

Acceperunt illum ex me iamdiu monachi sanctae Iustinae: quorum sub-
ditione est monasterium Nicholai olim viri optimi atque sanctissimi: et
ex ipsa tam celeri post adeo mirabilem conversionem morte fidelissimi viri. Man-
davit enim Ludovicus summus vir ac dignissimus pater abbas sanctae Iustinae
illum celerius absolvi et necdum finitus est. Quam primum restitutus fuerit
illum accipies. Chrysostomi illud opusculum nuper a me traductum coe-
pit legere summus atque doctissimus vir meique amantissimus cardinalis sancti
angeli et necdum restituit. Curabo ut illum recipias quam primum. Accepi
ex viro Nicolao medico clar. suavissimas litteras: atque una lignum aloes
optimum optimique amici munus. Pudor est ingens quod agentibus occupationibus
reliquis, illi respondere hactenus distuli, fungorque sane ut semper parum offi-
cii diligens. Reddes illi litteras suas quae his annexae erunt. Guarino
item scribo litteras, quas illi reddi quam primum curabis. Neque tibi solum sed
mihi et cooperator eris. Audi quid de illo cupiam, quid petam. Rem pro-
fecto futuram sibi maxime honorificam ac summi emolumenti. Cupit
illum iuventus nostrae civitatis ita mirifice ut nihil non factura, quod
illi fore sentiat gratum videatur. Praeterea et magistratus ille cui mu-
nus est eruditos viros conducere pro ornamento civitatis, accersire illum
parat salario quod ipse statuerit. Mirumque omnino est quam multum atque
multi nominis honestissimae voluntatis summaeque nobilitatis adulescentes
subspensi sint. Erit officii item tui illi persuadere commoditati suae gerique
commodatissimam ne negligat, votisque omnium faciat satis. Plurima
forte scribenda erant sed confusus animus vix millesimam partem scribendorum
retinet. Pater senior belle valet, tibique cum sene Demetrio ac Hiero. fratre
s. d. Te absente tabellas busseas quales sunt apud nos vetustissimo
cum stilo petierat, cupitque illas accipere. Vale et scriptioni tumultu-
ariae parcito. Florentiae ex nostro monasterio VI. Kl. martias. Guarino
Ambrosius monachus Guarino Veronensi pl. s. d. Affectus sum
20. singulari voluptate ex tuis litteris quas paucis ante diebus accepi. Sunt
enim ea suavitate lepore: et quam plurimi ut faciam facile admoneo

beniuolentia in me atque caritate, ut omnino in bono et erudito uiro
ac a Guarino meo profecte uideantur. Te enim mihi talem tuique re-
nuntiauerunt qualem et quantum ipse iam pridem noram et probe callebam
Eis ego litteris tuis amenissimis et humanissimis tumultuario isto officio
respondere institui +   singulari uenustate
moderatione grauitate confectas accipio et quidem grauiter et perlubenter.
Quem enim uel socordissimum non moueat uel orationis dignitas uel argumentorum
quibus utaris subtilis elegantia. Non est nobis ferreum pectus et adaman-
tina precordia non silue natos hircane nutriere tygrides. Afficiunt me
ista uelim credas et maximum quidem in modum. Uerum hec ipsa tua sententia
qua tu parum referre arbitraris scribere an tacere instituamus, cum simus
tam uetusta inter nos confirmata familiaritate deuincti, ut amicus uterque
simus presens sit. et si sapienter ac magnifice dicta est tamen seuerior quam ut mihi
probari possit: magis quod ea Catoniana quam Ciceroniana est. Nosti enim sa-
ne quam fuerit illi uiro molesta absentium amicorum taciturnitas. Nec mirum
erat. Quid enim sane adeo exhorrescit amicitia ut solitudinem, an uero
illa solitudo dicenda non est cum amicorum conspectu et contubernio
destituti sumus. At istud amicorum desiderium litterarum tantum crebra ui-
cissitudine lenire ac consolari consueuimus. Non ergo satis diligens satis-
ue peritus offitiorum sanctissime necessitudinis uidebitur, qui id quod solum
reliquum est solatium sustulerit. Sed hec nimis fortasse austere. cum propo-
situm sit seueritatem immodicam quantum fieri potest castigare, eam que ex
medio mee inuectionis amouere qua non tam seueram rusticam et mutam
quam et blandam et urbanam et eloquentem esse intelligo uolo. Qua-
rine suauissime: atque una tecum barbarum neminem nihil mihi gratius
nihil iocundius afferre posse quam litteras nobis quam creberrimas et [illegible]issi-
mas. Mihi certe et diffinitum est offitio meo non deesse, et si ipsi tacere
perstiteritis obruere tacentes fascibus litterarum, ut uel coacti scribere cogamini.
Facit desiderium doctorum hominum quos mihi ista pestilentie fuga adegit
ut sim tibi molestus. Utor quodam librario ualde familiariter. Is cum
tres decadas T. Liuij iam fere absoluisset duobusque exemplaribus uterer

offendit in altero eorum quod erat emendatius unam sincopen versu-
um fere lx. quod animadvertit ex altero exemplari facile. Verum id
ipsum exemplar adeo mendosum est ut nullus interluceat sensus. Egit
ille mecum iure nostre amicitie, ut illud ego aut emendarem, aut exemplar
illi aliud quod esset fidelius pararem. Sed neutrum facere licuit, causis
supius memoratis. Queso si sit apud Barbarum nostrum vel aliud quod-
libet exemplar huiusmodi transcribi iubeas eos versus. Sunt autem circa
finem extremi libri de bello macedonico ex eo loco ubi scriptum est. Co-
mitia consulibus rogandis fuere creati. P. Cornelius Lentulus. M. Cam-
phylus. Pretores idem fieri fuit duo Q. Fabius etc. usque ad id Demet-
rium iterum ad precem accusavit fuga pro pecuniam comparata etc. Pergra-
tum mihi fore persuade si eam rem confeceris quam primum, eosque versus mi-
seris ad me. Nescio quo pacto id quod ad te maxime scribendum fuit
obmisi. ut animadvertas quam sim occupatus. Galesio viro optimo atque
suavissimo cive tuo maxime familiariter utor. Facit eius singularis
comitas cum quadam honesta et grata gravitate coniuncta ut ego
illum virum iocundissime diligam et observem. Proficiscitur non-
numquam ad me mecumque est in multam horam, cum omnis nostra sermoci-
natio de te de Barbaro nostro de reliquis ibi studiosis est. Huic in sequen-
tem annum prorogatum munus fuit est. Ex litteris nostri Nicolai sum fac-
tus certior te Xenofontium emisse in quo nonnulla eius viri rariora habentur
opera. Eum dum ipse legeris, atque una ceteris illic studiosis legendum
dederis, non diffido profecturum ad nos. Atque dum ea transcribebatur
diu futurum apud nos. Sed ego dum ocium nactus fuero, ut id vel mea
vel fratris Demetrii manu facere possim, prescribam ad te: eumque iure
meo abs te petam. Tu salutabis a me Demetrium et Hieronymum fratres. Et vale
Florentie xvii. kl. novembris. Eidem Francisco Barbaro
Preteritis diebus cum spectatissimus vir Michael Beninus civis nos-
ter studiosissimus brevi se profecturum speraret ad nos litteras a me impen-
21 dio expetiit, nactum se rem existimans, si sine meis nugis proficisceretur.
Verum cum agentibus illius occupationibus molestiarum plenis intermissa

interim profectio illa est. nactus tabellarium eas ipsas litteras ad te perferendas
dedi. Tandem curis illis modice solutus vir ille ad me maturius proficiscitur.
litterasque mattii cuiusdam uiue uoce suo exposuit. Amplexus sum libens gratias
impartiti muneris, meque ad scribendum protinus contuli ne et illius
uotis et officio meo deessem. Nihil enim mihi gratius est nihil antiquius quam scribere
frequenter ad te, tuasque itidem litteras uicissim legere. Cordi fuerat hunc
ipsum tam fidelem amicum nostrum non solum litteris nostris et Chrysostomo
meo comitatum remittere ad uos, nisi librarii tarditas fuisset impedimento
qui cum illum transcribendum a me ante aliquot menses accepisset, putaremque
illum diu absoluisse, uix principia ipsius operis absoluerat. Id mihi perquam mo-
lestum sane fuit. Dabo tamen operam ut ad te propediem mittatur. Legi et litteras
quas proxime ad Nicolaum nostrum dedisti, quibus illum cum Leonardo
Aretino redire in gratiam uehementer cupis. Id ipse quoque uotis omnibus a-
ueo. Uerum cum hanc ipsorum reconciliationem sepe frustra temptauerim
operamque sane et impensam perdiderim, ceptis destiti ne incassum labo-
rarem. Eo enim hec ipsorum contemptio deducta est paulatimque intempe-
riam, ut desperandus illorum in gratiam reditus meo quidem iudicio sit. Heri
litteras a summo uiro Petro Donato archiepiscopo Cretensi accepi quibus se ualere
optime testatur. Clarissimo uiro Leonardo Iustiniano litteras dedi quibus
illi amicitie nostre gustum quendam darem, atque ad me amandum prouo-
carem. Eum igitur a me salutare iubebis atque hortaberis uti aliquid rescribat,
fore id mihi gratissimum illi persuadens. Summo uiro Nicolao physico
s. dices ex me. purgabisque meum apud illum silentium, atque in suis
me officiis persistere persuadebis. Claros item adulescentes Federicum et An-
dream Cornelios quorum mihi consuetudo carissima est officio meo salutabis.
illorum officiosissimis litteris hactenus minus respondi quod preoccupationum
mearum molem actum est, curabo tamen cum plus otii nactus ero completi
silentii damna resarcire. Vale mi Francisce suauissime et me constanter
ama. Fratrem Mattheum Viterbinum humanissimum uirum cum uideris salutare
iubebis a me. Senior pater Demetrius quoque senex, Hieronymus quoque et Iacobus fratres tibi s. d.
Florentie. ex nostro monasterio xiiii. kl. nouembris. 1420.

EXPLICIT LIBER XI. EPISTOLARUM AMBROSII AD FRANCISCUM BARBARUM. EIUSDEM AD LEONARDUM IUSTINIANUM VENETUM LIBER XII. FELICITER INCIPIT.

Ambrosius monachus Leonardo suo humanissimo et integerrimo s. pl. d.
Mirari ipse mecum vix satis possum quo pacto fieri potuerit ut tam
1. diu litterarum inter nos munus intermitteretur. nec ulla occurrit propius
et verior causa quam amica fiducia et constantissima voluntas ex qua fit
ut quamlibet diuturno et obstinato silentio amor mutuus perpetua potius
incrementa quam ulla omnino detrimenta suscipiat. Absit enim ut suspicer
me abs te ulla ratione posse negligi, quem tanta ambitione diligendum ob
servandumque suscepis. Equidem ita sentio memoriam mei tibi non secus in
herere penitus quam tuam nobis: in qua profecto veluti iocundo amenis
simoque diversorio acquiesco. Sed hec hactenus. Modo quid afferam accipe
Leonarde carissime. Magna me vis amicissimorum hominum impulit ut preter in
stitutum meum, quo iam pridem solis sacris litteris ex greco transferendis operam
dare decreveram: Diogenis Laertii libros de vita decretisque philosophorum in
latinum convertere existimans. Vicit tamen amicorum vis nimia adiectis ad
hortationibus fere dixerim summorum virorum archiepiscopi Cretensis Anto
niique Massani. Verum eius operis duo sunt exemplaria neutrum perfectum
sed utrumque quantum coniicere possum implexumque mendosum atque interdum mu
tilatum. Alterum ex his de Guarini mei volumine transcriptum est. Aliud
Antonius ipse Massanus ex urbe regia secum convexit. Nosti quantum sit tra
ducenti necessaria boni exemplaris fides. Eam quia hactenus desidero
in illis duobus voluminibus peto abs te ut si sit penes te vel alium quempiam
civium tuorum huiusmodi opus mature ad nos perferendum cures ut extre
ma manus labori meo possit apponi. Fiet enim ex collatione exempla
riorum ut multum operis ac facilitatis in emendando et limando eo
ope accedat. Preterea ut quid ipse sentias in amice rescribas pro ami
citie nostre iure inviolabile abs te efflagito, faciundum id non fuerit
nec ne, veniamque tibi promereri videatur. indicta necessitas an sed

Quippe iudicium tuum tanto pluris facio quanto me abs te sincera et christia
na caritate diligi non ambigo. Equidem quod ad me attinet invitus id
ut dixi impulsusque magnis licet viris & amicissimis prestiti. et si plura sunt
que me forte non improbabitur post longam cunctationem id facere indu-
xerint. Tuam ut dixi sententiam, tuumque iudicium expecto, ut confirmatiore
animo eadem quod hactenus in studiis iacet. Conuiti chrysostomi sermones

illos ut nihil tibi deest laboris
ac studii mei, et si nimium celeriter conuisi sint: ad te misissem, si penes
me scriptitare eos potuissem. Tanta quippe librariorum penuria est, ut eos
nisi ut primo effusi sunt non habeam, immo ne sic quidem habeam. tamque in sub-
lati sunt. eos tamen mittere ad te contendam: si recuperare potuero: neque
ipsos tamen modo. Verum quod Laertium si gratum tibi esse cognouero: dum
editus fuerit. ut me tibi totum insinuem. amico que iudicio me libenter
subiiciam. clar. viro marco Iustiniano fratri tuo. Bernardo que filiolo patre
pl. s. dico. Te hieronymus frater. senexque demetrius offitiosissime salutant. Vale
meum decus. Florentie. Ex nostro mon. vi. kl. Iunii. Eidem.
1 Ambrosius monachus. Leonardo suo humanissimo. pl. s. Facit ipsa tuarum litterarum
caritas, ut scribendi ad te rarior adsit occasio. Nam illam eadem quam
2 libet quolibet quecumque se offerat libenter amplecti ex instituto meo soleo.
Sed facit profecto moles occupationum utriusque, ut hoc officio parcius utamur
que tamen efficere numquam poterit ut et propterea me scilicet alio loquar ut cari
tas illa nostra germana ac penitus fixa tepescat a feruore suo. Ita
enim de te quoque nisi certo constaret gravius ferrem hanc desiderationem
litterarum. Sed hec hactenus. Geneologias deorum marcioto meo ad te re-
mittendas dedi: grecos illos versus ex homero qui deerant in margi-
nibus scripsi, invento tandem exemplari quo versus illi continerentur
emendatius scripti. Nam eos ex auctore decerpendi otium minime suppedi-
tassem. Clementer itaque tollerabis prolixiorem moram. Fecit enim tum occu-
pationis molestia, tum exemplaris desideratio, ut quod paucis horis
absolui potuissem plusculum dilationis acciperet. Bernardum nostrum ex me sa-
lutari cupio eum ardenti ingenio et industrie apice quantum sentio minime

degeneranti adijcerem exhortationis stimulos nisi superfluum existima-
rem, cum te habeat ingiter cuius monitis et exemplis indies proficere possit.
Quod tamen est offitij mei ita illum commendo tibi ut cum ei hoc debeas atque
ex te persolvas pietatis offitium intercessione tamen atque commendatione mea
reddas id gratius et cumulatius siquid ad cumulum possit accedere et cupi
am et optem. Dici non potest quam velim illum diligenter instituti percipere simulli-
mum fieri. Marco fratri integerrimo viro sal. dices ex me. Barbarumque
nostrum cum videris et hermolaum suavissime indolis adolescentulum
leonardi mei, ut ex illo ipse sum factus certior equalem atque indiscre-
do sotium salvere iubebis ex me. et iacobo ac hieronymo fratribus qui te omnes
mecum una officiosissime salutant. Vale mi frater unanime. Litteras
hic alligatas domino fratri abbati sancti michaelis de murciano redden-
das curabis. Florentie. xxiiij. iulij.

A mbrosius Leonardo suo S. d. p. Non possum non moleste ferre ne-
gligentiam meam quod adhanc diem respondere distulerim litteris tuis illis
B. suavissimis quas ad me nuper amicissime scripsisti: indicium quidem tui gra-
vissimum et integerrimum et ab his in ut sentio nulla mea nova vo-
luptate dedutissimo profectum, pie prudenter amanter que rescripsisti. Fateor
mi Leonarde suavissime tanta ex hisce affectus sum letitia ut ex-
plicare id nulla ratione possim. Video quam me penitus diligas quantaque since-
ritate colas amicitiam nostram quam tu me vetera illa et castissima eius
lumina tantopere cupis imitari ut nullo ab illorum semita quam vita atque
litteris nobis aperuerunt deviare patiaris. Fiat ut certe vel sero quod tu
mihi vel minus quam medullis omnibus precaris, quam litteris ut fiat hortaris
Quid enim nobis optatius posset obvenire. Ceterum hac una mi frater a-
mantissime quod tantisper illorum vestigia deseruisse videor, dum preter illorum
consuetudinem: gentilium grecorum tendis litteris contra institutum vite mee operam
vel brevem dedi, me per quam invitissimo fore non ambigeres. Sic te cum gau-
dio sacras litteras prosequar nosti. Impulerunt me volentissima quorundam
studia, quibus diu multumque reluctatus cedendum postremo existimavi
his rationibus quas ipse disertissime scripsisti inductus. Atque una ex dei sententia

loquar. si opus ipsum antea legissem, nullis umquam precibus ut id traducere
induci potuissem. Est enim quod tu minime ignoras plenissimum diffi
cultatis, sectas omnis illas, ita ut ab eo tradunt diligenter exprimens, cum
minutissime opiniones omnis prosequatur. desiderentque plerasque latini
nos terminos. Faciam tamen quanta licebit diligentia ut absolvatur. Dioge
nem tuum ab aurispa proxime accipiam ut ex eius litteris sum factus
certior. hieronymi opus illud apud nos truncatum est, solaque priora il
la parte quam adnotasti litteris penes nos habetur. Feceris mihi gratis
simum, si reliquas illas transcribendas vel raptim curaveris. hiero
frater te omni offitio salutat. Vale mi frater optime & amantissime. Marci
fratrem meum comunemque filiolum bnardum ex me saluta. florentie
raptim: ex nostro monasterio viii. Julij.

Ambrosius Leonardo Ca. d. & humanissimo pater. s. Mariotus noster libel
lum mihi abs te detulit ut pulchre ornatum fieri posset in monasterio nostro quod
tui iuris est eritque semper adeo et frater noster demum posuisti absoluendum curare.
Equidem mi frater iniunctum tanto id studio volui quanto maximo potui. sed cum iam
defuncti sint hi qui erant huius operis maxime periti, sintque superstites adule
scentes qui proficiunt meo cotidie studio: tuli moleste satis quod minus quam
vellem polite opusculum illud exactum sit. Accipies ex animo affectum po
tius quam rem, nam fateor multum indolui, quod ipse huic opificio numquam operam
dedissem. Cupiebam enim ipse manu mea quod abs te scriptum fuisset
ornare extremamque manum apponere. Sed satis de libello ipso qui ut votis
satisfaciat tuis vel ex parte aliqua. Animadverti ex litteris ad M. tuis nihil
chrysostomi in epistolas pauli penes te esse. Adevit deus ut spero votis meis.
ut hi libri ad nos undecumque deferantur. Mariotus ille aliam libram eme
instituimus: sed retardat nos hactenus rei pecuniarie inopia. Speramus
tamen brevi affuturam necessariam summam, tumque ex eo quod acceperimus ali
quantulum mittemus vitandi doli causa. Ago gratias humanissime be
nignitati tue, quod tanto studio tantoque affectu in omnibus que ad rem nostram
conducant operam polliceris tuam. Ea uti cordi est quando opus erit, quando quidem
te cautius atque diligentius rem nostram curaturum scimus quam si tua esset.

Vernicem ex hispania advectam idcirco non libenter emimus quod assunt hi quibus eiusce negotium est eam plus habere sordium admixtum quam quae convehitur triremibus ... exsiccata, minusque esse claram ac lucidam. hispaniam quippe habundare apud nos et illi quidem vernice censu. hec an ita se habeant nihil certi habeo. De phileipho meo teneo sententiam meam non nihil immo vero plurimum habet grece levitatis et vanitatis admixtum. Me adit, et nimis quidem frequenter. Magna de se pollicetur. sed apud eos qui ut ipse quoque verissime sentis hec merces probe callent. Melius consuleret sibi, si parcius de se loqueretur. Nam nescio quo pacto laus vera et more proprio ingrate resonat. Deus illum iuvet. Neque plura festinanti occurrebant. Laurentio et marco suavissimis atque optimis fratribus me commendabis. Bernardum filium meum cum una hieronymus frater meus unico salutat et amplexatur affectu. Vale Florentie. ex cenobio nostro ... kl. Augusti.

Ambrosius monachus Leonardo suo viro cl. pl. s. Diogenem tuum lucius frater noster ad me una cum tuis ad se litteris misit, significavitque se cupere ut prope diem sibi restitueretur. Ego ne illius deessem votis facturum pollicitus sum ut opinione quoque celerius illum reciperet. Contuli itaque ingenti ac perpetuo studio, quod satis esse videbatur cum nostro exemplari. Plurima atque nostri errata magna sub celeritate emendavi, atque paucis post diebus restituendum illi codicem tuum curavi. Neque vero solum ipsum. Verum et volumen aliud novum augustini scilicet de doctrina christiana: libros quos guarini nostri nomine transcribi feci, tuo huic voluminis adieci, ut que tibi illud traderet, nam se venetias profecturum brevi asserebat monitum mittendum diutius optatum et ipsas codicem mittas. Erit id sibi velim credas mihi quoque summe gratum. Terret me fateor editio illa laertii. Tanta enim illic offenditur vocabulorum silva: ac precipue in explicandis disciplinis, ut fere desperem latina reperiri posse que grecis reddita erudito lectori aures impleant. Conabor tamen si propitius fuerit deus opus illud absolvere. Sola enim epicuri disciplina restat convertenda, extremamque postea manum cunctando operi imponam

Atque utinam numquam id opus aggressus essem. Id quippe et voluntati
mee carius et proposito conveniens fuisset. Quoniam tamen lunatius ad id
conitendum inductus sum, adhibendam reor diligentiam, quanta per
me adhiberi potest ut non nisi absolutissimum exeat in manus eru-
ditorum hominum. Revertar postmodum ardentiore animo et maiore siti
ad sacras litteras ut ceperam exercitii causa transferendas magno meo gau-
dio, dulciusque exosculabor eas quibus infans pene assuetus eram. Non
plura scribere permittebat horarum arcitas. Commune filiolum ex te de
benedico. fratremque saluto. Vale mea dulcedo. Florentie. ex meo
mon. non. Augusti. Eidem Leonardo Iustiniano
Gratum tibi fuisse opulam nostram mirifice gaudeo. Sed molestum sa-
ne est quod marcioto meo decestituenda eiusce mercede adeo immineas.
6. Quasi vero aut pretio tantula res taxanda sit aut ullo umquam officio
satisfacere singulari in nos benivolentie ac pietati tue ulla re
possimus. Itaque si me diligis quantum profecto facis omnem huiusmodi curam
et cogitationem queso abs te amoveas. Nobis enim pro magno munere
est votis tuis gessisse morem. Que scribis de vulgaribus illis libris in
scribendis curabimus quanta licebit diligentia, atque proximorum scriptorum
qui sunt apud nos litterarum facies plurimas mittemus, ut quam ipse ve-
lis deligas atque rescribas. Vermitis grana modica misimus ei quam
habemus lectissimam. Tu prius quam eam emas quanti constet significare cu-
rabis. Ducentas libras eiusce mercis cupimus: sed veremur ne ob
caritatem immodicam nimis plus solito veniat. Testamentum id veteris
puto facile penes nos emptores inveniet. Sed hec hactenus. Franciscus
Philelphus heri profectus ad me multis verbis obsecrare, ut sumpto pre-
tio quantum tibi debetur libros suos atque vestes illi restitueres, huncque sua
impensa transmitteres. Accepisse abs te litteras commotionis tue indices quibus
illum de te fuisse obloquutum conquerateris. Equidem Leonarde huma-
nissime moleste accepi ea que in hac re Marciotus noster abs te admo-
nitus retulit. displicuit que virum illum contra fidem suam esse ne satis

295

Plutarchi que dono se daturum tibi pollicitus erat, uel pretio accepto tui iuris esse sineret eius qz rei illum moleste argui qm minusq̄ uellem profecti. Cum tamen hoc extremum deme postulasset negare illi non potui cum potissimum Iacominu adulescentem diuitem ac liberalem istuc scripsisse Zenobio cuidam ut pretium omne tibi quantum posses redderet asseueraret. Prestiti ergo quod postulauit, scripturumqz pollicitus sum et si ea mihi e de tua fide atqz humanitate fiducia ul certo teneo nihil opus ee offitii te admoneri offitiosissimu omnium. Precor itaqz leonarde carme quoniam quidem res ita eo deducta e, positis iuste fortassis indignationis aculeis, ingenio tuo, nature, modestieqz obsequaris. Namqz te queri pluras dixit se stili opinioni tue derogare, parum feliciis ausu abillo attentaretur. nz hactenus adid temeritatis puto procucupit. Sibi enim imprimis inyceret maculam si uiolare aut carpe famam tuam niteretur apud eos pesertim quibus tua uirtus atqz fides exploratissima e. Et fieri pot ut Marcioto nro interloquendum aliquid incaute ac imprudenter dixerit fortasse quod tamen mihi ille non retulit. Verum id qz si contigit magna illa altitudine aı qua polles abste contemnendum censeo et spo. Supplex me multum adiit utqz hac dere se apud te purgarem depcatus e. Quod facio ne mihi ipsi defuisse uidear. si minus uel in, uel cuiuis alii de tua humanitate pollicitus fuero. quam ee summam et prope singularem nullus q te nouit ignorat. Sz nimis multa de philelpho. nz tam que scriberem alia suberant. Fratribus meis uiris eximiis Laurentio et Marco me commendabis Bernardum illustrem adulescentulum mirum e quo affectu atqz amore complectar. Felices illi aures imptor exaud. Te meum hieronymus fr omnisqz religiosa cohors omni offo ac tota intentione salutat. Vale florentie. xi. Kl. septembr.

A mbrosius monachus Leonardo suo. S. cl. et humanissimo pl. S. Si recte uales e ut cupio, ego dei miseratione hactenus ualeo. Id tibi primum significandum fuit, nequa te suspitio cruciet. ne ex diutino

silentio nostro conijcias me hac peste temptatum: que cum haud inclementer seviat adhuc tanto tamen omnium corda pavore concussit ut civitas fere omnis ex urbe migravit. Nos omnes integerrime valemus parati quantum ipse largiri dignatur, iminentem quoque mortem minime metuere sed grate ac libenter admittere. In manu nempe domini sumus: atque ideo servorum more fidelium omne ipsius iudicium omnemque voluntatem substinere immo amplecti ex nostro instituto debemus. At ne sim prolixior quod opus sit frater ille noster cuius nomine vernicem alias emendam atque ad nos mittendam curasti. cupit sibi ducentas alias ipsius mercis libras comparari: si tamen carius modo quam tunc non venit. Oravit me uti ad te scribam idque negotij dulcissime humanitati tue iniungam. Quod facio confidentius: quo id tibi non modo non grave aut molestum, verum et dulce ac iocundum fore, ut pro explorato habeam ipse voluisti, cui ut istiusmodi negotia suapte natura indigna non indigna videantur. affectus in me tuus ille egregius et prope singularis effecit. Sed mitto hec iam quid velim quid cupiam tenes: nec pluribus admonendus es. Bernardum meum dulcem et carissimum filium salvere iubeo cui felices inspiror auras, et ut ad summum probitatis et eruditionis excrescat et ad eterne salutis portum pertingat. Laurentio et Marco suavissimis fratribus me commendabis. Te hyeronimus frater et Iacobus meum una omni officio salutant. Vale mi Leonarde carissime. Florentie ex nostro monasterio iiij. kl. Augusti.

Eidem Leonardo.

Legi litteras tuas magna certe cum voluptate. Fratrem alloquutus sum meum qui vernicem eius generis cuius anno preterito nobis abs te missa est, 8. is compto pretio differre aliquamdiu instituit, si forte melius post hac id mercis genus queat comparari. Itaque quoad scribam denuo nihil curaste emas. Si mutaverit ille sententiam te faciam certiorem. Quod de volumine illo M. lippomani viri amicissimi spondum in sit video ingentes quoque curae tue atque diligentie gratias ago. Mittat illud sane tuto ad me: nihil metuens. In tantum est abest ut philelfus id norit aut

uideat ut ne hoc ipsum quidem quod ipse hac de re ad nos scripsisti illi scire voluerim licet enim ille a me ad marcum ipsum litteras daturum pollicitus sit, nihil tamen quid ipse tecum et cum ipso litteris egerim nouit. Satisque illi erat si denuo precibus eum non fatigauero. Quamquam ea cum conditio eius apud nos eaque sors, ut et si forte in illius manus ille liber inciderit eum ab inuito et renitente recipiemus. Est enim plane miserabilis, atque in dies euadit egenior. Nunquam hac tempestate digressus est credo sola inopie ratione cogente. Traduxit quedam ex greco, quo tum sudore nostro fateor explicari difficillime potest. Vincit illius improbitas propositum meum quo illi aditum ad me prorsus obstruere decreueram ne ocium meum alijs intentum et deditum studijs obtunderet. Fregitque constantiam. Sane phylonis illud uolumen mihi, me tamen petente largitus est, eaque tandem ratione in suam traduxit sententiam, ut post hac nihil se impetrari pollicitus sit. Sed ista erunt penes te. Neque enim hec ille uelit effundi. licet non eum pudeat in oculis omnium hasce mihi molestias quotidie inferre. Mittat ergo bono animo codicem suum Leppomannus noster, nihil est enim quod uereri debeat. Siquem nactus ero qui pergat ad nos admonebo illum te adeat. Quamquam est apud nos Mariotus cancellarius quidam legatorum nostrorum in admodum notus. Credo sepe illi ad nos mittant. Si marioto ipsi uolumen id dederis tutissime ad me deferet. Si tamen interim occurrerit animo tuo facilior uia aut modus tutior: mittito per quemcunque uidebitur. Ego hieronymusque frater et omnes recte hactenus et integerrime christo miserante ualemus. Fratres tuos immo iam tu asseris ueraciter nostros, filiumque communem hieronymus frater meus mecum resalutat. Vale florentie. ex nostro monasterio die xiiij. octobris.

Eidem Leonardo.

N 9. Nescio sane quo pacto fieri potuit ut mihi litteras uel ad te dederim tamdiu uel abs te ullas acceperim. Putem ocium alteri nostrum uel utrique defuisse scribendi. At mihi quidem ipse sum conscius scribere eadem sepe potuisse, sed ambigo quin ipse quoque potueris, ideoque coniicio ueri simile quod plerasque litteras ad alios dederis, in quibus mei quoque memoriam facis summa beniuolen-

tia dignatus es. et inp̄mis ad Marciotum nr̄um ſuauiſſimum, carita-
tem refercxiſſe mutuam ſuſpicē. Nihil minus ſi tu es quem certo ēē ſcio,
nihil inter minus q̄ offitioſus amiciſſimuſq; amis deſideratur. Atq; ea uis
amoris tui auſim dicē, me preter merita mea inter pauciſſimos cariſſi-
mos q; complectitur. Mihi certe ita mentem imbuit leonardi mei ſuauiſ-
ſimum nomen gratiſſimaq; memoria ut cari⁹ neminem diligam, ample-
cter obſeruem. Ea itaq; ro unica reſtat ſilentij nr̄i que uerissima atq; cē-
tiſſima ē, amicitiam nr̄am affectumq; germane prorſus caritatis ad
id excreuiſſe ut nutrici hoc litterario fomento non egeat. Sunt ēīz
iacta ſemel ſanctiſſima illius firmiſſimaq; fundamenta, extructa et
ſup ſancte dilectionis pulcherrima fabrica: culmen q; iam p̄dem oppo-
ſitum ē. Verum enim iſta iocunde mag q̄ neceſſario Marciotus ape
nc apuit mihi de libris ſacris nr̄atis ydiomatis quid cupias, q d uel.
Erit cure mee Leonarde car^me facē ut uotis tuis cumulatiſſime fiat
ſatis: idq; q̄ p̄mum. Animaduerto quippe magnum te moliri pietatis
opus, dum ſimplicioribus quibuſq; conſulere hoc offitio inſtituis. eiſq;
et ſolatio et adiumento ad eternam ſalutem capeſſendam. Neq; uero
ulli magis conſultum erit q̄ tibi honeſtiſſimeq; uoluntati. q dum aliorum
curas ſalutem: tuam inp̄mis, Libentiſſime itaq; uolun-
tati tue morem geram. nž de his modo que mandas: uerum ſiqua huiuſmodi
tibi mittenda notauerit. Sunt autem penes nos plurima, nihil omiſſu-
rus ſum diligentie dum tibi uotis q; tuis fiat ſatis, Iam
omnes ut ſigna ueniant ad manus, eligam queq; opti-
ma mihi ſignificent. Zinziber illud medicatum abſq; eo liberius poſco
Leo. car^me quo te ſcio miſſurum gratius. Dum accepero te faciam certiorem
Atq; ut abs te inciſſim aliquid cuiuſdam generis poſtulem. Didici iam du-
dum Leo. amantiſſime ingenium illud tuum agile ac profecto acreum
eaq; q; conſecutum que uulgo contra ueterem conſuetudinem rotiora
ſunt. q̄ eruditis ut ē pitiam canendi ſuauiſſimos modos
Hanc profecto ueteres illi quos admiramur. inuantium aſpernati nō ſunt ut
Socratem ſenio iam grauem fidibus cecinisse conſtet. Cuius rei coteri⁹

rudem divus quoque pater Augustinus sex libros de musica scripserit que etiam
sunt apud nos: intenderitque de melo etiam totidem scribere si plus nactus
fuisset otii. Mitto ut testiores illos dd sale sanctissimum regem ac re-
liquos qui mirifice amarunt musicam piam. Me certe et si parum voca-
lem minusque canorum: multum oblectat huiusmodi suavitas modulationis non
modo in his canticis que frequentat ecclesia: verum in his quoque vulgaribus
hymnis ac laudibus que dum ad honorem dei cantantur. Huiusce generis lau-
des tibi esse familiarissimas ex pluribus mei amantissimis sum factus
certior: ita ut illas et voce et instrumentis musicis magna cum suavi-
tate pronunties partim adiecto eis et absque melo. partim aliorum
Gratissimum itaque mihi feceris si exhibere aliquas miseris una cum
melodiis suis quas ipse cantare consueveris. Sunt enim apud nos quibus
he non secus ac mihi solatio future sint quique illas commodissima sua-
vitate pronuntient. Vides quanta hoc de te constantia postulem. Facies
pro tua humanitate reliqua: ut votis Ambrosii tui fiat satis. Significo
preterea in commune bibliothecam peregrinitatis adventum esse curabis
pro tua in me pietate ut novum Philelphus publice ad erudiendam
iuventutem nostram conductus est: nam tamen adhuc se Bononie continuit.
Francisco meo Barbaro misi manu mea traductos a me sermones Chryso-
stomi. in prima sceda ut primo impetu effusi sunt.
nam et alteri mitti nequiverunt: quia nec erant penes me alii. Eos ipse quoque studio
libentissime leges. Marcum fratrem et Bernardum filium meum ego et
meum una Hieronymus germanus meus salutat officiosissime. Vale. Flor.
iiii. kl. februar. Eidem Leonardo.
Scripsi ad te proxime nec fere aliquid erat quod scriberem aliud nisi ut
10. me significarem accepisse postmodum a modestissimo David zinziber abs te
missum et optimum et electissimum. Utor eo libenter quippe in eo modo sto-
machi quo dudum premebar perutile expertus sum. Non agam tibi gratias
pluribus verbis ne gratias atque institutum est cui maximo nolo molestus sim. Am-
plector meo munusculo atque expostulo affectum tuum in me eximium. Sum
factus certior magnum vulgarium librorum numerum: tum sacrorum tum et prophanorum

venire. eorum indices proxime mittam siquid ex his placuerit erit
meis meri. Rescribes et quicquid iusseris a te consolabit. Petri a ste
siquas uel ipse fecisses ad honorem sancte marie virginis uel salvatoris
nostri laudes uel ab aliis quomodo facte essent apud te carmine melo suo eas mittes
ad me. Nam et hisce studiis et ipse me nunc dum dedo. Queso facias
votis meis satis. Bernardum meum carissimum filium optime spei adu-
lescentulum meum hierognimus germanus meus unico salutat affectu.
Vale mi Leo. carissime. Florentie ex meo mon. v. febr. Eidem Leon.

Mariotus noster qui proxime summum civitatis magistratum illum bimestre
sortitus est. litteras tuas et ad se et ad me misit orans ut vice sua functus
11. tibi etiam prose responderem: in his dumtaxat que mecum illi communia
sunt. legi illas grate dicam an suaviter nescio. magno certe affectu
ut qui tecum colloqui viderer et longo postliminio amicissimum ca-
rissimumque hominem visere. At de his quidem quinquennii silentium purgas
humanissime afferes nihil ultra respondeo. nisi unum iam pridem
constitutam esse amicitiam meam, ut nec offitio litterario incremen-
tum aliquod nec perpetuo silentio detrimentum cape omnino possit. et
bono igitur animo tacentem pertuli leonardum meum, cui mihi ipsa repe-
titio nominis uel suavissima est et gratissime videm scribentem su-
scipio. meque tuum ac te amicissimum meum et intelligo et esse sentio. Ni-
chil igitur. Hominem enim habes ube-
riorem defensorem tui apud me quam ipsum me. Venio ad rem. Quod tecum
litteris quibusdam meis iocatus sum dum ea deterere, que mihi for-
tasse digna viderentur bono animo ut certus sum tollerasti. nec sane dere
bat alter amici ineptias confutari. quod ego orarui tuo plane silentio. Sed
debuisse satis. si ita vis penas iam dederim. ero postquam hac maiore so-
brietate facetus. Testamentum illud vetus vulgariter scriptum nescio
quo meo scelere nec dum habere merui. nec despitio constituere. Amicus
nempe qui mihi spem dederat eiusce huiusce voluminis nescio quo pacto
dilapsus est. Reperitur quippe venale passim. sed adeo fedis ac pessimis
litteris ut volumen illud sanctorum patrum quod accepisti aureum comparatione

dici possit. Dabatur spes uni⁹ inmembranis et bonis lr̃is solius scilꝫ
ueteris instrumenti. Sꝫ ea spes pquam sane refrixit. nec dum tam̃ ẽ
nꝫ penitus extincta. Curabo ut q̃ poterit fieri maturi⁹ rem ꝯficiam
ut nꝫ semꝑ pendeam ex spe. et tibi aliq̃ gratificer. Quod qꝛ fieri hacte
nus nequit patient⁹ fero libent⁹ certe nunq̃ fecerim. Duo illa uolumina,
medicina scilꝫ cordis et mistica theologia in papyro sunt bonis tñ lr̃is
Ea amici hominis sunt ꝑcioqꝫ moderato taxabuntur. Utcunqꝫ conabõ ut
flor. sex uł vij. ueniat. Tu si ea uis nam sunt apud me q̃ ꝑmũ rescri
be. Protinus enim ad te aduolabunt. Si minori item ꝑcio quero et
tibi grata erunt tuo nomine emam. Textum sniaꝝ non despero habi
turum ꝯmodioris uoluminis ꝑcijqꝫ mediocris q̃ ueniat apud nos.
Proximis aũt lr̃is meis inde te certiorem faciam. Summam illã con
fessorum nequaq̃ uenalem reꝑire possum. Si tam̃ inciderit in man⁹ meas
tuo item dicabitur nõi. Ex uolumen illud sanctoꝝ prium ꝑcij nimiũ
magni uolueris probo. Res enim uera ille cui⁹ est nihil opus hr̃ uẽdẽ.
atqꝫ ea fortasse sit rõ qꝛ tam caro uendit. Cupio doceri abs te an sit
penes uos eiusce coloris qui azurrũ uulgo dr̃. transmarini scilꝫ illi⁹
optimi copia. et quo item ueniat quod sit electissimũ ꝑcio. Quidam
enim ex nr̃is adulescentibꝫ promonij consuetudine et ornandis uolu
minibꝫ eleganter uti didicerunt. Uellemqꝫ si fieri poss uel unã librã
ipi⁹ coloris nobis comparari antea tam̃ nobis ꝑcium significari quod
statim mittendum curabimus. Uide q̃ multa rerum agam fiducia qui
nec uerear occupatissimos grauioribꝫ omnino negotijs circa nugis
molestus ẽẽ. Verum ignoscet temeritati summa benignitas tua. philel
fus sese ad nos contulit publiceqꝫ conductus ẽ. Deus illum dirigat
Marco frĩ et bernardo filiolo absentibꝫ salutem imꝑtior ac tⁱ una cũ
hanc temporariam & eternam. hiero⁹ frẽ meus unico te stringit af
fectu. Vale mi fr̃ optime atqꝫ suauissime. florentie. ex nr̃o mon̊ viij
maij. Lr̃as his annexas queso rhodum mittendas cures. q̃ ꝑmũ licebit.
Ambrosius leonardo Iusto. cl. pl. s. Ea ipsa die imo hora qua suauis
12. sime mihi abs te lr̃e reddite sunt. Vetus unũ testim̃ cui⁹ mõi ab amico

tuo desideratum diu est: in duobus voluminibus carthaceis/ novis tamen fere-
me et quantum ipse sentio litteris non malis emebam. Nolui absque Mariotti mei
sententia quicquam diffinire. Vidit volumina laudavitque: pretium est florenorum
XX. quos ea tandem ratione persolvi fecimus. ne a nobis avolaret quod fuerat
quesitum frustra tam diu/ erant enim competitores qui tantidem id opus
emere parabant. Sic tamen emimus ut si amico tuo volumina fortasse
non placuerint minimo suo detrimento ea restituere queat pretiumque recipere.
ea quam primum licebit mittemus: duo reliqua volumina que sunt apud
me conabor si efficere quivero ut habeantur eo pretio quod ultimum posuisti
mittamque ad te: Sin minus faciam te certiorem. Textum sententiarum spero quam primum
habebimus optimum et commodissimum: sumamque etiam fortassis illam
Lucam habeo ad manus venalem que celebrior cunctis eiusmodi summis est.
scilicet de casibus conscientie. novam pretio flor. XV. placuit id significare
tibi/ ut si forte placuerit cedat in usus tuos. Minus fortassis pro ea da-
bitur quam petatur. nam tamen id pretium enorme est pro celebritate raritate
voluminis. Volumen de vitis sanctorum patrum si quod occurreret dignum
familia tua curabo quanta poterit diligentia ut tuis viris commodo pretio fiat.
Piget Leonarde carissime pretii nimis magni. Veneunt ecce iam carius vul-
gariter quam latine scripta. Sed obtemperandum consuetudini necessario est/
Azurri quod sit letissimi coloris et eximie subtilitatis libram unam mitti
nobis cupio. Pretium quod ipse scripseris et cui iusseris dabitur. Tu velim
id cures diligentius/ ut duo ista in illo precipua sint coloris gratia atque so-
tilitas. Paululum tamen ex meo mittimus hisce inclusum litteris/ quod est tenu-
issimum. colore tamen quod a te mittetur prestare cupimus/ Erit cure tue
ut id cautissime deferatur ad nos/ Fuerunt semper in nostro more/ ne modo
quidem desunt qui illo ornandis voluminibus scitissime venustissime
utantur. est quippe id ministerium ocio religioso non indignum. Lauren-
tio fratri suavissimo me Hieronymumque fratrem meum commendabis. Marcum fratrem
Bernardumque filium salvos esse atque incolumes tecum perpetuo cupimus, notisque
depositum omnibus Philelfus heri ad me profectus est/ cum salutem ex te iussi
gratissime accepit/ seque iam scripsisse litteras quas ad te mittere pararet dixit.

Que ad me de illo scripseras numquam venerunt in manus meas, negligentia
non quidem tabellariorum que nulla fuit, sed eorum qui eas litteras a tabellariis
reddendas acceperunt. Si tamen mens tua innotuisset mihi, quam quidem
assequor coniectura, nihil me admoneri opus erat, cui non minus cure
est occultare que velis secreta esse: quam tibi ipsi propositum atque preterea est omnem
dissensionis et oborte auferre materiam non fomitibus malis augere. Quo
pretio conductus sit fateor non satis exploratum habeo. Ducentis tamen
flor. ni fallor audivi. Rem ex eius litteris disces. Quadringentos annos pe-
tierat, mirarique vix satis possum illum pretii
eam passum esse. Nihil tamen certi affero quod re vera nondum id indagare potui.
Frequens habet auditorium variaque de illo inter doctos sententia incepit. Neque
his plura hore committit brevitas. Vale mi Leo carissime. Florentie ex nostro
monasterio. xxii. Maii.

Eidem Leonardo.

Quod te crebrius obtundam litteris: tibi ipsi imprimis imputare debes, qui eam
fiduciam prestitisti. Scio te occupatissimum rei publice maximis gravissimisque
13. negotiis. Nam de privata re nihil dicam, qua te distrahi distendique necesse
est, atque ideo paucis quid velim expediam. Frater ille noster vernacule emi sibi cu-
pit, ducentasque eius mercium libras ad se mitti, si tamen pretium maius non est,
quam postremis tuis litteris mihi significaveris. Obsecro illi morem geri, curesque
per aliquem ex familiaribus tuis id ipsum genus eo pondere ad nos quam primum
licebit mittas. Letissimo nuntio affecti mirifice sumus, quo civem vestrum
summe reverentie virum Gabrielem assumptum pontificem romanum
Eug. pp. iiii percepimus, magna atque suborta spes est fore ut non modo Ytalia a bellis quibus
iam diu vexatur conquiescat, verum omnia vertantur in melius et in antiqua
sanctitatem redeant universa. Adsit deus et adspiret votis nostris. Vale-
mus omnes Christo miserante. Divum abbatem sancti michaelis venerabilem patrem
meum gravi morbo detineri comperimus. Esset illius obitus magno de-
trimento religionis nostre. Deus illi pristinam incolumitatem largiri di-
gnetur. Dyonisium meum cum videris salutabis officio meo. Marcum fratrem
et laurentium patrem. Bernardumque filium salvere iubeo. Vale. Florentie
ex nostro monasterio. x. martii.

Eidem Leonardo.

Credo iam renuntiatum tibi infelicitatis meę casum. Ego enim quam
trigesimum annum clausus exigeram in mon(asterio), repente ab ea quiete in imen-
sum curarum pelagus eiectus naufragia timere incipio. Adeo enim
14 me perturbat nimia procelle vis ut non possim non ingenti tremore con-
cuti. Consolatur quidem merentem ac tristem animum meum et de extreme
sortis timore sollicitum ea consideratio quod invitissimus religionis opus
accepi. Sed tamen parva ista consolatio minus valet quam ut merori ac de-
sperationi queam obsistere. Ac nisi me divine miserationis erigeret spes que
numquam se expectantibus deest, absorberer ferme vi doloris immodici.
Ista significanda putavi nobilitati tuę, ut qui fueras gaudii, meroris quoque
particeps fieres. Simul et lenires amici offitio angorem meum. Domino abbati
sancti michaelis venerabili patri meo et amantissimis fratribus abbati de carceribus
et suppriori monasterii sancti matthyę litteras scribo, quas illis reddendas cu-
rabis. Essem prolixior si me permitteret occupatio nimia. numquam tamen
illa tantum poterit, ut me a scribendi offitio abduceret. Bernardum filium
salvere iubeo. hieronymus frater omni te offitio salutat. Vale mi Leo carissime. Flore-
ntię ex nostro mon(asterio) xxiii. novembris. Eidem Leonardo Iust(iniano).
Diutius desideravimus litteras tuas. Nec ego ad te quicquam scripsi nec tu nullas
ad me dedisti, qua tamen in re nihil minus interfuit quam negligentia. Ego enim
15 ipse quod grate libenterque confiteor diligentissimus fautor offitii. nec plurimum
licet silentium obtundere potest vel modice aut relaxare amoris intentionem.
Tu idem de me tibi persuasum scio ut quantum libet obstinate sileatur non putes in me
refrixisse caritatem illam meam raram et antiquissimam. Sed hactenus ista.
Puto mirabere novam et propemodum verecundam postulationem meam.
Instant apud me magni viri et quorum preces negligere nequaquam possum, ut
epistolas meas illis scribendas tradam. Et cum harum nullas esse penes me co-
piam eandem, eas ut ex his ad quos scripte sunt colligendas curem po-
stulare credunt avidissime. Porro id quod sit verecundum non ignoras
sed tamen vel hoc ipsum illis negare possum: ea sunt virorum insignium merita.
Te oro si que sunt apud te exemplis, nam scripsisse plures memini eas
omnes ad me mittas, ad te quam transcripte erunt remeaturas. vestrasque

pudori meo q̄ in non licēe apud te existimaui. Vale Florentię. ex mō-
mon⁹ scē marię de Angelis xv. febr. Cosmo de Medicis.
A mbrosius Cosmo suo pl. s. Adulescens quidam plane eruditus atq;
humanus quippe qui Guarini auditor fuerit. sese huc contulit ad dis-
16. scende grecitatis causa. Substantia ē quantum assequor tenui, et cui op⁹
sit aliena ope substentari. Videtur imprimis moderatus. Aperuit m̄
propositum suum quo pedagogi sese inordine transferri uult ut har
uictum. Venit protinus inmentem pet' filioli nr̄i: qui poss' plurimū hoc
pedagogo & institutione proficē. Nihil tamē illi de te dicē uolui nisi p̄
explorarem sn̄iam tuam. Si illum tecum hr̄ē uis, erit illi bns̄ loco
puerorum nr̄orum imo pueris conducet ut spo plurimum dum qui se fōmet
assiduum habebunt preceptorem. Exegi ab ipō ne usq;piam se fioeret
nisi prius rediret ad me. Appellatur aūt paulus sarzanen̄ celebris
sane quantum grecio nōis. Fac oro me ctiorem uoluntatis tuę. Hanc; hodie
uespi remeabit ad me. Quintum curtium de gestis alexandri oro
ut mittas. Auet enim quidam ex nr̄ō q̄ge legere illum.
A mbrosius Leonardo Justiniano v. cl. pl. s. Et si ea nr̄ę amicitię
et antiquissime consuetudinis sanctitas ē, eaq; constantia: ut nō au-
geri lr̄is: nec silentio possit imminui, offitii tamē mei plurimū interesse
17. putaui cum remearet ad uos Ven. pr̄ meus franciscus sandellus
nr̄i amantissimus et imprimis studiosus eum sine meis ad te lr̄is nō
dimittē. Is enim ille uiua et sit et dici possit ep̄la in qua possis am-
brosium tuū facillime atq; optime legere quippe cui mea omnia
non secus fere ac mihi ipsi cognita et explorata sint: non ingratū tn̄
fore arbitratus sum, si obductum situm quendam negligentię ab-
stergentem et ueluti ex longo postliminio lr̄az offitia repeterē. Mere-
batur plane optimi uiri religiosissimū studium piissimūq; deside-
rium quod et antea ex humanissimo nr̄ō hieronymo contareno
didiceram & modo plenius ex eius ore percepi, plus opis et adminiculi q̄
inuenire apud nos potuerit. Id cum euenerit, candidissimo pecto-
ri tuo paucis aperiam. Offendit nr̄ō mori magnam iuuentute: ex tucto

Lapo mei

iam pridem senatu ferme omni. Iuuenes q sunt ad eam subeunda pro
uinciam minime ydonei censentur. quib et si uoluntas bona nō deest: cō
silij tam firmitas grauis que constantia tante molis in p̄mis necc͡ia nō
adest. Qui uero prouectiores sunt rei nouitatem alta consideratione pmo
ti, ualde suspectam hnt, consiliumque non ee arbitrant expditu se intempe
statem imittere: cum dubius euentus merito uideri possit. Ego ē ita uiro
isti optimo condoleo, ita misereor ut non possim magis, meque ipm adid
munus libens exponerem, ne illi cui multum debeo deessem, si eo pmit
teret temporum. Sed uideo q̄ multos desolatos dimitterem, uereorque ne
plus hic detrimenti, q̄ illic emolumenti quererem. Hortatus illum sum ut
in proposito et instituto psistat. non defuturam illi diuinam gratiam spon
dens, dum illi pia non desit intentio. Putabam librarium optimum atque
lectissimum ē comparasse, q ad uos pp̄e paratus erat. et tibi T. liuij de
cades, et quequ alia uelles pscribere. nisi pestis metus tunc illum ter
ruisset, contuli multum cum hieronymo nr̄o decon ducendo illo. xxx.
ducatos annis singulis adiecto honesto uictu postulabat. Sed nescio
quo pacto dum negotium trahitur elapsus e manib͡ ē, ea tam con
ditio si placet, non nihil spei supest illum reuocari posse. Quid sta
tuas expecto tuis lr̄is certior fieri. exemplaria decadum h̄ nisi me
dosa non repiuntur. et uaria ut ne mea quidem parte possit uotis
tuis fieri satis. Bernardum filium meum saluto et benedico. Te hiero
fr mecum officiosissime salutat. Vale meum decus. Siquid ex gr̄a
tue bibliothece adiectum est scire aueo ut nr̄a que sint scire possim.
Florentie. Ex nr̄o mon. xvj. kl. Ian.   Philippo

mꝑrosius philippo suo. Ex lr̄is Ven. pr̄is mei abbatis florentini
sum factus certior te uicem meam plurimum intulisse sollicitudinis ac di
18 ligentie. Nihil audiui noui, multumque gratulatus sum piissimo stu
dio et amori in me tuo. Molestias meas ingrate accipis, nō dubito:
et q ab his proficiscuntur q minime omnium debuerēt emulis insti
tuti solitarij. et q ex his p̄turbari ocia mea audiuisti. Ego ē philippe
me
car malo meo auspicio omne istud regiminis subij. arcanique lurus

quinque iam et semis annos maximo labore meo et fructu perexiguo. Volui heremum nostram que religionis in ordine principalis locus est et quasi fuit inme componere et exornare moribus religiosis atque institutis heremiticis non quidem ame inuentis sed a patribus traditis. Arcere conatus sum discursus nostrorum uarios et cetera efficere que solitariis sunt uiris propria. Nusquam fateor filippe minus instituti spiritalis et religiose grauitatis offendi. Locus ille solitarius secularium turmis frequens effectus amiserat solitudinis faciem: importunam rusticorum multitudinem inde amouere cure fuit mihi qui locum ingerebant. Egre tulerunt pios conatus meos et qui carnales nimium dominari se solitos meminerant quum plerique ex hiis qui fuerunt ante me loci ipsius duces nequaquam illic remanere soliti omnem illis permiserant administrationis curam: confusio atque ignes erat: subiectionis iugum ferre nequeunt: atque ut effrenes equi precipites ferunt inpruitiem suam totiusque religionis instituti pulsionem. Mora ibi mea offendit illos uehementer. et egerunt et agunt instanter omnia ut abrogemur. Non est mos nostrorum ueritas: crimina quoque falsissima et adinuenire et innos intorquere non formidant. Intenderunt arcum suum ut sagiptent nos uno apertis innos odiorum telis ruerunt. nomen quoque meum audire non possunt. Nouit iste pontifex literis meis frequenter admonitus. uerum tamen illorum querimoniis subduxit aures, adimitque auctoritatem corrigendi. dum illorum suggestionibus fidem accommodare uidetur. Istud operis hoc stipendii ab illo referimus quo nos misit in uineam suam laborare nos iussit quoque instrumenta necessaria de manibus tollit. Sed ista et inordinate et confuse, quia re uera ad summus ingero. Nicholao amico meo cum huius rei gratia congressus es scribo litteras. Credo non accommodauit uir grauis fidem false calumnie, quia mei nihil ex hiis probare que promittitur culpat iniquissime et indignissime. Non ita amisimus hominis sensum, ut indiscretiam istius modi non exhorrescamus. Nullam equam et honestam conditionem recusamus, et que pollicemur efficere pronioribus studemus. Abbatem sancti pauli uirum grauem et nostrorum rerum peritum quippe qui sentiendo iam religionis nostre generali capitulo instituit ad nos uisitandi gratia uenire grauatus. Ei queso

abbas nr negotia ~~negotia~~ commendet componenda. Vale in dno. Sexto kl. Iun.

D ño illustri ac serenissimo principi Francisco. Ambrosius scte cr. heremi prior inutilis in dno eternam sal. Duci Venet.

19 Dat humilitati mee fiduciam scribendi ad celsitudinem tuam xps dns nr qui te fecit humilem corde. Et si enim celso in apice terrene dignitatis resides: hominem tn te ee, et ei fidelem servitutem debere qui te creavit et redemit grate meministi, a quo pro bono tui famulatus ministerio premia eterne beatitudinis speras. Bona itaque fiducia te alloquar princeps inclite, meque gloriose in administratione mea et mihi crediti circa regiminis occupabo presidium, auxilium que constanter implorabo. Cupio dne illustris quantum ille donare dignabitur qui me noverit potestatem suam in dispensatione permissa mihi strenue et utiliter desudare: collapsam ferme religionem nram in antiquam observantiam si spirare fas sit, faciem revocare. Magni quidem hoc animi est, magnarum que virium. Sed deus adiutor est. Et quoniam subditione tua pleraque sunt monasteria que circa disciplinam potiore indigent, atque eo magis quo fuere singularis sanctitatis: ipsi que adeo in presentiarum minime possimus: religioso viro nobis merito ueni et amatissimo fratri Francisco de sandellis abbati monasterii scte marie de carceribus: vices nras plenissima auctoritate commisimus. Qui de religionis ipsius integritate ac zelo domus dei minime dubitamus quippe quem diutissime familiariter novimus. Tue itaque gloriose princeps inclite virum ipsum quanta licet instantia et intentione commendo, ut ubi opem imploraverit culminis tui, illi semper adesse digneris. Preceptum adeo nro cui fideliter servire cupimus propria intentione mercedem bonam. Nec solum memoratum fratrem meum, verum et me ipsum, atque totum ordinem nrum tue excellentie magna certe ope studio que commendo. Paratus ipse semper et promptus tue celsitudini notis ac nutibus obsequi. Quam dns ihs ut diutissime servare dignetur incolumem, fideli pro te depoximus. Vale princeps illustris atque fidelissime. Florentie ex nro mon angelorum XXV. septembris.

AMBROSII VIRI DISERTISSIMI EPLARUM LIBER XII. EXPLICIT EIUSDEM XIII ET ULTIMUS. AD PLACIDUM MONACHUM. FELICITER INCIPIT.

V enerabili frī in xpo Placido. Ambrosius in dño eternam sal. Proficisci-
tur ad vos dns Anselmus procurator nr̄ negotia gesturus religionis
1. nr̄e. Oro ut illum mei gratia hec digneris commendatum et in omnibus
fouere que tangunt ordinem nrum. ad te enim ille concurrere semp
et ex electione sua & mandato nr̄o instituit. Vale in dño yhu et me
pontifici beatissimo fac diligentissime commendes. Saluta offitio et af-
fectu meo Arsenium et Frantiscum nr̄os. Ex heremo nr̄a xv. kl. Iulias.
V en. pri meo Placido Ambrosius sal. Multa ad discessum hortantur
et urgent, nec hic ultra morari n̄ magno cum detrimento meo licet.
Tibi fr̄ commendo negotium illud soluendi centum illos ducatos uenetos.
2. quos albe mutuo accepi & quorum debitor sum. Certe profusus aut
prodigus non fui, & meretur fides mea in pontificem atque deuotio ut
non negligar. Constituam qui rem sollicitent: sed te quoque procuratorem
hec uolo in re mea, que pia ut cernis & rationabilis est. Commendo insup
tibi negotium hospitalis illius de scala: ut supplices pontifici ex parte
mea ne permittat prece illi omnia pretoris absentiam sed concedat ut e-
lectus gubernator hic habitum suscipere possit, et per hoc in nullo hospitalis
sen. iuribus preiudicatur. Tantam hic rei molestiam substinui, ut ferre
iam uix possim. Commendata item habebis que erit opus religionis
nr̄e negotia. Vale in dño. xiiij. Martij.
A mbrosius Placido dilmo fri sal in dño. Veni his diebus sepe cupiens
alloqui sanctissimum dñm nr̄m, nec hactenus licuit. Mouit me
3. multum fateor quod sanctitati sue suggestum indicasti me scilicet inuti-
lem sue sanctitati famulum quicquam aut egisse, aut loquutum esse uel co-
gitasse et quod deceret contra honorem suum, et optabam purgare innocentiam
meam. Id quod nō licuit peto ut ipse illi pro me satisfacias. Mihi enim
nihil carius est, aut esse unquam poterat quam ea omnia exequi que sint gra-
ta sanctitati sue, nihilque me terreat magis quam obloquutio quevis contra sua
sanctitate quolibet emissa. Ista enim meo nomine suggeres. Quinternio-
nes duos alios scriptos de sexta synodo mitto sibi offerendos. Sunt
aut modo apud uos viij. quos diligenter oro ut serues ne pereant. Velle

et necessario heremum petere / et esset gratissimum si in a sua sancti
tate huiusmodi licentiam impetrares. Vale in domino yhu. ex nostro mon. xiiij
february. dnus chr.

D
no meo et patri chr. Ambro. Commendare institui dignationi tue
abbatis sepulchri negotium. Loquutus sum cum dno cesenate tumidoque
satis et iuvenili fervore audacia que credit. Ea fuit conclusio illius
4. se pontifici ut pote vicarium suum verba facturum. ut provideat rei
sue quod is nec factiosus sit et Baldaccio studeat / quod probare aptis
documentis possit / divisit que opidum Bricionorum quod hactenus factiones
minime habuerit. Ossum illi esse conabitur me siquid adversus eum istius
modi probare possem / severissime vindicaturum. Ad hoc tandem ventum
est / me illum ibi remorari nequaquam permissurum: ceterum quousque ad
mon. aliud transferri possit commode pateret, ut vicarius abeo con
stitutus legiptime administraret. Annuere visus est quidem / sed fieri
tamen posse ut vel cum dno camerario / vel cum florentino archiepiscopo
rem secretius ageret. Cupit hic totum explicare dignationi tue. quo
consulas quidnam facto sit opus. Supplicationem illam consulis comi
tis iohannis commendo pietati tue. ut quam primum fieri potest expediatur.

A
mbrosius placido fratri carissimo. Rescripsimus ad te patrem clementem
nostra omnia significantes tibi / negotiaque commendantes / quod multum nos mo
vebat ingrati placidi adversus repetita professio / cum nulla omnino
5. iusta et rationabilis causa subesset. cur nos denuo inquietare deberet
contra pontificis nostri monita et statuta adunguem volumus et ipsi nolunt
et hec atque illa confingunt. Eius rei gratia quam illos opprimus nequaquam ge
scere: mittere fratrem hunc nostrum decrevimus qui peragat negotia nostra
quem unice commendamus tibi / ne quid illi conduceret infamia abad
necessario nostro indignissime iniusta. Quia re vera et si fuit atrox iuve
nis / peccatusque est iuvenilia dum tam religiose atque honestissime vixit
eiusque rei certissimi nobis esse videmur. Commendamus illum tibi frater carissime
nec illum nostrum et placidum ipsum / ut illum admoneas gravius ut
decet / hortarisque velit vacare heremitice vite instituto. quod quamque ille

quod nos egit oblivisci ac remittere parati sumus si velit resipiscere.
Pestis intro monasterium serpere cepit et unum atque alterum extinxit. Attigit
quosdam praeterea vis morbi. Cuius rei gratia prolem totam nostram in
ex integro removimus in aliquo ex monasteriis nostris collocandam. et nos
ipsum socium contulimus: ubi traducendo dionysio insistimus. et totum credo
absolvemus. prius tibi iste reddantur. Chrysostomum super matheum protinus
aggredi parati. ut pontificis voluntati satisfiat. Vale in domino et nos
sue commenda sanctitati. Die xii. ex domo mea xi. Ian.

A

6. Ambrosius inutilis famulus christi. Placido fratri amantissimo sal. in domino
et integerrime dilectionis affectum. Scripsi postremis ad te litteris com-
mendans dilectioni tue negotium monasterii nostri sancte marie de Vangha-
dittia nec ambigo id effecisse provincibus quod rogavi quod et iustum est
et honestum. pontificique nostro si executioni mandetur afferet honoris
et laudis plurimum. sicuti quod si negligatur. non nihil detrahere videtur
opinioni sanctitatis sue. multis factum ingrate culpantibus. Scio
equidem illum impulsum et adactum senia necessitate. et nimia im-
probitate senis illius fatigatum id egisse: quod alias unquam nulla egis-
set ratione nec doleo damno et iactura mea infestissimi hominis detri-
muisse aures inflatos et turgidos. quamquam si mihi creditur non detumuere
illi immo si commoditas aliqua fortassis acciderat faciet insolentiores
quam unquam ante: servusque in pontificem insurget. Sed cupio rem ita agi ut post
senis obitum hiantium fauces occludantur. monasterioque religioni verum ab
volasse videtur. reinstauretur. Certe id faciet clementissimus pater si ante
que fuerit admonitus maxime cum sine ullo ipsius senis preiudicio absque
imminutione ulla si ita vult censuum sui abbatis confirmatio petatur.
sive si ita mavult nova institutio. Gregorii nepos illius senis vereor
incepit ne obsistat et instantiam nostram conetur infringere quippe cum illi
scripsissem amice difficilem se reddere visus est et iam inhiare post patrui
mortem quantum coniicio huic aucupio notatur. Sed profecto nunquam desistam
attemptare omnia. ne quod semel inde dedecus nostrum nostrique pontificis
haud obscuram verecundiam contigit perpetuetur. Vides quod sit in ista

ro doloris mei et scio vicem indoles nostrae. Sed queso clementissimo
pontifici suggeras ne iustis postulationibus abnuat assensum. Scripsi
de Placido nostro quid metuerem. Adhibui Christo inspirante remedium infirmi
tati illius eumque seiunctum curis omnibus vacare et sibi ipsi iussi clausumque
morari et gratias deo non fuit inutilis hec nostra molitio. Nam qui distra
ctus implicationibus variis extra se ferme effectus videbatur resipiscere
incepit et curae meae gratias agit. Sed tamen claustris illum suis absolvere
quoad firmioribus viribus nixus iudicabitur ne recidat et fiat morbus
incurabilis. Placuit ista significare tibi ut qui amicum dolebas errantem
gratuleris meum ad meliora conversum. Commenda nos obsecro Eu
genio patri beatissimo et ne otium nostrum quorumlibet importunis
petitionibus obtundat orabis quia re vera maximo cum nostro ac totius religio
nis detrimento hinc proficisceremur. Saluta obsecro meo Nicolaum
nostrum. Franciscumque suavissimum. Vale in domino Jhesu et nostra cepta per
petua pace prosequere. Ex nostra heremo. viii. Kl. Iunias.

L eñ fratri meo Placido Ambrosius in domino eternam salutem. Scripsi ad te proxi
me commendans tue dilectioni tum litteras ad ducem Albertum dandas
ex persona pontificis tum indulgentiam doctori nostro Michaeli pristo
fer nobili viennensi impetrandam: atque ita ut negligentiam nostram
suppleat atque emendet tua diligentia. Sed ero prolixior quia non igno
ro te pro summa in me caritate tua effecturum pro viribus et supra
vires que postulamus. Orationes nostras iam credo pontifex legerit
et scire ex te cupio iudicium de illis suum. Oratio illa alibi habita neces
sario et honestis excusatis ita temperata est ut abstinet convitiis. neque
palam in Gallum inveheret, id quod sequenti oratione mihi reservavi, quam
dixi quidem, sed quia acrior est visa non scripsi: adventu nostro composita sunt
heremi nostre negotia paxque rebus data est: singulis amplexantibus
quietem libenter. et quod puerile ferme fuerat culpam in alterutrum refu
dentibus. que contra nos scripsi sunt ut me illorum puerilis intentionis et
sortis mee valde misertum sit quod viros graves atque cordatos et spiritu

dei plenos quales ꝓtulere ꝯsueverat heremus nr̃a desideret: quorũ
p̃ntia mihi maxime profecto cara et iocunda ẽẽt atq; necessaria. Im-
plorandum restat mihi supne pietatis auxiliũ ut vel delapidib; mor-
tuis excitet filios habrae: fiantq; vivi et p̃tiosi lapides, mesterni templi
structura decore & apte reponendi, vel sublato impedimento deme-
dio aptiores ad vite morumq; sanctimoniã atq; ad integritatẽ vite
destinare dignetur. Placidus iste parum constans et multũ levis mihi q;
bus religiose gravitatis insimulatur ab omnib; ferme ut vagus in-
stabilis, prodigus, et heremitice quietis profligator. Afferunturq; do-
cumenta non levia, et probationes vere que me vehement᷑ cruciant.
hieronym⁹ inclusas ab eo infestissime impetit᷑, ipseq; in illũ loca lin-
gue laxat. Componendarũ rerũ cura diligens mihi erit, & credo
finem seditionib; imponet p̃ntia vr̃a, occasione omni submota: q̃tũ
deus opari dignabitur: p inutile ministerium meũ. Postulat᷑ a me
ut p̃titiosam et ambitiosam consuetudinẽ ab eis invectam, et a duob⁹
generalib; capitulis approbatam, ut stilũ singulis p̃ orites maioris
offitium detur: tollam. Ego sine auctoritate pontificis id nequaq̃
possum. maxime cum exp̃ntia protectoris, ap̃lica videat᷑ intervenis-
se auctoritas. Te oro ut pontifici suggeras mandet obliterari illã
consuetudinẽ quam induxit ambitio sola heremitice q̃eti adver-
saria electioniq; legiptime restituat rẽ. Et si videtur forma da
supplicatio ita ut signatura sufficiat probullis facito, vel in que
sit intentio illius rescribas. Vale in dño et me sanctissimo d. n.
commenda. Aesculum q; saluta offitio meo. Ex heremo nr̃a xxi. Martij
A Ambrosius placido. Fr̃i in x̊ dil̃mo s. Novus et repentin⁹ nuntius co-
8. git ut sim molestus caritati tue: exitus q; explicem meos. Hac hora
venit ad me turbatus et merens Ven. fr̃ meus Mariotus asserens
fr̃em suũ allegrum quem pontifici vr̃o q̃n ipse ad vos venit cõmen-
daram, detineri vinctum a gubernatore burgi. Fateor cõtenebrati
sunt oculi q; tristis occurrebat rerum facies, statim cõtinuo scribẽ

sanctissimo presuli ac tibi, negociumque ita commendare ut nullum umquam
maiore affectu commendarem. Certe nosti quam sim huic debitor, qui ver-
naculos enutrit domino sabaoth, scitoque erudit ad superni imperatoris mili-
tiam tyrunculos. Commendaui per litteras negotium pontifici quo haud af-
fectu orans ut hunc siue innocentem, quod credo, absolui, siue et
nocentem quod fieri potest, mandet restitui mihi: ne cogar mestum hunc
iuuenem nostrum aspicere: qui suis desiderio non potest non moueri nostro
amori. Te oro placide caritatem: uota precesque meas iungas. Nec patiaris quantum
in te est repelli preces meas. Indulgeat mihi pater clementissimus id
quodcunque est muneris: non ingrate accepturo. Nempe non ambigo
facturum que postulaui, si preces quoque multiplices obesse nihil potuerint.
Non possem satis prosequi quam istud ex te cupiam. Fac oro in hoc sen-
tiam opem tuam maturet. Res enim celeritate opus habet. Ne quid
obsit iuueni mora. Eius rei gratia adulescentem hunc misimus
cum oro ut litteras ad gubernatorem burgi absolutionis et iuueni tra-
dendas matures. Puta causam tuam immo nostram agi et hunc cito remit-
te. Vale in domino frater amantissime et nos pontifici ariminensi quoque com-
menda. Ex heremo nostro kalendis Iunij.

A mbrosius placido. Venerabili fratri suo. salutem in domino: et sancte caritatis
affectum. Scripsi ad te secundo iam ni fallor commendans dilec-
9. tioni tue litteras domini nostri ad illustrem ducem albertum, aliasque litteras
indulgentie nobilis uiri Michaelis prosifer familiaris ducis
ipsius. Credo iam fecisse caritatem tuam que postulaui, et oro ut eas
uel michaeli monacho monasterij angelorum uel gregorio seu item ipsius
monasterij monacho tradas, Venetias ad nobilem uirum andream do-
natum mittendas cum litteris ad illum meis. que eas indubitato et cele-
riter mittet. Pecuniam item illam quam mutuo accepimus in rebus pon-
tificis summi occupati, de qua tue caritati sepe uerba feci, oro
ut suggeras domino nostro ut solui iubeat, ne nos eius gratia molestiam pati-
amur. Scripsi nuper ariminensi nostro, misique calculum totius pecunie

anobis expensę / nec ambigo faciet amantissimus pater quę sibi possibilia erunt. Verum tu quoque frater id negotium intercessione tua promouebis. Scripsi ad te quoque nuperrime de rebus meis et heremitis ut sese haberes. Ego hic remorari institui / nec ambigo fore ut presentia mea omnia ista tollantur. sedenturque perturbationes omnes / et fluctus compescantur.
Antequam a uobis proficiscerer scriptam dedi domino H. relatione meam: ubi plurima inserebantur quę risum requirebant. ut est de domino Bruno de scala qui cupit esse in ospitio sanctitatis suę / atque ab imperatore discedere non tamen nisi de illius uoluntate. desiderare item episcopo / qui sit orar uel transferri ad aliam ecclesiam / uel aliquod ex officiis curię perfici unde possit honeste uitam ducere / quod de suo episcopatu preter titulum nihil habet. Ea oro ut pontifici suggeras mihique respondeas: ut sciam quid amicis spectantibus rendere habeam. ne crimen negligentię mihi iuste possit impingi. Vale in domino et me pontifici nostro commenda. Arsenium meum ex me saluta. Ex sacra heremo xviii. Martii.

A mbrosius Placido fratri in Christo dilectissimo. S. Venimus tandem Christo miserante
10. ad quietis diuersorium emensis difficultatibus plurimis. iamque in portu nauigamus. placidissimumque amplectimur quietis portum. ubi resarcire damna preterita quę plurima perpessi sumus deo propitio intendimus. Sed te oro frater per misericordiam dei me adiuues et pretereacircarum nostrarum tibi adsumas. Quidnam cupemus ex te ante exitum meum aperuimus. nec sunt eadem modo repetenda. Duo insuper tantarum occurrunt nequaquam omittenda / et quę cordi tibi esse omnino cupimus. Ea quęnam sint accipe. Dum uienna mouerem ad nos rediturus dux ille homo bene christianus et timens deum requisitus a nobis ducem itineris dedit unum ex familia nobilem uirum atque optimum. qui tanto nos amore atque honore obsequioque deduxit ut referri digne uix possit. Is indulgentiam in mortis articulo et semel in uita dumtaxat pro grandi munere sibi a pontifice donari orauit. Vocatur autem Michael prustofer. Non quidem excidit mihi dum ibi essem quippe

cum de ea re verba fecerim ariminensi meo, sed tamen multa fuere
implicamenta ut expedire non licuerit quod intenderam. Te oro atque
obsecro sumas tibi istam curam et bullam inde conficiendam gratis cu-
res ut ad illum sicuti ordinavero duci queat possit, quia me omnino debitore
illi sentio, et hac in parte illi satisfieri cupio. Aliud item tue serenitati
libenter iniungo. ut suppleas defectum meum profecto maximum. Quando
primum ex legatione rediens pontificem meum sum allocutus men-
tionem feci ducis alberti eius quem supra monuimus. et cum sanctitas
sua bona de illo se plurima comperisse diceret. hortatus sum ut ad illum
litteras placidas et gratas scribi iuberet. At ille prono ac libenti animo sug-
gestionem admittens: admonuit ut scribendi ad illum onus ipse susci-
perem. atque gratias agerem quod pro honore sanctitatis sue sancteque sedis
apostolice benigne me humaniterque tractasset, eumque hortarer ad perseve-
randum in ea devotione animi. Ea omnia scribi ex parte sue sanctita-
tis mandavit. Institui parere monitis suis. sed nescio quo pacto inter-
ceptum est mihi istud officium. Precor autem ut istam quoque curam tu ad-
sumas et uni ex secretariis vel Andree vel blondo conficiendas litteras
iniungas cum bulla, quibus pontifex comperta bona ipsius fama se gra-
tulari ostendat. et ex relatione mea quantus sit affectus sanctitati sue:
sancteque sedi apostolice: utque pro amore et reverentia illius nos hono-
raverit: nobisque obsecutus duces itineris dederit: se didicisse
ostendat, hortetur que ad perseverantiam boni et offerat se ut videbitur etc.
Litterasque nostras legas et adductas clausas et ad Michaelem pristofer ad
montem angelorum sancti Michaelis mittas, qui eas venetias ad dominum An-
dream donatum cum nostris litteris mittat, ab eo viennam mittendas. Di-
ci non potest placide fero quod te cupiam his in rebus implere vices meas
Ego in heremo mea gerere institui: et cupio animo curis expertis va-
cuo vivere. Pueri nostri bene valent et proficiunt optime, magnaque nos
consolatione recrearunt. Mariotus magnam sibi coronam ex accura-
tissima educatione contexuit. Is cupit promoveri abs te unione illa
digna verba tecum habuit, egoque negotium ipsius commendo tibi. Vale in domino

et me sanctissimo dno nro ɔmenda heremite mittebant q ferent
tabulam. Ex nro mon fontisbon XVIII. Martij.

Ambrosius placido suo fri in xº carissimo s. Quo in statu res nre sit
ex hoc nuntio accipies, nos totum paucis explicamus. heremitas pres
11. in proposito psistere magnaqz sibi a nobis polliceri, nec se continere
quin primandos nos offitio palam profiteantur. Nos illorum sniaz videz
qz pontificem nos nisi iusta velle certo scim. ɔtenim qz ex his que pla
cidus heremita vr ɔ nos mendaciis plena ɔfinxit, eum etiaz hac re
vera non prosequi. Convenerant plati plures religionis nre a
nobis nequaq evocati, sz suo motu, et se invicem hortantes, ut adve-
nienti tibi pacis inter nos componende negotia ɔmendarent, neutra
in partem propensiores. Conati sunt pse ipos hanc reformare, summisq
precibus ab heremitis ipis eam extorquere nõ potuerut. Postulabat
enim illi a nobis plurima nequaq ronabilia. quibus sine gravi pu-
dicio nro ɔsentire nequaq poteramus. Postulata ipoz et responsa
nra mittimus. Si nos ɔ cetia sua inclusos tenent non ita timere
potuissent, qui ita nos ɔsecrabunt, ut nisi postulans absq acquiescam
hec et maiora his se accepturos elati glorient. Elegerunt platos
quatuor excepto pontificis cum conditione cum eos libere ipi elegeriz
& ea ab illis petunt que sunt inhonestissima et ratione prorsus aliena
Cruciant nos ista fr car.me qz videmus eos abuti patientia nra:
fierique p indulgentiam pontificis insolentiores. Si initio pmissi
fuissent libere arbitrio nro, motus iste dudum cessasset tranquillitasqz
redisset. Mentiti sunt nos illos cape noluisse, quod deo teste falsissimum
est, quia nunq adhoc inclinavimus aiuz, alioqn factu id facillimum
fuisset. Armatos intra heremum plures dies tenuerunt et quotidie
rusticorum stipant multitudine, quos cum prohibere possemus noluim
ne cape eos voluisse puterem. Contumelias ipoz in nos illatas: et
maledicta patientissime tulim semp, si forte possem vincere in bono
malum. parati fovere eos et ulnis sancte caritatis si redire velit
amplecti. Dies maioris epdomode apud illos egim, oia impletes

offitia. nec ut prodire ad consueta offa uellent: ab inclusis impetrare po
tuimus. Detractioni publice adeo non parcunt, ut ubique disseminauerit
nos purandos criminaque in nos pomnes dispersint. Inter ista nos aio gero
et non possumus, quia fratrum nostrorum aios ingetos ingemiscimus, obstinatosque
ad malum, nec tamen nobis ipsis defuturi sumus, qui meae quam illorum commi
nationes innocentiam tueamur. Parati ad mortem usque illorum conatibus im
probis obluctari. Vale in domino frater carissime. ex nostro mon. fontisboni xviii. apl.

D no amantissimo patri placido Ambrosius. Ex quo abs te redii quid tibi
pollicitus hesit animo iugiter. Et quod lassescente aio lente prosequi insti
12 tueram ut tibi uotisque tuis deessem, ardentius aggredi institui. et
quum quatuor iam epistolarum mearum libros absoluerem, atque in ordinem redege
ram, duos scilicet ad pontificem summum atque ad ariminensem episcopum, et
ad hieronymum fratrem, atque alios itidem duos, placuit eas que ad curam
ordinis mihi crediti magis pertinere uiderentur colligere ad te mittere: quo de
sideriis tuis mos gereretur. Paucas ex his impraesentiarum ad te mitto uti eas
pro uoto transcribendas cures, plures paulo post missurus. quas scilicet in
eam rem colligere licuit. Nam ferme innumeras scripsi, ex quibus uix pau
ce redierunt ad nos. Quas uel ad fratrem uel ad alios misi. si iusseris
postea remittemus. Scripsi et ad tuam dignationem non nullas
quas libentissime uolumini insererem: ob perpetuam dilectionis nostre
significationem. Si eas miseris inserentur suo ordine. Vitam beati Ro
mualdi ad te mittimus. Caritatem cum fratribus nostris initam seruare stu
deamus prouocatibus licet illam rectore ipsi numquam defuimus et inuiolabile
inseparabilemque eam gessimus semper. Nempe si ex equo hanc ipsi fouere cu
rabunt multum boni addiderit dominus uinculi suo suo. Felicem te non
modo ea parte qua dixisti, quod feminarum breuis tibi esse cura, earumque lau
date uite, atque opinionis integre: sed multo magis, quod cum huiusmodi
hominibus res nulla aut controuersia est: sed quae pro uoto arbitrioque dispo
nere que utilia existimaueris. Certe ut tibi simpliciter eloquar timorem
meum, uereor satis ne minus fundamenti quam esset opus: habeat hic noster,

ingratiam reditus. Video enim quorundam animos necdum detu-
muisse. Sed ista quoque coram melius. Neque enim sunt litteris committenda
omnia: boni tamen profecto in observantia mei persistunt. licet fermento alie-
ne malitie ingerentur. Sed quid de adventu pontificis certi didicisti
oro significes, et precipue de tempore ut iuxta condictum convenire possi-
mus: simul et illud erit gratum: scire an aliquem ex istis pueris meum
ducere putes expedire. Vale in domino yhu et nos dilige qui sumus
tui amantissimi. ex heremo nostra viij. kl. Julias.

A mbrosius Venerabili patri suo domno Placido sal. in domino et sincere caritatis
affectum. Venimus christo propitio incolomes ad nostrum mon. fontisboni
13. ubi novam progeniem xpi et merito et numero auctam admirari li-
buit, multumque gaudij accessit ex mirabili profectu puerorum. tam
enim non modo cantum et litteras plerique ex eis verum gramaticam quoque
ita didicerunt, ita in eo studio profecerunt ut paucissimis mensibus ege-
rint, quod in scola gramatici: vix intra biennium aut triennium ege-
gissent. Industriam preceptoris optimi maxime complexi sumus
indefessosque labores collaudavimus. Magna nobis spes est: vel
omnes vel certe plurimos evasuros in bonos viros et eruditos atque in-
tegros monachos. Referes ipse ipsorum et nostra vice gratias pontifici summo.
cuius meriti est omne quod vivunt, omne quod sapiunt pueri ipsi: nam
enim nisi manum sue pietatis ille admovisset, proficere quicquam ipsi potu-
issemus. inopie male adacti: nec unde illis necessaria ministrare
possemus habentes. Nempe augendi numeri desiderium nobis honestum
non deest, si modo facultas adsit. nec desunt qui recipiantur, cum gre-
gatim ferme in dies confluant qui recipi postulant. Credo sancti-
tati sue excusaveris profectionem nostram quod sine benedictione illius
exire necessario compulsi sumus: magno certe cum dolore meo
quippe qui cupiebam vehementer eius sacra adorare vestigia. Sed nosti
quam sepe frustra venerim, nec ambigo ignoscet clementissimus pater neces-
sitati: te potissimum patrono cause mee. Commenda me oro sue sanctitati

Acquiesco nunc modice in ocio, nz tamen heremum adhuc conscendere licuit. altissimis nivibus obstructis itineribus. Commendo tibi frater negotium illud librariorum qui calcedonensem et sextam synodum scribunt: ut scilicet illis pecunias subpeditandas cures. ne ceptum opus intermittere inopia adacti compellantur. Mandavimus michaeli monacho sancte marie de angelis ut pecunias necessarias dete postularet: librariisque ipsis satisfaceret. Rem item grecorum tibi ut cum pontifice agas ne illos destitui velit. Vale in domino yhesu. ex nostro monasterio fontisboni. v. kl. Martij.

A mbrosius monachus placido famulo dei sal. et integerrime dilectionis affectum. Vix putassem fore: ut puerilis nostri ludi magister ad
14. vos tam cito proficisceretur. Verum quoniam incerti sunt humani casus nec futura prospicere possumus quando ita res exigit accedit ad vos: quod velit quodve necessario cupiat ipse tibi latius explicaturus. Scribimus quidem et ipsi pontifici summo negotium aperientes. Sed an marcietus nunc illum alloqui possit dubitamus. atque ideo necessario rem paucis attigimus, quam tamen ex ipso latius exactiusque et ipse percepturus es. et pontifex ipse si detur alloquendi illum commoditas discet. Orarem ut commendatum haberes, nisi scirem voluntatem atque animum tuum erga illum gratissimum simul atque obsequentissimum. Sed peto tamen causam suam quam ex ipso percipies tueri ac promovere digneris. nichil quippe pre adiecta fiet hoc non modo ad salutem fratris, verum ad solatium suum. necnon quoque precipuam consolationem. ipsique videbimur in nobis excepe: quod illi fuerit a pontifice te interpellante gestum. Verum ut hinc ad alia progrediatur intentio: scio enim potiusque credo te plura facturum, quam postulem in negotio fratris. Commendo tibi negotium aliud: de quo ipse meo nomine etiam pontifici summo, si opere licebit, faciet verba. Pueros mirabili labore ac sollicitudine iam educatos transferre cupimus: quod in herbis et plantis fieri solet ut firmioribus radicibus niti possint. Sunt florentie duo monasteria religiosa observatione insignia. Venetijs duo itidem sunt

pari decore illustria. Bononie ueluti in solo pingui istiusmodi gemina
coalescerent melius atque fecundius. Monasteria sunt ibi quidem: sed
tenuia nec sufficientia ad istiusmodi obseruantiam. Ex pontifice subsi-
dium extra nos querere quia iam infructuose temptauimus consilii nequaquam
fuerit ultra postulare. Ex religione itaque nostra id petere instituimus
quod pontifici ipsi factum non modo facile, uerum et honestum erit. Et
audi queso cuiusmodi hoc sit. Monasterium est religionis nostre a bononia
viii. milibus passuum distans sub titulo sancti michaelis de bruttis uel
de castro brittonum id cum in omnibus priuilegiis nostris inter propria me-
bra numeretur ordinis nostri, nescio quo pacto iam dudum sublatum nobis
est. et in usus ferme prophanos conuersum. Neque enim ibi fratres dei cultum
obseruantes uiri habitant: sed laycus quidam Jacobus de aldobrandis
bononiensis ciuis id occupat. Quod si uni ex regiis monasteriis que iuxta ci-
uitatem sunt adiungeretur conuentus ibi regularis posset institui, ut
certe in eo ipso tamquam fortassis aptiore degere. Quam sit iusta quam rationa-
bilis nostra postulatio animaduertis. Te oro ut hanc ipse promoue-
as uel certe ut dixi marioto nostro promouendam cures. Neque enim am-
bigo pontifici probandam in qua et iustitie et honestatis tanta sit
ratio, nemoque erit quin iustissime id factum assereret. Scripsero
proxime ad te negotiumque commendaram solutionis illius pecunie
quam Basilee mutuo accepimus: sed antequam hee mitterentur significa-
tum est nobis fuisse persolutam. Commenda me obsecro sanctissi-
mo domino nostro & ariminensi episcopo. Franciscum nostrum zacseniis fac
salutes nostro nomine. Vale in domino. Ex heremo nostra xx viii. kl. marias.
Ambrosius placido famulo dei salutem. Scripsimus ad te sepius negotia
15. nostra commendantes tibi magna constantia et fide: nec inmerito, cui etenim
fidentius nos ipsos animumque refunderemus nostrum quam ei quem nobis ca-
ritas dei propositique similitudo coniunxisset. diligimus te sicut in christo uenerabilis
nosque quia uicissim abs te diligi sentimus potius quam speramus, gratulamur
et deo nostro gratias agimus. et florentie iam et bononie et Rome &

quotiens migraveris lre te nre alloquent, nz qz corpore seiugeris
aio nobis non coheres, qui te mente semp et cogitatione complectim.
Negotia tamen nra et ea potissimuz que sunt rationabilia, et que
qetem comparare nobis possunt tue dilectioni fe comendo. Scribo dno
meo ariminensi epo lras orans atqz obsecrans ut debituz illud lxxv.
ducatorum quod basilee mercetie pontificisqz nri negotijs cu mensa
contraximus, qz psolutum n ee scribitur nobis ex florentia, solue
dum curare dignetur. ne nos istiusmodi molestias ppeti cogamur.
maxime qz cautione man prope nos obstrinximus ad solvendaz
eam summam, socius nr & ego: et cum ille promotus merito adeptam
partem ipse contingentez exige omisit, nos forte iniuriosi simul
atqz impotenti iure dicamur. qui nra regram. Verum quid faciem agbz
tota summa regeritur: socijqz indulgentia et relaxatione oscitti te
nemur. Sane q fideli q pie laboraverimz pontifex nr n ignorat.
ne nra qdem conscientia fe qppe q mortem ipam constanter oppetis
semus, prouidendo sancte ro. ecclie et pontificis uice. ne modo qde
aliud sentimus atr ue affecti sumus. Qz n sim opulenti ut uel
totam sumaz uel ptem ipi impende possim, nemo ne ex nris qdem
testis locupletior occurrit q tu qui negotia nra calles oia. Te oro atqz
obsecro ut q tu alias atqz sacrato ocio fruentem: istimoi qtu fieri pot
molestijs eximas, et ne obstrepat nobis creditoribz gratij sarci
interponas apud pontificem partes tuas: et me sue sanctitati cme
dare digneris. Franciscum patauiuz meuz atqz arsenium saluta no
mine meo. Tabulam pictam nec dum recepim. lras adduce lusie
albertum et indulgentiam ductoris si florentie expedite n sunt
ut isthic expediendas cures oro atqz obsecro. Vale in dno fe unani
mis et petro dulcissimo adulescenti. pontificisqz nepoti nos cmenda.
Ex heremo nra xi. kl. maias.

16\. Ambrosius placido dilmo fri sal. in dno et sincere dilectionis affectu
Contigit nobis quod multuz pauentibz ac trepidantibz solet obuenire
q du captum retineri allegrum nri marioti fratrez cpisset nrm fratrez

cam metu pene exanimati: solliciti quod nequid importaret periculi tri-
stior nuntius, optimo remedium nobis a clementie fonte expetendum
arbitrati: e vestigio patrem beatissimum pulsauimus precibus, ut hunc no-
bis donaret dignaretur etiam siquid admisisset animaduersione dignum
Non nos plane fefellit nostra spes, namque rescripsit piissimus pontifex
nobisque hunc donari iussit ea conditione ut in ureo monti relegaretur.
Iam vero explorata illius innocentia liber eo abstrahat suique iuris effectus
quo vellet libere pergebat. cum acceptis a pontifice litteris gubernator op-
pidi quas iuxta tenorem iuris instrumentum litteris fuisse scriptas putabamus in-
doluit, allegri vices. ipsumque iuxta pontificis litteras ad montem monti fontis
boni relegauit apposita grauissima pena si inde quoque progrederetur.
Ad nos itaque ille iuxta edicta pontificis uenit, innocens licet ut pareret
pontificis sententie: hoc illi constitit nimia nostra diligentia. metus quod immo-
dicus quo expectandum nobis non putauimus dum certius aliquid
addisceremus. Sed te precamur placide fili unanimis noster ut quem pro abso-
lutione rei tuas interponere partes non remisisti innocentem comproba-
tum iuues multo gratius. eumque expulem in patriam redire facias. fa-
ciet id scio libentissime sanctissimus pontifex. Allegrumque fidelissimum
hominem burgo restituet eius innocentia cognita. Scribimus ad eum
litteras quibus seriem rei geste paucis explicantes hoc ipsum de soluta illi
benignitate postulemus. Litteras gubernatoris ad nos mittimus his alli-
gatas quibus aperte satis testatur illum ob quegdam non grauia fuisse dete-
ntum. et que seueriore censura mulctari nequaquam mererentur. Credita
illi fuerat una ex arcibus oppidi, quam quod uacuam solemni munitione
audierat gubernator ipse, illum potissimum tenendum arbitratus est.
qui balducij amicissimus fuerat. Illam sine florentini sunt alij quidam
expilitauerant, quam ipse munitione accepisset, plane relinquerat. Sed ca-
lumnia ut diximus liber, liber auunculis, preterea hanc curam denuo e
intricatus. Non sine graui ipsius periculo hic remoratur duplici ratione. Itaque
uictimus e purpureo et emulis eius. ex hoc datur occasio aliquid contra illum
malignandi, cum non sit obscura comitas cum isto beniuolentia. In-

telligis quid velim. Exul Placentia a Florentinorum solo cum hic remoretur
si forte capi contigerit mortis exsolvet penas, siquam capitale exci-
piet. Licet enim liberi simus ipsi, solumque nostrum additione mortalium, sumus
tamen commendati, et metus est ne capiatur. Utroque itaque ex capite pericli-
tanti queso succurras, et burgo restitui maturius cures. Vale in domino
frater amantissime, nosque pontifici fac intentissime commendes. Arsenium
Franciscum nostros affectu meo saluta. Ariminensi nostro me commendabis.
Ex nostra heremo xiiii. Junii. ante lucem.

Domino amantissimo et mihi precipuo affectu colendo patri Chr. Ambrosius.
Et si nihil erat ferme quod scriberem, accedente tamen ad nos domno
17. Anselmo procuratore nostro [illegible] simul et inconsultum arbitratus
sum vacuum vere mercurium ad te litterarum, quibus ante omnia me dei misera-
tione valere optime et in deserto delitiis frui, atque immortali pasci ali-
monia, non id modo, verum et nostra omnia prosperitatem nostram ad lineam dirigi:
et ita ut exultare cum tremore cordis addiscam: divitias supreme
divine pietatis obstupescens. Verum ista partim provenerunt gratia mea
commendo tue dignationi per hunc hominem ut pro munere sibi a nobis
delegato eum foveas, negotiaque promoveas nostra sive burgensis monasterii
sive vangadiciae. Puto utcunque te domine manum, deo propitio feliciter tractas-
ti posse. Non te ambigo velle ornata omnia, modo non abhorreant ab honestate,
ut nihil restet nisi spes letior. Senex ille iam advenisse ad nos de-
buit, cuius accessum scripsisti pontifici videri expostulandum. Et conditio
ea est ut nequaquam reiicienda videatur seni: quin et sibi nihil stipendii
decipit et honoris non nihil accedit dum per abbatem gubernari monasterium quod pla-
cuerint statuunt. Burgenses oratores promovisse nostri monasterii causam arbitramur.
Et certe nihil preter rationem postulant. Adeo enim illi monasterio afficiuntur,
adeo ex abbatis semper arbitrio pendere consueverunt, ut quotiens inter eos
est orta discordia, sunt autem diverse factionis, utrique partes cedunt abbati
claves oppidi offerre consueverint semper. Commendo tibi pater utrunque negotium.
Vale in domino et me pontifici nostro fac intentissime commendes et domino meo came-
rario. Ex heremo nostra xv. kl. Julias.

Domino amantissimo fratrique dulcissimo Placido. Ambrosius. Quum hic rumor
increbuit pontificem nostrum Florentiam consilio mutato non esse venturum
18 nostrorum corda metus quidam pusillanimitasque perculit, ut iam Bononiam
adire velle metuerent. ideoque nobiscum contulerunt. verentes nequid
Venerabilis pater meus abbas sancti pauli proposuit omittatur: ut scilicet pontifex
ipse negotia nostra determinet. Metuit enim ne si Bononiam ire non poterit
res infecta remaneat. Cupivit itaque et nos secum una cupimus certi aliquid
addiscere ut possit consilium capi et deliberari quid facto sit opus. Ego
mi frater unanimis ita me deus adiuvet, eo affectu in illos omnes sum.
ut velim praebere eis si opus sit sanguinem meum: quantum erit in me: cupi
amque illos ita fovere ut gallina pullos suos, et ut indulgentissima
mater parvulos suos. hortabar illos ut vellent cum benedictione nostra pro
suis necessitatibus incidere abietes, et peculiarem ipsi silve haberent curam atque
libertatem. et sine nobis abietes quantas vellent inciderent: iniussu
suos, nos sine illorum nutu et requisitione nullam incideremus, praeterquam
iniussus domus nostre. ideoque redimende pacis et concordie servande gratia.
Malunt a pontifice eam consequi auctoritatem quibus tamen dixi me relucta
turum coram pont. summo, ne videar loci mei esse negligens: sed sponte
mea id exhibiturum si velint. Et cetera plane illis indulgere libentissi
me paratus eram quae sunt rationabilia et honesta dignitatique non preiudicent
nostre. Confido autem nostrum longe plus consolationis habiturum si res ita
succederet quam si res fuerit ad arbitrium suum. Scribo ista ad te ut remedium
aliquid excogites et siquid inferre boni potes una cum preceptis assu
mas vel operam et curam. quam ratione caritatis propriam profecto arbitraris.
Quippe et tuas omnes mihi ipse semper vindicabo, quo ad ipse iubebis.
Scribas oro quicquid hac de re habeas certi. Nam si vera ea fama sit
scribere intendunt venerabili patri abbati sancti pauli ut huius rei gratia Bononiam
pergat, dato sibi die quo et ipsi nobiscum una adesse possint. Ego gratius
multo fore pontifici existimo, si vos ambo rem istam termineretis, nostri tamen
eis contradicere nolo, ne videar nolle quod cupiunt. Sextenos duos alios

epistolarum nostrarum mitto ne vacuus iste tabellarius veniat. Quos oro sol-
licite cures transcribendos, ut possint reliquo volumini inseri, quod
vetustius in membranis ariminensi episcopo curavimus transcribendum.
Vale in domino Yhesu. Ex sacra heremo iii. kl. Julias.

A mbrosius inutilis famulus Christi Placido karissimo fratri salutem in domino et sancte
caritatis affectum. Scribo pontifici nostro litteras suggerens sanctitati sue
19 que post profectionem a nobis contigerunt. Ea fortasse non scripturus
modo nisi comperissem Placidum illum fratrem meum ad vos remeasse, missum
ab heremitis et quod nos denuo temptaturus plurima. Non ambigo frater carissime
quin pro reverentia tua et pro zelo domus dei illorum indoleas vicem, qui
pacis et quietis adversarii subiici contemnunt, solumque dominari appetunt, non
tantum ceterorum verum nostri quoque. Disseminaverat impudens ille Florentie
et per totum, ut variis exploratis et fidelibus testibus certiores facti sumus,
multa in dedecus meum, asserens in monasterio angelorum pontificem nos ad in-
stantiam suam privare voluisse, nisi tu tertio, posito genu illi, quod nos
commotionem sedare studuisses: nobis nihil relictum esse auctoritatis
nec posse quicquam sine ipsis agere, et multa in hunc modum que maxime
turbationis causa fuere. Verum illius procacitatem arguerunt cardinalis
sancte +. primum, tum et pontificis littere heremitis scripte, quibus id agitur
ut obediant mihi. Toleravimus ista patienter et fortiter, ne quod dominum nostrum
sriam et quod pacta nostra vertere videremur: neu iustitie zelus vindicte
studio adscriberetur. Adeo nos inreverenter coram heremitis alloquutus est,
tam multa de nobis postulavit, que diceret esse de mente pontificis sibi
secretius dicta, ut nauseam ferme provocaverit. Quamvis vero et tollerantia
non timuit dicere breve illud nos dictasse quod non plene contineret omnia que
sibi promiserat pontifex, et que sibi due adhuc ibi remorarentur esse
omnia tribus impendia curasse. Quid multa? egit ingentibus homo verbis
suis ut heremite rigidi inflexique persisterent, ita ut nullum humilita-
tis in eis appareret indicium, non verbum non signum, sed iam victores et vo-
ti compotes existimarent. Plus credentes levissimi hominis verbis quam rescripto

pontificis uel Cardinalis nri lris. Fateor placide car^me^. multuz tempo-
ri multumq tempo ne stultam arrogantiam feriam. Volunt consti-
tutiones heremitice nos inter illos ee qz unum ex illis si bene se hant. Verum
sup hos ferire nos admonent. et recognoscere auctoritatem. nos uero qz
illorum statuta seruare hactenus uolumus. qz roi uerz suffraget. ne in-
fringere uideam statuta pontificis. Aiunt nos in collationibus manualium
nd plus hre auctoritatis qz quelibet ipsorum mendaciter omnino. Namqz
ex priuilegiis romanorum pontificum et ex constitutionibus nris atqz here-
mi statutis ad nos tantum ptinet illa collatio. lz in manualibus sint illorum
accipienda consilia. que illi omni cum humilitate tribuere debent. reg-
sin. neqz sub excomunicationis pena. lz uerbo uel signo rogare se mu-
tuo. ut hic magis qz ille pficiatur. Is eligendus ille e. in quem maior et sanior
pars consentit. que profecto diffinitio sanioris ptis ad me spectat.
Ita heremite nri solo de primatu contendunt. cupientes nobis nd esse
aut uideri inferiores. professores qz humilitatis de potentia disputant
Duo referam exempla cum que pontifici ipsi qz notauimus. Priore quē-
dam clientulum suum seditiosum hominem et ingratum capitulo gnale
scandala metuens remouendum censuit. alteruqz subrogauit. exequti
id sumus pacifice satis. cum neq ille implorato brachio terrene potatis
inertiam denuo irrupit. admonitus qz anobis leniter cum resipiscere
nollet excomunicatus est. Ille sntiam nihil existimans. imre imo uni-
uersalis ecclie et clauium contemptuz missas cotidie hacten celebrat.
hunc heremite nri fouent. seqz ille ipsorum auctoritate tuet. asserentis
ad se ptinere manuale meuz contra honorez meuz et auctoritate capli
generalis. Sollicitamus illos et coram et plras sepius. ut quatuor ex
prelatis eligerent quoluntatem pontificis ac dispensatione executioi
mandarent. illis bona et possessiones pro uictu suo et uestitu assigna-
tes. Unum ex quatuor electis reprobauim Anselmu neq hoiez et
in famissimuz omni uitiorum gne pro honestate nra. Non ferunt eum
amoueri dicentes criminibus credendum nd esse et ad se qz spectare

inquisitionem facti. Sic timent infelices que nostra sunt sibi applicare
studentes. Precorum certe oppressorem, & falsarium litterarum apostolicarum
communiumque instrumentorum deprehendimus: quem isti ita ambiunt: sic
tuentur. Denique siqui rebellare velit contra nos, hunc fovent illi: sibique
applicare student. Affuit placidus pontificem sibi induxisse multa
secretius quod nollet nos conferre beneficia sine ipsis, quod neminem ipsi pro-
movere vel privare possimus, neminem vel suscipere vel abiicere de fami-
lia herem et Fontisbonum sine ipsorum nutu, que omnia manu sua nota-
ta proferebat. Risimus ad stultitiam hominis, nos ea crimina suave
paratos asserentes que iussisset pontifex. Ista tamen nos numquam ex sacro
eius ore percepisse. mirarique cur nobis quoque ista non dixerit, cum ibi
coram adessemus. Pontificem et Cardinales admonuisse ut constitu-
tiones suas illis ipsi servaremus. atque ab eis etiam servandas curarem.
Nihil postea intervenit: cur illi ad nos debuerint mittere. Te oro placide
cordis mei statum pontifici suggeras, ne tantum cure probis velit adsis-
tere, quos videt non posse quiescere; favore enim eius elati renuunt
subiici quos fovere certe totis viribus civitatis semper animus fuit. Sed rebel-
litare malunt delecti quam concordie obsequi, & agi contra frenis. Has
nostras oro pontifici afferas merito. et nos illi commendes sanctitati. Vale
in domino. Ex [illegible] mon. Fontisboni iiij. kl. Ian.

Domino & patri meo Sir. Ambrosius. in domino eternam salutem. Littere digna-
tionis tue statum mentis mee nequaquam inflectere potuerunt: ut in-
20 iurias aut pontificis summi aut parvitatis mee ulcisci pergerem.
Scribit certe Veneratio tua me ad impendia ecclesie tue circa, ex-
orbitantem commissionem a pontifice impetrare studuisse, ac secun-
dum curie stilum qui oblitteratus est eam opposuisse insinuari tibi
Que si insinuabitur ero tibi recurrendum in non erit acceptatio
personarum. Videt certe dignatio tua paucis verbis quam multe sint
et in pontificem summum et in me inutilem sue sanctitatis servulum
iniurie inserte. Primum quidem asseris me velle impedire ecclesie tue

iura. Id deo teste nequaquam uerum est. nec enim ego tam tua usurpare quam nostra tueri iura cupio. Atque utinam non alii magis sibi nostra, quam nos aliena nobis uindicare curarent. Esset profecto quies et pax summa: nec iste tue hec locum habuissent, nec opus fuisset hec atque illa moliri ut nos iure nostro deturbares. Non ignorat certe prudentia tua uenerationis tue, burgi ipsius administrationem liberam tam in spiritualibus quam in temporalibus ex indultis romanorum et pontificum et imperatorum pertinere ad nos. Adeo enim multa sunt priuilegia istud decernentia ut inde dubitare non possit excellentia tua. Constat pluribus chyrographis abbatem burgensis monasterii omnes tam usurarias quam matrimoniales euo iam diuturno iudicasse. Patet ex apertis literis pontificem summum cum fratribus minoribus locum edificande ecclesie intra burgum dare uellet, sine requisitione abbatis monasterii ipsius id non egisse. Non est obscurum bonifatium nonum iustis ex causis que in suis literis insunt ipsi monasterio iurisdictionem plenissimam confirmasse. His ita se habentibus: cognosceret mihi tua dignatio non debueras in iura mea sic obstinate atque adeo instanter irrumpere: Non igitur ego tua in principe: sed mea tueri deprehensus sum. Ais exorbitantem commissionem a domino nostro emanasse quod quanta eius iniuria dicatur tute melius nosti. An uero non licuit pontifici decernere quod uellet. Immo si dici liceat correxit ille siquid abs te negligentem fortasse minusque considerate prius emanauerat. dum causam ipsius monasterii quam per contumaciam oppressam fuisse: et ipse qui prius contra nos sententiam tulit sacro ore confessus est, restituit in priorem gradum. Sed depinxisse ais romane curie stilum. Id uide quanta cum laude pontificis eugenii dicatur, non potes plane ignorare dum eo presule pristinum stilum curie doles. Ecce apud illum acceptionem personarum. An uero ista parua sunt crimina que indoques in romane sedis antistitem. nihil tale nec de te nec de quouis alio merente. Uides ne quanta sit tua in scribendo modestia. quod a sententia et ordinatione ac decreto pontificis appellare ad concilium minaris.

ubi scilicet iustitie habeatur honos. nec ulla prevaleat acceptatio personarum.
Displicent ista fateor, neque possum non graviter non indigne ferre quod
tantus vir, meque ut asseris humilitati deditus tam indebite, tam per-
turbate loquaris. Certe si ista venirent in notitiam sanctitatis sue scio
quod non egre ferret apostolatui suo tam licenter obtrectari. Sed absit ut per
meam suggestionem ista ille norit. Asseris me venire contra fidem ac
pollicitationem meam. quam Carolo fratri tuo presente T. magnifici comitis
cancellario egi. Quid oro pollicitus sum? tenes litteras meas quas tunc
ni fallor ad te scripsi. Evolve illas et an aliquid contra ac promisi fecerim
iudica. Dixi me nolle apostolicis litteris contraire, neque maligno impe-
dire iurisditionem tuam: si iura mea tueri ac servare prexi. Quod certe
contra apostolica rescripta non egerim. nullus est melior testis pontifice ipso
qui iura nostra oppressa restituit. Quod vero nihil contra te fecerim, ipse multo
prius, omnium nosti iuris pontificii doctissimus. qui me adsuadendo iura mea
obstrictum tenes ex fide et iuramento a me prestito. Nempe ut pontifici
prius dixi si contenti essemus terminis nostris, neque illos transilire vellemus
non tu mihi hanc necessitatem indixisses. neque his verbis necessario
me uti oportet. Asseris humilitatem meam apud pontificem plurimum
posse, utque tuam dignationem illius commendem sanctitati oras. Diligit
me fateor pontifex, neque enim eo inficias et ultra merita mea: sed in
ipsius negotia ego nisi pauca non tracto, libentissime alteri hunc cederem
locum. atque hinc me exercitarem. Faciam tamen que admones si nullius
devotione prestiteris. Quod ut facias te affectu quo diligo et oro et obsecro
quia nequaquam tuto dissentire accipite poteris. Postremo que infers de
conferendo negotio cum d. laurentio de ridolfis si velim et ultra non
te interponas in negotio burgi, quo fine aut qua intentione dixeris
non plane intelligo. Secum tamen conferam ora et agnoscam an ille
sit mentis tue fidelis interpres. Addis postremo te ornatissimas meas
epistolas postulare atque exigere, asserens eas servari penes te procelegis
Agerem gratias humanitati tue nisi vererer ne potius tuū ledendi studio

q̄ laudandi ista diceres. Sȝ hunc metum meū relevat consideratio
humanitatis tuę. quę nequaq̄ ambigo quin me ut profitetur et obs̄-
vet & diligat. Accipies ergo non ornataȝ et laureatam, ſȝ extem-
poralem subitamq; ep̄lam, in qua siquid quod te offenderet dixi
caritati ignosces. Vale in dn̄o et nos ppetuo dilige, qui te prof̄to
diligimus plurimuȝ. Florentie viij. kl̄. septembris.

EXPLICIT TERTIUSDECIMUS ET ULTIMUS LIBER
EPLARUM AMBROSII GENERALIS CAMALDULENSIS
MANU MEI IOHANNIS LATERENENSIS SUB ANNIS
DNI. NRI YHU XPI. M. CCCC LXVIII. DE MENSE IUNII.

Priores artium et vexillifer iustitie populi et communis Flor. Reverendo
in Christo patri Ambrosio priori sacre heremi Camaldulensis ac totius ordinis generali.
Scripsimus alias ut paternitatem vestram credimus non latere, super negotio monasterii
de Agnano, demonstrantes quoniam locus ille munitus est et habet opportunitatem
non modicam ad bellum inferendum, optare communitatem nostram ut persona
fidelis nostre civitati in eo deputetur. Placeret autem nobis maxime ut frater Ia-
cobus de Tornaquincis monachus monasterii angelorum in prepositum monasterii de Agna-
no preficeretur, cum in eo concurrant omnia que vel religioni vel desi-
derio nostro opportuna et optanda videntur. Sentientes igitur nunc ab-
batem ipsius monasterii diem obiisse, moti superioribus ex causis iterum super ea-
dem re scribere constituimus, rogantes paternitatem vestram ut tum intuitu virtutum
et meritorum fratris Iacobi, tum etiam propter desiderium nostrum velit ipsum preficere
in abbatem monasterii de Agnano, quod erit gratissimum et acceptissimum
nobis. Datum Florentie die x decembris M·CCCCXXXI.

Fidem. Eidem.

Dignitatis ratio postulat ut pro hiis qui nobis et statui nostro in summis pe-
riculis difficillimisque temporibus et corpore et animo et tota ut ita dixerim
voluntate opitulati sunt curam et sollicitudinem capiamus. Merito
nos movere debet Andreas monachus vestri ordinis, ut incolumitati eius
opera vestra non desit. Que enim ab eo facta sunt in hoc belli discrimine
pro civitate multarumque nobis assensa, prolixum sane negotium foret
in hac brevitate litterarum describere. Itaque illud summatim dicere nobis licet,
quod est apud Marcone, duo sive duo pretera tales pro deo tulissent terra urbesque.
Sic enim statuimus nullum fere opidorum nostrorum in quo unius aliquis talis
extitisset in hoc bello a nobis defecisse: sed pleraque insuper accessisse imperio
nostro. Licet non sit hec religionis, certe nec tempus illud quidem religionem
flagitabat. Capta enim urbe nihil reliqui fit victis, et sacra profanaque
pariter opprimuntur: ut magna non desint merita defensoribus. Hos
igitur sentientes quandam conceptam iram a dominis suis hunc monachum eminam asse-
stabendum vestre paternitati ducximus, orantes ut contemplatione nostri velitis to-
tam hanc rem incendium vestrum integram reservare. Hoc nos ita postulamus

ut nihil nec avidius nec vehementius flagitare a Sa. v. possimus. Dat. florentie die x. junij M.cccxxxvj.

Fidem eidem.

A ndivimus p. v. valde se opponere et obstare quo minus consules artis lane civitatis nostre habent ortulum quendam ad mon. angelorum ptinentem, in quo edificium ad pannorum usum construere volunt. Atque ptinere ad publicam utilitatem illius artis exercitia non ignoratis. et preterea iam ut ferunt priori eius [illegible] ... consensum et precij quelibet nem fecerunt. Itaque non publica utilitas modo a plurimis apud v. p. vale debet, verum etiam honestas inesse negotio iam plane [illegible] videtur. et accedit intercessio nostra, que omnia sunt eiusmodi ut nos inflectere debeant ad consensum rei prestandum. Nec vero formidanda est illorum vicinitas quoniam et providebitur ut honeste se gerant, et habitantibus intra moniales septa, nulla extra labes conspicua esse potest. Nos igitur his rationibus suasionibusque inducti p. v. hortamur atque rogamus ut annuere velit, et commoditatem istam consulibus atque arti pro communi utilitate prestare: etenim si pascere pauperes laudabile est, commendata nobis hec ars debet esse, que plurimos semper in civitate nostra pavit et pascit. Sit et aliquid insuper petitioni nostre quod acceptum deo esse videatur. Dat. florentie die ultima May. M.cccxxxvi.

F r. Franciscus sancte ca. heremi prior etc. Ven. fratri meo d. Petro baldu. sal. in dno et pium sancte religionis affectum. Sepius apud nos cogitavimus quidnam in te commiserimus quod tam diu sub dispecis nobis litteras tuas: cum praesertim non negligentem in hoc munere litterario te sciamus. atque tu non ignores nos tuas litteras mirum in modum desiderare. Scripsimus ad te in procinctu tui recessus: et post discessum tuum te litteris nostris sequuti fuimus, et ecce iam fluxus est mensis et eo amplius, et nihil optatissimarum tuarum litterarum nobis redditum est. Mandatum demum priori sancti iohis de sud'aria ut ad nos veniat fecimus: atque ut certiores essemus quod procul dubio ad manus eius deveniret tuis intus inclusimus et an illi missis atque ipse recepit certiores nos fecisti minime. Est ne ista fides qua

dere fili tenemus. Scribe fili ad nos, et maturre nos effice certiores
quamobrem prior ille in termino sibi per nos assignato denuo non obtemperavit.
De monasterio illo reformando non respiravimus penitus. immo animus indies
incalescit noster. ut pastor bonus ibi preficiatur. qui in antiquum statum resti-
tuat. Retinemus hic apud nos d. S. regis indies operitur: ut ad nos ali-
quid scribas. Scripsimus domino abbati, ut illum admoneat quod ad nos veniat
hortare et tu quoque, ut nolit detractare superioris imperio. quod si non obedierit
experietur tandem auctoritatem nostram, quam manus effugere non poterit nostras
Insistimus vehementissime rei, que superari poterit, erit profecto ad decus nostre
religionis. Ora fili ut nobis dominus adspirare dignetur, ut cuncta que
sunt ad laudem suam complere possimus. Vale et si nos amas rescribe ma-
turius. Florentie ex monasterio sancte marie de Angelis xxiiii. novembris.

Hieronymus abbas sancte flore, Reverendo in Christo patri et domino domino M. totius ordinis
camaldulensis dignissimo generali. Accepi ornatissimas litteras r. d. vestre. que meis re-
sponsum prebuerint: in negotio fratris laurentii. eas cum legissem ma-
gna me cepit admiratio cum bonitatis tum patientie d. vestre. que ut tanquam
indulgentissimus pater parcum existimat, erratis filiorum dare veniam, nisi
et eos muneribus et officiis prosequatur. hec tanta clementia d. vestre.
non modo non me retrahit ab aliorum amicorum commendatione sed et mihi me-
apte vestra natura subtimido vires et animos suggerit audendi. Nam
cum homines ad deos nulla re propius accedant, quam aliis hominibus benefaciendo
malle certe debemus in eorum esse numero a quibus salus et beneficia pe-
tenda sint, quam in eorum sorte quos rerum inopia ad ea ipsa petenda et de-
sideranda compellit. At enim si liberalitas vestra in alienis collata lau-
danda est, longe maiorem laudem sine dubitatione promeretur in bo-
nos et doctos benemeritos quoque collata. Zachariam florentinum vestri or-
dinis monachum apprime novit d. vestra. quanta is sit doctrina, quanta dicendi
copia, utque inope et sermone sit potens. Indignum profecto res videri
debeat eum in vasta heremo relegari qui dignus sit in celeberrimis
locis et videri et audiri. Eadem existimo r. d. vestram. homines omnis-

simum dilig̃s ac complecti memoria. est is m̃i p̃amicus: Et cupio ue-
hement̃ hominem dictum aliquo b̃nficio affectum iri. Quo n̄o solum
ceteris me reb; s; in laudib; q̃s r. d. v. eg distulisse proposui videri q̃ort.
hec ar. d. v. posuit bonitas et liberalitas ipa vr̃a. hoc ipsi zacha-
rie uirtutes & ornam̃ta requirunt. Deniq; suffragijs meis et int-
cessioni si r. d. v. plusculum largiat̃ erit id gratissimu m̃i. Va-
leat felix r. d. v. cui me q̃mendo Arety die XXVIJ. nouebris 1467.
P andolfus deluna protonot̃ d̃no M. Gn̄ali camald̃ sal. & c.
Cum Mattheus abbas adte proficisceretur R̃x de p̃r facẽ n̄o potui q̃n
huic adte aliquid darem l̃raz, quib; intelliges q̃ te ut p̃rez sapie̅tissi-
mu̅ p̃tuis maximis clarissimis q; uirtutib; coluerim semp atq; obs̃ua-
rim, et ut apud te testatum relinquerem quid sentiam de ipi matthei
morib; et uita in hanc diem integre acta. Nam ex quo tempore ap̃d
me est, nullum dictum ei, nullum factum extat, quod n̄o laudan̄
pro eius uite integritate necesse sit. Cum hec duo ut te n̄o fugit sep
sibi an̄ oculos s̃uanda proposuerit & religione ipaz qua se sua
sponte astrinxit omne uite tempus immortali deo s̃uire, et uriz
ordinem sanctissimu̅ pro quo n̄o dubitaret omnia facẽ si ei sit
profuturus, Hec qui facit etiam si malijs reb; delinquẽt, hunc sa-
tis spectatum hominẽ esse iudico, ac dignum quem tua clementia
et affabilitate complectare, Itaq; hunc t̃ R̃x de p̃r q̃mendo p̃lurimu̅
et eo magis q̃ ualde suspico fore ne quidam improbi ac maledici
homines adte l̃ras scripserint quib; conentur uirtutes ipi matthei falsis
apud te calumnijs obscurare. Q̃obrẽ uehement̃ te rogo, quod te et
sine meis l̃ris, aut sine ulla monitione pro tua prudentia facturũ
ẽe q̃fido, ne te magis moueant alioz l̃re falso q̃scriptum, q̃ aut ino-
centia mathei quem probe nosti, aut testimoniu̅ l̃raz mearum quas
ego nunq̃ adte scripsissem, n̄i uera ẽe o͞ia certo scirẽ que de mathei pro-
bitate ante d̃ca sunt. Itum igitur hunc t̃ q̃mendo ita tam̃ ut me t̃ p̃ri
sapientissime n̄o min̄ q̃mendatu̅ ẽe cupia. Vale flor. iiij. maij.

Litterae doctissimorum virorum ad Ambrosium monachum.

Xanthus ballus panormitanus optimo patri Ambrosio monacho grecarum et latinarum litterarum eloquentissimo sal. Multa me suadent vir religiosissime tecum familiariter agam, et ad tuis optimis studiis tuaque sanctimonia avocare: cum caritas qua in studiosos omnis teneris, qua omnis christianos complecteris, tum ea quam in tua liberalitate dedisti ad usus te fiducia, tum et ignoratio mea qua inscitia usor. Reverso in pisas in lactantii firmiani eloquentissimi viri opuscula duo primum offeruntur, dedi opificio et ira. que librarius quidam nuper absolverat. Illos ego non emendo solum verum quia a te monitus sum satis tris in libris a fide deviasse, accuratissime lectito minutim que omnia pondero. Nihil mihi emendandum firmianum dixisse visum est: nihil non christianissimum inveni. omnia religioni nostre consentanea mihi visa sunt. Ea causa maxime vereor ne male cum lactantio sentiam, neve incautus in fide peccem vehementer timeo. Quamobrem te enixissime obsecro: qua in re, quave ratione, his in opusculis a fide alienus lactantius sit: me perceptas doceas. haud enim me parvo donabis munere siquidem maximum immineat anime mee periculum. Subinde aliud etiam inveni quod me haud parum pedes figere coegit, cum quidam Auli gellii sententie non immemor: qui hominem ab humo dictum esse negat. et quod plus est vehementer eos errare dicit, qui hoc existimarent. Lactantii hec verba sunt. Si enim corpus hominis ex humo fictum est, unde homo nomen accepit, animus ergo qui sapit rector corporis et alia. Vides doctissimum et eloquentissimum virum quam A. gellio dissentiat. Utra eorum opinio verior sit: doctissimum abs te cupio. tam et si interea temporis hac in re lactantio magis adhereo utpote christiano viro et qui diligentius eam rem scrutatus fuerit. Pre(ce)dente die chretensem quendam conveni, quocum mihi non longa familiaritas est. quem post ea que cogniti primo congressu dicere solent: primum de libris expeto. Respondit complures in ea insula libros esse: et in horis pretii. Percontor ulterius quorum librorum tantam ipsi ubertatem habent, sacrorum dixit et homeri. nam biblia magni pretii est, ipse ut dicebat: duo abhinc sunt anni veterem et novam legem caracteribus transcriptorum quinque aureis emit,

eamq3 inpntia hr̃e domi / in qua se plurimum oblectetur / pupillaq3 oculi
cariorem hãt. ego tam arbitror siquis horum qui huic ciuitati p̃sunt:
maximis p̃cibus secum aget / g̃culum q3 caput blanditijs demulceret
non difficulter mutaretur g̃culus. Hec tua sit cura. Non enim adeo
hic potens sum / ut uel g̃cum flectere uel atine hoc impetrare possi3.
Si qñ g̃cus Syciliam ueniet / ueniet aũt spo qua diligentia ip̃az cura-
bo uidebis: si magnatum si presidum: si ip̃ius denique p̃ncipis p̃ces
ualebunt / equidem quoad uotis tuis faciam satis non quiescam. Vale
Valeat fr̃ Iacobus uir officiosissim᷒. Nicholaum / nicholi / ex me salutes ob-
secro / et Carolum arretinum. ex pisis iij. idus febr.

2 Aurispa Ambrosio monacho uiro sancto et doctissimo sal. pl. Hic q has
lr̃as adte ferret / natus ē ex clarissimo p̃re et sapientissimo uiro: et
rerum fortune non egeno / qui eum in italiam ex sicilia misit specta-
culi grã et doctrine καὶ ἴνα πολλῶν ἀνθρώπων. ἄστεα καὶ νόον
μάθαιη. & ut rerum humanaꝝ experientiam accipiat. Ipe uõ lr̃aꝝ
cupidissimus ē / et iam aliquot menses sub Guarino doctissimo uiro
audiuit. Nunc uõ ut p̃dis preceptum suamq3 cupiditatem expleat
isthuc urbem hominesq3 spectandi gratia uenit / & res omnis claras
et te ante alios. Es enim Ambrosi sine assentatione dictum sit in-
italia clarissimus / nam de te anteaq̃ ex sicilia discedet audierat / teq3
spectare et cognoscere desiderabat. Q̃obrem uir sancte p religionem
tuam / p q3 mutuum et antiquũ nr̃um amorem oro ut hunc adulesce-
tem placide / et pro tua consuetudine benigne accipias / quodq3 a pluribꝫ
et a me p̃stim de uita et uirtute tua audiuit fac coram sentiat. et
siquid isthuc facturus ẽet non solum consulas sibi s3 adiuues. emet
enim fortassis quosdam codices. Vale tu uir doctissime et sancte.
ex ferraria kl. septembr. q̃ raptim

3 Leonardus Iustinianus Integerrimo uiro Ambrosio monacho pl. s. d.
Superioribus diebus lr̃as tuas accepi / quibꝫ si in respondendo tar-
dior fui / nihil est q mihi succenseas / cum occupationes quibꝫ et te
maxime impeditum scribis / plurimum me hoc tp̃e oppr̃sserint. Itaq3
et te excusatum habui & tarditatem meã [illegible] dño te tolisse spero.

& hanc litterarum intermissionem occupationibus non culpe assignabimus.
Quod dicis de vernice. cara admodum est. et aureis novem venetijs venditur.
Statuat igitur amicus tuus de merce ista ut libet. de qua pudiusse ut
in facies mentionem non decuit, cum omnia a te scripta et petita io-
cundissime audiam faciamque. Clarissimum Lorenum fan. dandulum
et si huiusmodi cives superesse potius quam huic rei p. ademptos cuperem. gratu-
lor tam ro. ecclesie prothonotarium constitutum, et ad summum gradum
ut ais propediem sublimandum. Munusculum thuris et tabellarum
dici non potest quam leto animo ad te mittam. Verum tabellas nunc hisce litteris co-
niunxi et colligavi. thus autem mox ad te palam tabellario portari cura-
bo. Vale pater carissime. & hieronymo nostro salutes meas dicito. Bernardus
filius se tibi plurimum commendat. Venetijs xv. septembris.

V. Leonardus Justinianus patri suo fratri Ambrosio salutem. Non dubito te an-
num proxime preteritum taciturnitatem meam equo animo tulisse: quia pre-
ture mee foroiuliane plurimis et maximis occupationibus id temporis
assiduo me implicitum existimare potueris. Neque enim a te ab huma-
nissimo scribendi offitio quod tecum uti solebam ullo pacto abduci po-
tuissem. nam id antiquus inter amor meus et observantia pateret. Re-
versus nunc sum in propriam simul et ad pristinum morem meum conver-
sus quo te litteris meis aut si non crebro visitem, et te ut itidem erga
me facias rogem. Tibi nunc monasterium sancti mathie muriani commendare
habeo, cuius commoda non indigne mihi esse cure debent, quia et priorem
illum virum humanissimum et reliquos fratres suos vita et moribus
commendandos sentio. est autem commendatio mea duplex. primum intellexi
te alias concessisse huius monasterii que sunt faventie possessiones vendi.
et earum pretium ad eundem locum qui de compostitio dr. venetijs poni, Nunc
vero cum iam ex ea concessione aliquot possessiones vendite fuerint.
impedire te decelias fieri venditionem. Quare cum hec mihi ad u-
tilitatem et commoda monasterii pertinere visa sit. nisi forte se a te res habet
quam intelligo, te rogo ut salva equitate et iustitia, in prima illa con-
cessione persistas, quo reliquum possessionum illarum vendi possit. Alterum
est, quod te rogo ut ingrossa ista illa que inter hunc priorem et illum sancte

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE MSS FIRENZE

Marie angelorum bononie uerti dr: id cures atq pficias, ut hoc mo-
nasterium sci mathye nulla iniuria afficiatur: sz qtum honestas eqtasq
patitur: comodis suis consulas faueas & meam gmendationem profu-
isse cures. hoc in gratissimum feceris. Vale mi pr dulcissime. Itidez
afee & filio meo imo nro Bernardo Bn Vale. qui se tibi gmdat.
Venetijs xxvij. Martij.

5 L eonardus Iustinianus. scissimo Ambrosio suo. s. Thomas pontan'
lepido ingenio iuuenis qui has tibi lras afferet pdiscendaz lraz
grecarum causa isthuc pficiscitur, eum t accuratissime gmendo. Est
enim his moribz, eoq ingenio pditus ut bonis omnibz eruditisq
carus ee debeat. Cuius uirtutem bernardus filius qui cum pfatus Tho
mas hic est familiaritate consuetudineq deuinctus: mihi magnope
laudat. Dignum itaq iudicaui qui tibi homini oiuz humanissimo
ac studiosissimo gmendatus eet. Tabellas t redditas scio, quas t
placuisse intelligere magnope cupio. Tunc enim et mihi ipi obea
rem summe placuero. Vale opme. filioq Bernardo. Venetijs
xi. octobris.

6 B ernardus Iustinianus sanctissimo Viro Ambrosio sal. Et si
plane intelligam ea minime inme ee que tue adoptimu prez
meum datis lris mihi tribuis: non est propterea qn mei offij
putarim ingentes humanitati tue grs age. imo quo mi'is sim
qualem me predicas, eo maiorem fateor necee est tua ee in me be-
niuolentiam studiumq. Laudas insuper illo meo que nup lecti-
tasse te dicis et rectam conuisionem et suatum intraducendo or-
natum. Que nisi fallor ita in illo laudanda sunt ac in homerico
tarsithe forma corporis & oris decor. Quicqd enim in illo est
haud ignoro euismodi ee et extimare quale adolescenti et peta
tem euiscemodi rerum haud satis expto conueniat. Quid igitur
existimabimus ne. id te ideo scripsisse: ut pote in adsentari cupi-
entem. Minime. Quid enim est aquo christiana religio mag ab-
horreat qa astutis smonibz simulatis q blanditijs. Quod quidez
facit ut de te Viro inp'mis religiosissimo et uita moribzq scissi-

mo id existimare nephas ee iudicem. Verum ego sane & non dubito eius se rei causam fuisse cum amore tuu amplissimum eundemq antiquissimu in patrem nrosq omnis tu maxime ut excitares me et calcar infiges adhoc certam litteraz. Intellexisti et enim optime moerenumquendam stimulum adiutivem ee laude. Nec esse aliud quo gaue nobiles adulescentuli cum adstudia capessendas q uirtutes incendantur. q honore laudeq. Honos nanq ut e apud Ciceronem alit artes omnesq accenduntur adstudia gloria. Est tu et enim bone de humanitate: q dulcissima hortatione q suauissimis uerbis id meum agis ut continuam operam infatighabilemq adliberales disciplinas auiz exhibeam. Excipio igitur hortationem hanc tuam, tuumq deme iudicium, tuam spem, tuamq caritate pinde ac carissimi obseruantissimiq patris, proq his nescio quas tibi gratiores referam gratias, q ut pollicear daturum me operam pro uiribus ut he tue honestissime preces cohortationes adme ore fusi delate no sint. Optimus genitor meus pressus innumeris cotidianisq occupationibus iubet ut suam apud te excusationem agaz. cui uix respirandi facultas datur. Orat quoq ut has gnunes accipiatis, tibiq sese commendat. ex uenetijs iiij. idus octobris.

V. Leonardus Iustinianus Ambrosio Camo sanctissimo et doctissimo s. Tue me ex sententia proxime littere subito merore affecerunt, quibus de hieronymi mei morte sum factus certior. Fateor imbecillitatem meam ad tam triste et minime expectatum nuntium & tui & mei et illius gratia plus equo sepe ingemui. Sz ut primum me ipse collegi animaduerti inanes ee cas mei doloris. Quis enim non impius amico: ex feda omnium erumnarz colluuione impuricissimam felicitatem egresso, indoleat. Ne no tuus me quare meror debuerat, cui constantia ab ineunte etate in hac uiuendi palestra strenue fortiterq uersata, qualis inhoc conflictu futurus esses satis me monere poterat. At me tali orbatum parente cur doleam. Cuz is eo iam loci regnet, unde ube-

riorem ex eo me fructum et patrocinium sperare oportet. Abige itaque lacrimas omnis et quem inter eis tantopere dilectum coram animo cernere cupiebam inter celi nunc sydera colam. eumque quoad licebit: mente et cogitatione complectar. Ugolinus tuus a me sepe intra collegium meum et visus et auditus dignus profecto videbatur: cuius suavissimi mores atque modestia diligeret ab omnibus. Postea vero quam tuis invitatus litteris illum familiarius degustavi eius ingenij amenitate et elegantia mirifice sum oblectatus. Eum itaque non modo tua cui omnia omnino debeo causa, verum et sua et comitate et virtute diligam deinceps et carum habebo imprimis. habeoque tibi pro egregio hoc vetereque liberali munere gratias haud mediocres. Quod ad posteremamque tuarum litterarum particulam attinet, quem conveni Generosum abbatem sancti michaelis: a quo expositis que mihi abs te scribebantur cum accepissem quid ea de re tum actum: tum deinceps suo iudicio esset agendum: tandem ita convenimus ut suis ipse litteris quas his meis adiungam: ordine tibi narraret omnia. Que preterea pretermittuntur a me ne te hominem occupatissimum obtundam leviter. Unum hoc non tacebo. Morbus ille ut ego arbitror. tuam hoc est summam sapientiam et moderationem efflagitat: ne aut indulgenter neglectus aut tractatus acerbius: nobile illud cenobium ad interitum forte impingat. Respondi iam pridem his litteris tuis quibus a me tibi mitti petebas epistolam quandam hieronymi in codice francisci barbadici descriptam: Conicio te nullas meas litteras habuisse propterea quod ea de re nihil respondes mihi. Quare amoris ac studij inter nos mei esse putavi monere te rursum: ut epistole titulum aut materiam mihi significes expressius. Nam franc. ipse ignorare se dicit que nam illa sit que summopere a me petebatur. Id si feceris advolabit illa ad te continuo. Laurentius frater Bernardusque filius se tibi commendant plurimum. et te pulcherrimum nostre familie ornamentum salvum cupiunt. Vale mi dulcissime pater. ex venetijs ad xv. kl. ian. q. rapti-
bil. Θεῷ ἀνδρὶ ἀμβροσίῳ s.d. Per proximum mercatorum tabellarium litterae a vobis mihi nulle reddite sunt. nec aliud quicquam sive ex nuntio

siue ex internuntio accepi: preter exhortationes egregias imprimisque
humanissimas, tum a claro equite Pallante Strozio, tum a grauissimo
Nicholao Nicholi, qui me amicissime grauissimeque monebant ut apud
uos mallem ἢ παρὰ τοῖς βονωνιεῦσι et uersari et esse. Nullis
adhortationibus, nullis admonitionibus erat opus. Quid enim omnium est
quod malim quam παρὰ ἐκείνοις διάγειν: quibus eque atque ipse in affec
tus sum. Verum unum non potui non mirari: quod neque a uestrum
quopiam litteras susceperim, neque qua me conditione ἐστι γὰρ περὶ τῶν
χρημάτων ὁ λόγος neque quo pacto uelint didicerim. Quare
σπούδασον si me amas ut istam rem omnem per primum nuntium examus
sim penitusque cognoscam. Nam si me apud uos esse cupitis: id quod
et ipse uehementissime cupio modo quomodo queat fieri, celeritate opus est.
ἡ γὰρ χρυσοχωρίγα non Bononiensis solum sed grauis est, iam ingre-
ditur mensem nonum uelut gestamus. Que circiter kl. februarias
uel Philelfum uel Philelfinam aut fortasse gemellos dabit. Prom.
τὸν τελευταῖον σκοπὸν αὐτῶν ὑμετέρων περὶ τὰ γράμματα
προστατῶν. Et quantum pecuniarum daturi sunt et pro quo tempore
uelim diligenter ad me de ea opera perscribatur. Si placuerit conditio
propediem ad uos ibo. Sin id minus: rem geri dabimus. Vale. Ex
Bononia pridie kl. ian. Dedi litteras cum his et ad Pallantem ipsum
et ad Aretinum et ad Nicolaum et ad Cosmum. Si aut iusti aut saltem
equi esse uoluerint apud uos breui futurus sum.

Franciscus Philelfus Ambrosio monacho τῷ φιλτάτῳ χαίρειν.
9 Scio te non mediocri cum admiratione animo uolutasse quid est mearum
litterarum tarditas uoluerit et uarias tractum in sententias haud du-
bito. Ego autem paucis te tum omni admiratione tum omni dubieta-
te soluam necesse est. Cum in scripseras ad me antea te quam primum certiorem
efficerem περὶ τῆς τοῦ ὑμετέρου Dionis ἐπιγραφῆς, institu-
eram cum meis una litteris non libri titulum sed librum ad uos dimittere. Id
autem ad paucos usque dies effecturum me putabam. Sed cum interea loci
non nulle alie occupationes incumberent, rem tardius atque existima-
ram ut absoluerem aggressus sum. Nam tametsi iam pridem exhortatio

remigans inter nauigandum eum libellum latinum effecissem eli-
massemque non dum tamen his litterarum figuris absolueram; quem non
ego solum sed & alij lectitare sine stomacho possent. Fatebor enim tibi
ingenij nostri morem et singularem quandam constantemque ignauiam
conscribo celerius et ineptius forsan quam alius quisquam. Transcribo nunquam
ita autem uel ex litteris ad te meis coniectare potueras. Nam qui pulchre
quasque uenuste et expolite illic depicte esse consueuerit; oculis et orbatis
intueri queat. Hunc uero cum dionem illum iam belle absoluissem
deessetque aliud nihil nisi ut accito librario extremam manum apponerem
uenit humanissimus uir guascus tanuensis petijt ac prope contractus
est aliquid ad te litterarum darem. Malui amicissimi hominis uoluntati
quam institutis meis obtemperare. Mittam autem ad sex usque dies: et dionem
ipsum & librorum quos petis titulos. Tu uero interim uale. et me
uiro clarissimo leonardo arretino commendatissimum effice. Et
siquis est alius qui tum litteratura tum auctoritate apud uos
ualeat; curato me illi quoque carum et iocundum reddere. Hiero-
nymum fratrem philelphus impartit salutem plurimam. ex bononia
viij. kl. maias. 1428. Commendato me uiro cl. domino. Fr. Barbaro.
Franc. phil. Τῷ ἐν τοῖς ἱερομονάχοις καλῷ κἀγαθῷ
10 ἀδελφῷ. Ambrosio. s. d. Si breuis et ineptius in hisce ad te litteris sum
nihil est quod mireris. Occupatissimus enim sum. Malui autem aliquid
quam nihil scribere. dionem nostrum ad te mitto quem cum diligenter
perlegeris atque emendaueris uiro clarissimo arretino reddendum
stude & cum pro tuo more summaque humanitate ornato ubis
Quaternio primus a me ipso; reliqui uero cuidam quodam librario
figuris litterarum mandati sunt. Nam ob occupationes meas opus tran-
scribere ipse totum minime potui. Commodiores autem hic librarij preter
barbaros quosdam nulli sunt. Rem tenes. ego nunc uitam Moysi
ex Iudaeo philone latinam facere aggressus sum. Rem elegantem
certe et apprime utilem. Qui mihi non in italia libri greci sunt
horum nomina ad te scribo. alios autem non nullos per primas ex brixa-
tio uenetorum nauis opior. hi autem sunt plotinus elianus Aristi-

des. Dionysius alicarnasseus. Strabo geographus. hermogenes. A-
ristotelis rethorice. Dionysius alicarnasseus denuo et caracteribus lib. phil.
Tucydidis. Plutarchi moralia. Proclus in platonem. Philo Iudeus. Tu-
cydides. herodotus. dion chrysostomus. Appollonius argon. ethica
aristotelis. eius magna moralia & eudemia et economica & poly-
tica. Quedam theophrasti opuscula. homeri ilias, odissea. philostratus
de vita apollonii. orationes libanii & aliqui sermones luciani. pindarus
Arathus. euripides tragedie septem. Theocritus. hexiodus. Suidas.
phallaridis. hippocratis. chionis. Platonis & multorum ex veteribus phys
epistole. Demostenes. eschinis orationes et epistole. Pleraque xenofontis opera. Se-
na lysie oratio. Orphei argonautica & himni. callimacus. Aristoteles de
hystoriis animalium. phisica & metaphisica et de anima. de partibus anima-
lium et alia quedam. polibius. Non nulli sermones chrysostomi. diony-
siaca & alii poete plurimi. Hec qui mihi sunt, & his utere quoque arbitrio tuis. Tempor
in lecture ut absoluam iam prope est impositum est. Vacationes enim ad
virginis augusti dormitionem in legendo faciam. deinde debeo historia.
Si qua mihi conditio futura isthic est qua possim commode cum familia vi-
vere libentissime futurus apud vos sum. malo tamen necessitati quam vo-
luntati consulere. Gratissimum igitur mihi feceris si quam primum operam dederis
ex litteris tuis sentiam que mihi apud vos conditio esse possit, quo possim
et ipse pro tempore rebus meis consulere. Non enim quod volo faciam: sed quod
potero. Militaris ordinis vir clarus pallas strozius egregiam mihi animi
liberalitatem ostendit. Quid poteris et secum aliquid hac de re conferre.
Unum tibi facillime dixerim locum mihi deesse non posse. nam et hic
pulcherrime sum futurus & patauium devocor. Sed tamen apud vos
homines eruditissimos esse mallem. Preterea civitate plura nos possumus.
Vale ἀνδρῶν ἄριστε. meque ut facis ama. Ex bononia idibus iuniis.

F. Franc. phil. τῶ καλῶ κἀγαθῶ καὶ ὁσιωτάτω ἀνδρί. Am-
brosio monacho s. d. Redditi mihi sunt ad xvi kl. aprilis suavis-
sime littere tue, que eo maiore me voluptate affecere, quo diutius ex-
pectate exoptateque sunt. Mirari autem visus es quod tardius ad te scrip-

ſim atque conſueueram. Id autem nulla re alia factum eſt, niſi quod quid
ſcriberem non habebam. Tuas enim litteras dies iam quindecim et am-
plius expectabam, que me de rebus omnibus quas nostra intereſſe co-
gnoras certiorem efficerent. Tarditas autem ſcribendi tua iam non medio-
crem nos in ſpem adduxerat conficiundi abs te negotii. Nam ſi nullis
receptis a uobis litteris reſcripſiſſem, uerebar ne pre τῶν ἡμετέρων
γραμμάτων crebritate me plane uolatilem uocaremini. Sed quoniam
intelligere uideor non moleſte, sed modeſte iam tibi litteras meas ſuſceptum iri
earum ſiue intercapedinem ſiue tarditatem crebritate et multitudine ſar-
ciemus. Ceterum quid egerim accipe. Conditionem quam Βονωνιῆσι
offerebant accepi. Non quam antea, nec quo pacto offerant, sed omnia mihi
ex publico perſoluuntur. Non ut annum legerem conduci nolui honeſtiſ-
ſimis in rem cauſis interiectis: sed menſes ſex operam his meam deditur-
ſum ordinariis diebus et mane dumtaxat pro conſuetudine lecturus.
Aurei centum et quinquaginta ſex his menſibus decreti ſunt. que certe
conditio nulli hic unquam ante me uel data cuiquam uel promiſſa eſt. Sex autem
menſes eo uolui, quo ſi tua opera diligentiaque effeceris, iſthic apud
uos commode eſſe poſſim, non priuatim, sed publice, & pro ſtudioſorum more
conducendus, uel quod unum omnium maxime cupio ac deſidero ho-
neſte queam ab his abſcedere. Tenes paucis ſententiam meam. a. aut ſcire
uis qui mihi uel nobis potius libri: ſignificaſſem tibi ſi plus ocii da-
tum eſſet. Sed propediem id cognoſces. Tu autem itidem de tuis facito. a
nomine Hieronymi fratris mei ſalutem dixeris: habeo gratias, & mirifi-
fice illius amorem gaudeo. Nam nec dubito cum is tibi uel nature uel
doctrine uirtutisque et profeſſionis uinculo ac neceſſitudine iunctus
ſit, & magnum eſſe et clarum uirum: uelimque et eum meis uerbis iterum
atque iterum bene ualere iubeas. Vale et me Leonardo clar. leo. aretino
commendato et carum facito. Ex bononia xvj. kl. aprilis. 1428.
Philelfus ἀριστῳ Ambroſio monacho s. d. Ad idus Iunias nuncium
12 ad te Chryſoſtomum dionem & cum eo litteras dedi, quibus tum de libris noſtris
tum de me ipſo certior factus eſſes. hic ec uero homine tibi commendatiue ſum

καλούς τε καὶ ἀγαθοὺς καὶ λογιωτάτους μάλιστα sacre profes-
sor theologie ludouicus foroiuliensis ὁ ἐκ τῆς ἁγίου φραγκίσκου τά-
ξεως ad te uenit. huic quedam παρὰ ἀντωνίῳ τῷ μασσαρίῳ
causa est quam poteris ex ludouico isto cognoscere. ἐστὶ γὰρ πρᾶγμα
οἰκοφαυλικοὺς μᾶλλον δὲ χρηματικούς. Cum hoc michi homine uetus
est necessitudo et ei mirifice sum affectus. Nam et egregie doctus est
non id ut fratres solent / sed et latine & grece uetustatem plurimum sapit / & his
preterea ornatus moribus quos tu plurimi facis. Quare optimum factu esse
sui / & hunc tibi & te sibi quam amicissimum efficerem. Nam ut est in uetere
prouerbio pares cum paribus optima societas. Paucis tenes quid uelim
pergratum michi feceris si dederis operam ut is intelligat me carum tibi conci-
liandum esse / sibique quoad potueris & fauore & consilio & subsidio te presi-
dioque fuisse. Vale et me ut facis ama. ex bononia kal. quintilibus 1428.
Etsi fortasse ludouico isti aliquibus pecuniis opus foret / dabis operam ut
tuis id a me litteris quam primum scribas / quo possim eas ad se dare. homo enim
uerecundus est / & qui malit uel incommodissime indigere quam petere. Vale rursum.

F 13 Franc. Phil. Ambrosio monacho s. Affecerunt me littere tue incredibi-
li uoluptate quibus non mediocriter flagrare uisus es aliquando id dari nobis
ut mutuo inter nos aspectu atque colloquio quam creberrimo frui liceat. Quid
autem me cupere mi Ambrosi putas? dies noctesque eo sum ardore uise-
di conloquendi complectendi tui. Non numquam florentiam mihi prospe-
angelorum monasterium. Ambrosium uero semper effingo et ante oculos po-
no / quem ubi complexus suauissime allocutusque sum. sermonis uices o-
piens / & tristis & solus medio in sermone relinquor. Que quidem res tam
mihi damnum meroris & amaritudinis affert / ut emori quam tanta
uoluptate priuari maluerim. Potes ex his facillime coniectari animi mei
sententiam. Ceterum orationes ille mee idest inepte pueriles que tibi placere uise sunt
nihil est quod demirer. Fieri enim potuit postea quam Ambrosius Ambrosie
sucum spargere illas occepit / & suauiores & grauiores adeo sint effecte
ut iam uehemens grauissimi et eruditissimi uiri iudicium Nicholai Ni-
choli promeruerint. Id quod ut credam: eo facilius inducor quod ee uel suop-
te ingenio impudentiuscule sunt. Quod te daturum pollicereis operam

ut anteaquam sextilis mensis delapsus sit: perspicue iure florentina nouitas omnia
gaudeo. Expectabo equidem tantisper donec ad kl. usque septembr. quod istic
actum sit tuis me litteris certiorem feceris. Thommas sarazanensis mu
tinensis se cum sancte crucis apostolo continet. ad quem N. lic. littere misse iam ante
sunt: hisce litteris sunt annexe ad arretinum littere grecanice. quidem fortassis
nanque grecum admittere quam latinum malit. Sanctimonie tue se chrysolori
na commendat plurimum. Vale et nos hieronymo et iacobo scribis καὶ κα
λοῖς καὶ χρυσοῖς ἄνδρασι commendatos effice. Itemque et nicholao tuo
promis. Ex bononia xvi. kl. septembris 1428. Lodouicum theologum
nobis et atque et commendo, hoc est ipsum me.

Franc. Phil. Ambrosio Monacho s. d. Quas mihi per litteras consulueris
14 incredibili mea cum uoluptate sum amplexatus. Consulam itaque et
ipse rei mee ueluti mones: quam honestissime. Quod cum mihi immanis sit haud
magna cum difficultate facturus sum. nam mihi temporum conditio nullius
terrorem affert. Nam euiuscemodi ieci anchoras: quibus in omnium uentorum
impetum nostra nauis in tuto futura sit. Quod piratorum isthic conditionem
dissuades, ingentis habeo tibi gratias. Verum si nostras priores litteras memo
rie repetieris, eadem in mente iam prius fuerat. Nulla enim mercede
induci possem, et si aureos montes pollicerentur: ut a priuatis quibusdam
conduci uellem. Id quod cum alias quidem ob causas, tum ob eam potissimum quod
me ἄγλοι hac una re fefellerint. nam cum quingentos quotannis au
reos spopondissent et hac una ὅδῳ e bizantio aduocassent in primis
ἄλπιλαο καὶ χόλους affatim. Qua re iam edoctus cauere didici.
Nam uos illi τῷ λοιμῷ eam debebant: ego illis adscribo. Demus
igitur operam ἄνδρων ἄριστε ut quod mutua τῶν σωμάτων presentia int
ercipitur litterarum uicissitudine crebritate et longitudine sarciatur. Scire ex
te cupio quid nunc latini ἐκ τῶν ἑλληνικῶν ποιῶσι, quotque uolu
mina in hunc usque diem conuerteris. Id mihi cedet quam gratissimum. Nicholao
nicholi grauissimo uiro facies me et atque et commendatum. hieronymum
nostrum et iacobum facies χαίρειν κέλευσον. Chrysolorina tuamque
sanctimonie se commendat. ad quam si quid litterarum dederis ἑλληνικῶς se in
certe redditura pollicetur. Vale decus meum. Ex bononia pridie kl. septembr.

Franc. Phil. s. d. pl. Ambrosio τῷ ἐν λόγοις ἱερωνυμομάχοις πανα-
15 ρίστῳ καὶ χρηστοτάτῳ ἀνδρί. Expecto litteras tuas equidem vehementer
que me de his omnibus certiorem efficiant, que proximis litteris ad te scrip-
seram. Litterarum legendis intercapedinem ad quartum usque dies factus
sum. Hi quos reformatores studiorum appellant, nudius secundus crea-
ti sunt. Quare quo plane his respondere queam dabis operam mi am-
brosi per proximum mercatorum tabellarium rem omnem isthic intelligam.
Vide quanti facio amorem tuum, ut non ineptias meas ad te dare sim ve-
ritus. Mitto hasce orationes, si orationes quidem et non nuge dicende sunt,
quas superioribus diebus publice habuissem. Quarum in prima id in quodam modo
persuadendum censuit quod Xenophon Socraticus ἐν τῷ περὶ παιδείας
Κύρου βασιλέως. Quid voluerim tenes. Ea a me petiit legatus
iam legatus. Sed quoniam librarii infinitissimis in locis erraverit, malui
alias transcribi quam hasce illi minus expressa sententia redditum iri. Leviendus
est enim et non recitandus dolor suus. Facito me Pallanti Strotio perca-
ro militaris ordinis viro καὶ τῷ περὶ φανερωτάτῳ ἀρετῇ ὢν
nec non emendatissimum. Itemque καὶ ἀρίστοις καὶ λογίοις ἀνδράσι
Ἱερωνύμῳ καὶ Ἰακώβῳ. Vale decus meum meque ut facis ama. Ex
Bononia. iii. id. Septembr. 1428.

Franciscus Phil. Ambrosio monacho s. Aristotelis rhetoricam iam
16 ὅσον οἶδα et elimavi et extremam manum apposui. Vellem prius
eam et videres et lectitares quam in hominum manus edita pervenerit. Itemque quam
libenter ἀκούσαιμι τὴν σὴν βουλήν. Quis tibi dignus censeatur cuius
nomine meus hic labor eluceat. Utrumque ad nos perscribas et cupio et ex-
opto. Est mihi preterea Diogenes Laertius non corruptus solum verum
et truncatus. Non enim παρ τῆς οὐρᾶς λείπει. Quanti autem
haud scio. Codex enim meus ad eum usque continet locum ἂν δὲ γὰρ
ἀναφερωμένοις τινὸς ἐκεῖθεν συμπαθείας οὐκ ἂν γένοιτο
ἤτοι αὐτὴ ἐπαισθήσεως οὐκ αὐτὸν ὅλων δὲ φρονιμώτερον. Non am-
plius quicquam Βυζαντίῳ nedum invenire, sed ne odorari quidem potui. Pergra-
tum igitur mihi feceris si tuis me reddas litteris certiorem utrum codex tuus

eodem truncato fine terminetur. Scripsissem πρὸς τοῦ Νικόλα
ου κατῶς γεγραφας equidem libentissime. Sed cum viderim
istos πρὸς τὸ αὐτιγραφῆς nullos malo negligens quam loquax dici.
Verum potis tu pro humanitate tua me cum sibi tum aliis emendatum
excumque effice. Vale et ame et achrysolorina. Iacobum vero atque Hie
ronymum λογίους καὶ καλοὺς πατέρας salvere cupio καὶ τὰ
σεπτεμβρία ᾄδοντας ἐκ βοσωρίας. Si venalem quintilianum in
uenirem libenter emerem. Item et que inveniuntur lupi ornamenta
rethorica mihi transcribi vellem. Consule igitur et rescribe.

17 Philelfus Ambrosio Monacho s. d. Tardiuscule mihi reddite sunt tre
tue, que porrexeris fiam necesse est. Sequar in rhetoricis consilium tuum quod
non amo solum verum ὑπερβαλλόντως ~~ἐπερ~~ ἐπαινῶ. Quod πε
ρὶ τοῦ πορκαρίου ἐκείνου γράφεις vehementissime probo. modo
spem pretio ut est in veteri proverbio non emi contingat. οἶδας γὰρ τοὺς
ἀστόργους τούτους πολλάκις φάσκειν μὲν πολλὰ ποιεῖν δὲ οὐ
δέν. Ego autem nihil omnium magis cupio quam διατρίβειν παρὰ τῷ ἄ
κρῳ ἀρχιερεῖ. Una enim mihi ea ὁδὸς δοκεῖ καὶ πρὸς τιμὴν
καὶ οἶκον ἴω φέρειν. Quod mones ad uos eam. Id certe unum omnium
facerem libentissime: sed familia οὐ χαφὸς quod velis incipit. Lu
pum uisere et habere cupio. Quare vel venalem illum in emporia/vel mittito
ante mihi transcribendum curez. Vale et ame et achrysolorina idest
παρθένον. hieronymum ac Iacobum ἁγίους ἄνδρας καὶ λογίους
saluere cupio. Ex bononia viiij. kl. octobr. 1428.

101 Franc. philel. Ambrosio monacho s. d. Quod tibi amicis que voluptati fore
non dubito prope diem nos visam. Prefixum autem ὅρον ut aiunt ex
Iohanne sobrixo plane cognosces. Incredibile dictu est quanta me hoc
tempore voluptas teneat. cum mecum ipse cogito me illos viri visurum
quos qui χοριότητος θεοῦ interris colunt. Interea autem rogo te
ut patrem ingenitorem meo nomine saluere iubeas quem ego pro eloque
tie nunc admiror. Nam postea quam sese apud nos contulit omnis eloquentie
et bonarum artium fontes, adeo eloquentissimus factus est ut τὴν προτρο

της αττο ιροτης fecerit. Novam ipse invenit suadendi artem.
quam eo admiror minus quam μακροσώματος nimis est. Nam grata
illa aristotelis species ex qua animus constat non equidem ut existimo longissi-
ma potest atque parva aut mediocria corpora et agere et illustrare. Verum
de hac re satis multa. Cum una erimus satis multa confabulabimur. Ita
enim noscuntur homines. Puto autem operae pretium esse si quos tum ordina-
rie tum extraordinarie libros lecturus isthic sum: iam hinc publi-
cetur. Quatuor lectiones ordinarie sum lecturus easque quas primum illu-
xerit. Tusculanas questiones. primam Livii decadem. Rhetoricam Cice-
ronis sive novam sive veterem artem ut ipsi censueritis. Et Grece
Homeri Iliadem. Extraordinarie vero ad horam xx. Terentium Ci-
ceronis epistolas cum practica ad aliquid usque temporis. postea vero orationes
eiusdem. Lectionem unam in moralibus quam ipsi volueritis publicare /
Grece vero Tucydidem vel Xenophontis monarchiam. ut videlicet vos
ipsi censueritis. Publicate igitur cedulas ut voletis. Vale et me Ar-
retino meo ac Nicolao hominibus clarissimis commendato. Uxor mitissime pariet ά
Χου proea. Ex Bononia. pridie kl. febr. 1428. Si mulos mu-
lionesque habuissem iam hinc solvissem. Quamobrem litteras dedi ad
Iohannem Corbizum ut eos ad me det meis sumptibus. Id cum factum
fuerit extemplo ad vos ibo. Tue igitur amicitie ac diligentie sit id illico
factum reddere. Vale rursum.

Franc. phil. καλῷ κἀγαθῷ καὶ ἀγίῳ ἀνδρί. s. d. pl. Quod nul-
las abs te susceperim litteras postea quam certiorem te feceram / mihi multis
19 mulionibusque redere / si isthuc ire ad vos vellem non tibi sed vel nuntiis
vel temporis fortune crimini dedi. Nam rem ab alio certe quopiam rem
ab ipso Iohanne Corbizo quicquam post id temporis cognovi. Que res
me diu suspensum tenuit. Interdubitandum autem sedulo dies no-
ctesque securitatis litteras ab apostolico legato et litteris et internuntiis consumi
Quas vix tandem adsequutus auditorem meum Blasium monachum
iuvenem arte litteris ac bonis moribus deditissimum ad vos mitto. da-
bis igitur operam ut hunc ex eo cognoveris provincili parte conficiendam cures.

instituerem et sine familia ad uos ire: quo maturi et uos uisem
et meo satis offitio facerem. Sz cum pecunias ex iohe corbixi ἐπιτρο
πον uti ire ad uos uellem petyssem. inat ὁ ἀπὸ τοῦ δεσπότου
ιωάννου scriptu neqd daret nisi ad se pus rursum ea dere re
scriberet. Cum aut lras expectamus nunq sunt reddite. Id aut
significatum ac liquidum nolui tibi: ne existimes ulla negligetia
nra tardatum ee. Veru quod tpr inceptu e, diligentia et studio
sarciemus. Vale et me clarissimo viro arretino τῷ ἐμῷ κικέ
ρωνι gmendatissimu facito. Itemqz et Iacobo et hieronymo καλοῖς
πατράσι. ex bononia xxvi. marty. 1429.
20 Ratci ambrosio. Stefanus porcius romanus. s. pl. d. Cum zoli
sup francisco philelpho una hremus sermonem. meministi ut arbitror
quid ea ipa inre censuerim. Tua enim erga me incredibili gra illiqz
ingenti uirtute quam tantope mihi pdicasti: sibi maxime elabo
rarem q sane nunq defatighatus fierem. At unu t significo h me
amplissime curie mores pnouisse q an hac ignar procsus extitera
Quo illud fit ut qd hac inre faciundum siet, facile intelligas
Philelfus uti e rumor uir magna prudentia et grauitate: arte
dicendi tradit inurbe bononia: suiqz eruditiom q magna pmia
pollicita sunt: que si consequutus e magnope gratuler. Ne et
equu ut duco eet. id ipi suade: q illud emolumenti insanus de
sit. et inctus maiora munera gsequitur, icci psuadens apud
summu pontificem adurbem nequicq proficiscatur. Ipsius profecto
nescius sum, quodna mallet mun, quidue dignitatis expeteret.
nisi quam secretariatu appellant. Nempe ea functi tot sint ut
si quispiam accederet pene infinitus nus uideat. et omne pter
modum exanctus siet. Paucis admoqz diebz an q huc aduetassem.
ineum nuz Iacobus languscus uir certe human imodiuqz coled
exceptus fuerat. Qz si paulo antea huc me recepissez medius fidi
nostru utqz quippiaz gratu fecissez. Tot eni uero curis affect beatis
simus dns, tum adiuo fantibz bononiensibz, tu infinitis pcantibz

deprecantibus quas fortassis petita negaret. Respondendum est parcius ut orantes exoremus. Sin uero nihil omnino spei sit, ne aliquo bono nimium afficiatur ingmodo: huc se transferat. sciatque me illi nusquam defuturum. Itaque aliqua ad eum ipsarum litterarum dare potes. quibus certior fiat te erga eum summa affici caritate mirificeque diligere. Vale et me fac ut ames. ego quoque itidem. Rome kl. Januarias.

F
21
Ratri Ambrosio. Stefanus porcius. s. Unas ad te dedi litteras ad quas suavissime respondisti. fratrem Rainerium studio magis quam ope quam locupletiorem sibi delegit hospitem. me longe acceptiorem summo antistiti atque magis ydoneum qui tibi insinuat subveniatque. Nihilominus si eo temporis apud me residere voluisset id quippe mihi fuisset quam gratissimum. Gratias deo. ita se res habuit. ut ad negotium tuum meo nomine opus fuerit adiumento. Tempora enim non stabilia sunt nihil: et quia in tempore sunt ut phy tradidere facile me hos. De his satis. Accepi ergo bonum Philelfum meum isthuc se recepisse. aut certo statuisse. quo non parum gratulor cum singulari amore ergaque istam rem. p. florentissimam. quam quoad vixero amare non desinam. tum uero tui gratia. quem non ignoro incredibili benivolentia erga Franciscum affici. Postremo id adiciam quod fortasse Gaspar ueronensis qui apud me degit ad te debuit conscripsisse. Magno quidem opere donati greco indigemus. quem arbitramur apud te esse accuratissime figuratum. Mihi medius fidius gratum feceris. ac Gasparem uel denuo. qui id beneficii immodum cupit: eo quidem. ut quoque idem scripsit. gratius in presentia nihil facere posses. Vale. et isthuc non te lateat Marianum apud me proficere. Vale denuo. Rome kl. martias. — Recepi

A
21
Ucispa Ambrosio monacho viro religiosissimo atque optimo s. pl.
Hec diuturnum nec perpetuum silentium singularem quandam erga te benivolentiam meam aliqua ex parte inficere possit. Talem enim opinionem de te iam diu indui ut nemine tibi constantia ingenii tui et singularium virtutum tuarum divinitate comparandum putem. Quas ob res clarissime vir te colo atque observo ut unum quodamque mihi preciupuum prcesque totius ytalie atque horum temporum te maximum ornamentum esse

Sed hec apud te sileo. Heri mihi epistole tue suavitate plenissime
reddite sunt. tantum quod voluptatis afferre mihi visę sunt ut nihil
dulcius excogitari potuerit. Tui enim erga me piissimi atque dulcissimi
cuiusdam amoris ut iam diu mihi persuasum est, indicatrices fuerut.
Ad ceteras epistole tue partes particulatim non respondeo, quia litteras his
alligatas, quas Nicolao nostro mitto aperias, que ferme omni ex parte
tuis litteris respondebunt. Eas enim non minus tibi quam sibi scriptas volo.
πολυδεύκην ut petis ad te mitto. Nihil esse possit mihi gratius quam omni
voluntati tue satisfacere. Sed tunc vero huius mei thesauri fructum accipe-
re videbor: cum te eo non aliter ac tuo uti animadvertam. Grecorum rex cras
hinc discedet ut mediolanum eat, et nos una secum. Si rescripseris
quod ut facias summe precor mediolanum litteras transmitte. rogo vero
si tecum aut amicitia aut familiaritas cum Iohanne Ricio qui apud du-
cem mediolani primus esse dicitur est: me per epistolas sibi recommissum dede.
Demetrium nostrum ex me saluta. Valet frater. Valent dulces nepotes sui.
Eudaemonoiannes mortem obiit kl. novembr. Platinderus in pelo-
ponenso est. Habeo hic ferme omnia quecumque scripsit demosthenes
in volumine quodam vetustissimo, quod et si litteras speciosissimas habet
pre antiquitate tamen quoque accentu caret. habeo et omnia xenophontis.
Spero te cito videre, quod utinam dii faxint. Postremo Nicholaus noster curat
ut mihi transcribatur orator, ad quam rem eum precor sollicites. Ex ve-
netiis iii. id. februar. Vale ornamentum meum meque ama. et quanto
sepius mihi scripseris tanto magis abs te honorari rebor. Puto equidem lit-
teras tuas in maximo ornamento esse.

XI 23 Aurispa Ambrosio s. Mitto ad te illa ἐπιγράμματα ut inde ex-
cerpas id evangelium quod cupiebas et epistolas plinii. Tu remittas
oro quicquid codicum meorum habes. Puto te habere proclum τὸν πλατω-
νικὸν καὶ ἀθηναῖον περὶ ὀργάνων πολεμικῶν et nescio quid
aliud in mathematicis. Collegi quidem extra codices omnes meos et
reddidi alienos. Causam intelliges ex me. Accedam etiam ad dignita-
tem tuam cras fortassis. Vale mi pater.

Aurispa Ambrosio monacho viro sancto et doctissimo s. pl. dicit.
24 Tantum ut amicitie amorique tuo satisfaciam desiderium mihi est.
quod quotienscunque a me quicquam, quod implere possim petis, non minori
auiditate compleam quam res aliquas mihi desideratissimas adipiscar.
Qua quidem obrem continuo post epistolas tuas lectas paraui iliadis co-
mentum quod poscis, atque institui cum his mensariis de medicis qui
hic sunt ut ad te quam primum mittant. Ceterum odyssiam opus quod-
dam nouum hic apud me habeo quod sepiuscule exerceo. Id etiam pro
tua postulatione misissem. ni scirem isthic apud Antonium Corbinelli
me olim reliquisse. id homeri opus et antiquissimum et emendatum.
quod meo arbitratu facile habere poteris. est enim quantum aduertere
potui iste uir et humanus et tui obseruantissimus. Si hic aristar-
chus apud me esset. libentissime ad te misissem. Enimuero non ado-
lescenti audituro solum satisfecisses, sed ipsi tibi. Verum cum ceteris
uoluminibus venetiis habeo: sed pro acrimonia tui ingenii hoc breue
satis erit. Illud mi ambrosi non tacebo, uoloque ut menti fixum habeas.
non minorem stili me fructum his e uoluminibus que habeo mea
lectione capturum putare, quam cum ea ad te mitto. tibique obsequor.
utinamque omnia que cunque mea sunt penes te essent. quod si uixero, for-
tuneque uisum fuerit: perficiam tandem. Postremo ea uolumina que
apud franciscum barbarum V. clarum reliqui aut delata aut non
delata ad te fuisse: quod non scripsisti, diu multumque miratus sum.
Nam ego non unis litteris: sed pluribus illum rogaui ut uoluntati tue sa-
tisfaceret: idque mihi maximopere gratum fore significabam. mirorque
et quod ille diu mihi non rescripserit. atque ea causa fuit. quamobrem tuis
nicholaique nostri superioribus epistolis respondere tardaui. Expectaram enim
ab illo quid ex illis uoluminibus fecerit agnoscere. Reddas ergo me
certiorem necesse erit, receperis ne illos libros. an nondum missi fuerint.
Andreotius senensis hic uir et egregius et litterarum amantissimus et si
te nunquam uiderit, diu tamen atque uehementer te teaque uirtutes amat. Is
ea causa prouinciam ad te harum litterarum ferendarum sumpsit libentissime.

Summo enim deſiderio affectat et uidendi et audiendi te. At
ego ſuam antiquam opinionem de preſtantia tua et incredibili uirtute
firmam. Quam obrem rogatum uelim ut eum pro tua humanitate
ſuauiſſime atque hilari uultu pro tua conſuetudine inſpicias et allo
quaris. Vale uir ſancte et Nicholao nostro me recommiſſum facias.
Scribam enim late ſibi una cum libri miſſione: ad eum enim affe
retur. Demetrium ſenem hieronymumque fratrem maxime a me
A ſalutatos uelim. Vale iterum ex bon. vii. kl. mart.
Aurispa Ambroſio Viro ſancto et eruditiſſimo s. p. Litteras quas preter
25 ad me ſcripſeras accepi: eis que uti opinor habunde reſpondi. Puto que
ſi pro fortuna nostra intercepte non fuerint redditas meas nunc iam
ad te fuiſſe. Verum quoniam dubium mihi est redditeue ad te fuerint re
ſcribam denuo. Inſtitutum habeo quod ſepe ſcripſi et coram et
locutus ſum: nihil quicquam de me agere ſine tuo nicholaique nostri conſilio. Me
arum fortunarum omne onus nobis reliqui. Certum enim mihi est conſ
ſilium ueſtrum ſequi, patefieri nobis animum omnem meum, et mearum
rerum omnium ſtatum. Qua quidem obrem ſi conſiliis ueſtris uideretur
non modo iſthic uiuere ſummo deſiderio eſſe cupio ſed in quouis alio loco ma
nerem. Iſtius uero ciuitatis iam diu amantiſſimus fui: atque ibi habi
tandi auidiſſimus. Et cum plurima rerum eam uexarent maxime do
leam, tum quod magna ex parte ſpes mea minui uidebatur, ob hec bella;
egerrime ferebam. Sed ſpero hanc diram tempeſtatem in ſummam quietem
cito uerti. At ut tempus quo iſthuc uenire queam noſtras: hinc diſce
dere non poſſum uſque medium auguſti: tum animus est ire uenetias ut eos
libros quos ibi habeo: iſthuc afferri curem. Itaque uti opinor pro uestro
conſilio kalendis ſeptembribus iſthic eſſe potero. Ceterum pollicitatione
hoſpitii clariſſimorum adoleſcentium natorum Pallantis nobiliſſimi & hu
maniſſimi uiri toto animo ſum amplexus, idque mihi ſumme est gratum. Ho
ui equidem iam diu hunc nobiliſſimum uirum ſuique obſeruantiſſimus
fui. Id tamen ceteraque omnia, ut incipiens dixi iudicio tuo relinquo.
librum de proprietate linguarum tuo uſui tranſcribi iuſſi. Nolui enim

rem unicam uiarum atq; aquarum piculis obijcē. Calamos bono-
mensis agri infaſce adte feram. Probiſſimum uirum epm bononien
exte ſalutaui. et eruditiſſimū thomam ſarazanen. Ego quidē ſtnē
demetrium hieronymūq; iacobum frēs ſtudioſē ſaluto. Uale ſpes
mea. ex bononia xi iunij.

A urispa Ambroſio monacho uiro ſancto & eruditiſſimo pl. ſ. Nulla
26 occaſio interuenit poſt meum iſthinc diſceſſum quamobrē adte ſcri-
berem, niſi fortaſſis quiſpiam dicēt firmande amicitie grā, quam
tali anchora firmatam ſcio, ut nō lrīs adeam opus ſit. nō uentos quo-
cunq; feroces aut κυματα timeam. Uerum qm̄ inter nos: uti ſcribis
frequentis epłas cupis currē. libens tue cupiditati parebo. Sz ad huma-
niſſimarum tuarū lrār̄ reſponſionē uenio. Nulla uſq; ciuitas ē, in qua
libentius eē uelim q̄ apud uos iſthic florentie. et pcipuū animi mei
deſiderium diu eſt. ut honeſte in iſta ciuitate ꝑuiuē poſſim: cū ue multis
alijs rōnibꝫ haſce iniuſtiſſimas uexationes florentię egre ferrē: tum
ea cā maxime dolebam. qꝛ ſpem meam aut omnino, aut magna ex pte
fruſtrari uidebant. Ceterum ut παλαιὸν ii adte ſcripſi inſtitutū
habeo in hac re conſiliū tuū: cetorumq; amicorū ſequi. cuꝗ quidez obrē
ſi conſulis ut mones rem toto aīo amplector. Tu rerū harū omniū gdi-
tionē noſti. Enim uero nō centū nō mille flor̄ peto. ſ ſolum poſtulo
ut honeſte apud uos uiuē poſſim. Tu quo pacto id fieri potit longe
altius q̄ ego noſti. Itaq; omne onus tuis humeris impoſui. Tu redde
ego obediam. Hinc ego diſcedē non poſſez uſq; ad medū auguſti, ſū
enim ad illud temp̄ hic obligatus. Et tū oportebit me ire uenetias, ſi
uoluero ut cupio illa et uolumina que ibi habeo iſthuc afferre. Ad
quam rem uſq; kl. ſeptembr̄ florentiam uenire nō poſſem. Preterea
oblationē filiorū clariſſimi atq; humaniſſimi equitis pallantis gratiſ-
ſimam habeo, eiſq; eorūq; genitori ob tantam humanitatez regratior.
domumq; eam de qua ſcribis pl̄ibent conducam. Sunt hic non nulli
mearū lrār̄ interceptores, rerū quas mitto ⁊ earū que adme mittūt.
Quod ſcelus nō ea rōe admittunt, qꝛ me odiſſe debeant: ſ fortaſſis
ut alijs complaceant. Quos omnis ut ut iuſtū ēēt dij pdant. Erat

cum tuis alia epła adme: quam interceptam nescit quopacto ex ipa
mensa Antonius ?nelli inuenit. Credideram ego eam nicholai nri fu-
isse: sꝫ antonius altius fuisse dicebat. Ego hos mensarios cautissimos
feci ut meas eplas diligentius obseruent: et nemini nisi mihi reddat.
Tu uero cum adme scribis agas ut lrę ad ipm antoniu mensariu de-
ferantur solum: meę qꝫ orlando demedicis isthic dabunt. Opusculu
illud delinguarum uarietate hic penes me est. Id adte nō misi qm
ut arbitror aliud non inueniretur. Est hic quidam Gaulus: dabo
opam ut q̄ pmum transcribatur. et id adte ꝯtinuo mittam. Nam
opus grande nō est: sꝫ solum quinterniones tres. una cum quinter-
nionibꝫ iiste quosdam bononien calamos adte mittam/ at postea
inmeo aduentu si apti tibi uisi fuerint infascem ut uis accumula
bo & afferam. Viros optimos atqꝫ humanissimos Andream medio-
lanen & Thomam sarzanen exte salutaui. Demetrium senē hie-
ronymumqꝫ frem q̄ plurimu salutatos uelim. Nicholao nrō una
tecum scribo/ cui semp me totum dedas uelim. Vale. ex bononia.

ucuspa Ambrosio monacho Viro sancto et eruditissimo pl. s. d.
27 Pecunias quas te rogante mutuo a Cosmo et laurentio uiris clariss
simis accepi paratissimas habeo. Qua cū eis scribo quid iubeat
uelint ne eas reddam illis/ a quibꝫ uenetijs accepi: an aliud. Tu
interea obsuabis ea quatuor uolumina que apud uos sunt: et cu-
rabis ut mihi reddantur ea que uenetijs reliqueram/ ut una cū
alijs isthuc afferre possim. Que ad rem meam ptinent/ nicholao nrō
p eplas psequutus sum. Expecto Laertium ut q̄ pmum hic expe-
ditus fuero: eum librum Leonardo Iustiniano uiro cla. afferre pos-
sim. et meum recipe. Vale. ex bonon. iiij. non augusti. Volui ego
Cosmo et laurentio pro tot eorꝫ erga me beneficijs gras agere in eplis
quas ad eos scribo/ sꝫ non potam calamo prosequi/ ꝗtum eis obligari uideo.
Quobrem id offm lingue tue relinq. ego si fortuna dederit faciam
ut gratus apud eos uidear. Vale item.

ucuspa Ambrosio monacho uiro integerrimo et eruditissimo s. pl. d. Tot
28 fortune casibus lras meas interceptas reperio/ ut nō tantu scelera aut

negligentie hominum id imputandum rear. quantum ex fato intervenire
suspicer. Nam dum in grecia essem plures litterarum mearum tabellarii in py-
ratarum manus inciderunt: Alii cum illinc tamquam in italiam venirent: di-
scederent. per medium iter mutato consilio alio adierunt. Non nulli nau-
fragio perierunt / tamquam mee littere earum portatores infortunent. Quo fit ut
numquam epistolas cuiquam committam: quin his quibus ut reddant do: misear:
qui illis venenum bibendum darem. At nunc ego quantum ad te scribo / et
fidus huic tabellario / meo homini cui has litteras committo: timeo / ne con-
solita litterarum mearum fortuna sequatur. Volui tamen potius hoc timore
sollicitari cum certitudine aliqua an mee littere ad te redderentur quam ea
dere incertus diu esse. Ea causa et si unis epistolis cupiditati tue omnino
satisfacere nequeo: certiorem tamen te reddam de primis earum rerum quas
ut cognoscas te cupere scribis. Ex grecia nullum sacrum volumen attuli:
preter gregorii epistolas credo ducentas. Qui liber et si emendatus sit. et
ubique legi possit / eius pulchritudo tamen ad lectionem pigrum hominem
non invitaret. Misi iam ex constantinopoli electissima quedam volu-
mina sacra non pauca in siciliam iampridem. Nam et ea mihi: vera
fatear: minus cara erant. Et regi grecorum non nulli malivoli me
sepissime accusarant. quod urbem illam libris expoliassem sacris. Ge-
tilibus enim non tam grande crimen videbatur. Gentilium quidem au-
ctorum ipse rex mihi volumina duo dono dedit. procopium de gestis
belisarii sub iustiniano in ytalia et xenophontem περὶ ἱππικῆς
Quorum quidem ob rem omnia sacra ut dixi in siciliam premisi. Cetera omnia
venetias mecum adduxi. Nam gentilium auctorum volumina vene-
tiis habeo ducenta triginta octo: ex quibus aliqua tantum que rarissimo inve-
niri solent / nominatim dicam. Nam nec omnia memorie habeo. et si
maxime recordarer longum esset omnia dinumerare. Argonautica
orphei. et eiusdem auctoris tria alia opuscula et hymnos. Calimacum.
complurimas pindari odas. Laudes deorum homeri non parvum opus. nota libros g
Oppianum de venatu. Item de naturis piscium: sed id rarum non est. Focy
lidem και τὰ τοῦ εμπεδοκλεουσ. Aristarchum super iliade

induobus uoluminib[us] opus quoddam spatiosum et ꝓtiosissimu[m]. Ali-
ud gmtum sup iliade cui[us] eundem auctorem ee puto. & illius quod
exme nicholaus nr habuit sup ulixiade. Appollonium gramaticu[m]
dionysium. designificationib[us] dictionu[m]. hyphestione deomni metroꝝ
na[tur]a. herodianum dequinq[ue] linguaꝝ differentijs & hoꝝ gn[er]is n[on] nulla
alia. Aristotelis aliqua, q[ue] pridem inluce n[on] erant. Opus rhetoricoꝝ
adalexandru[m]. Aliud inethicis solemne cui[us] titulus e[st] ... Aliud
devaticinio insomnis. Aliud dehis q[ue] inorbe mira dicunt[ur]. Aliud
demachinis & plura alia eiusdem ph[ilosoph]i. Quicq[ui]d scripsit plotinus. qc-
quid proclus uiri platonici. quicquid xenophon: quicq[ui]d plato. the-
ophrasti plura. Iamblici plura. plutarchi aliqua inaudita. Harpocra-
tici cuiusdam athenien[sis] uolumen quoddam maximu[m], nec adhuc fini-
tum de coenis nihil usq[uam] facetium dci[tu]m e[st] quin ibi n[on] inveniat[ur]. Risus
& s[er]ia omnia luciani & mille alia q[ue] ut spo n[on] tardo tute indeb
& tuo iure facies. historiam arriani dealexandro. Strabone[m] de
situ orbis & conditorib[us] ciuitatum. dyonem inromana hystoria. Ist-
tos libros diodori siculi & infinita alia. Senex ille g[rae]coꝝ & rex uo-
lumen uiuebat: cum illinc discessimus. p[ro]p[ter] mala ualetudine tam ia-
cebat. paucos aut forsan neminem uetere g[rae]cia ut dicis dignu[m] uiue[re]
puto. Dubium e[st] an turci urbem illam regiam capiant. Id breuissi-
mo utinam fallar meo arbitratu fiet: n[isi] deus ut solet aliq[ui]d inspa-
tum misit. Ex rinucius inuenerit archimedem possibile quidem
e[st] s[ed] mihi uerisimile n[on] fit. Neminem enim unq[uam] alloquutus sum
qui hunc auctorem se uidisse affirmaret. At q[ui] solertissimus scruta-
tor haꝝ rerum fuerim certe quoq[ue] scies. habeo ego uolum[en] quoddam
magnum uetustum athenei athenien[sis] mathematici cu[m] picturis in-
strumentoꝝ. Id uolumen e[st] antiqu[um] & picture n[on] sunt satis apte
s[ed] facile intelligi possunt. habeo & aliu[m] mathematicu[m] n[on] ꝑfectu[m] uetu-
stum et: cui[us] auctorem ignoro. Caret quidem p[ri]ncipio. Sicut forsan
uetustati archimedis nomen rinucius inscrip[s]it ego n[on] satis scio.
Verum ee poss[e] quod et ip[s]e meminerit & n[on] ego, n[ec] hi q[ui]b[us]cu[m] loquuti

sunt viderint. Ceterum opus mihi fuit ut aliquas pecunias mutuo
acciperem: cum essem venetiis, cum pro solvendo librorum naulo, tum etiam a-
liquas ut redderem navarcho cuidam qui mihi constantinopoli mutuarat
Aliter enim illinc expediri non poteram. Hec quidem quas in grecorum rex
tribuerat non suffecerant. Qua causa vir humanissime atque amantis-
sime te admodum precor, ut tua opera mihi ab aliquo florentino mer-
catore ibi subveniatur de quinquaginta florenis si eguero. Ego quidem
pro huiuscemodi securitate tradam tot volumina que in triplo valeant
iudicio cuiuscunque qui venetiis inveniatur. Forsan non egebo. Nam meto-
rimus quidam qui cum domino mantuano est litteras grecas mediocriter eru-
ditus scripsit se missurum quinquaginta florenos pro emptione duorum
voluminum platonis & plutarchi. Hec ut multa alia duplicata habeo.
In plutarcho sunt parallela omnia & liber est correptissimus volumen
magnum papyro tamen: quamvis hec carte propinque eburnee membra-
nis sunt. Aliud opus continet omnia platonis preter leges epistolas
& de re publica. Nunquam vidi pulchriorem literam grecam: et membra-
ne etiam pulcherrime sunt. Aliud opus continet oratores. Si pro his libris
Cartocinus pecunias miserit: habundabo. Sin id factum non fuit.
et tua opera mihi subveniri non poterit, id mihi erit necessarium agere: quod
invitus faciam. Hunc tabellarium necessarium meum ea causa ad te
mitto per quem respondebis mihi. Commisi enim sibi ut abs te respon-
sionem expectet. Tandem nicholaus noster iam pridem dum in constan-
tinopoli essem, scripsit mihi completum ciceronem de oratore meo
nomine scribi facere. Quod si actum fuerit et in manibus tuis erit magnam
gratiam mihi ages: si huic tabellario meo homini dares ferendum mihi
Incredibili enim desiderio teneor legendi et videndi illud opus
finitum et emendatum. Quod si forte id fieri non possit & tu aut tuum aut
alterius amici aliud accomodaveris non minus gratum accipio. Trans-
scribi feci summo studio & diligentissima cura duas aristotelis
rhetoricas, & aliud opus ethicorum cui titulus est & Simax
de quo tibi memoriam feci literis pulcherrimis & membranis albissimis.

Id opus Nicholao dono do. pro oratore quidem aliud sibi opus m̄ti habeo tradere. hunc tabellariū meum expecto. q̄ continuo cū huc reversus fuerit, venetias ibo ad afferendum meos libros huc bononiam. Credo equidem me hic conductum ēē si voluero ad legendas lr̄as grecas. Dubito an placeat. Valent nepotes. valet fr̄. & ego illū una & te p̄sto fore puto ut videam. hieronymi orationib; me remissum dede. tuas salutes & episcopus & thomas sarazanen̄ placidissime acceptarunt. Vale spes mea. humanissime & vir integerrime ambrosi. Bononie vj. kl. septembris.

\+ 29 Aurispa Ambrosio monacho viro optimo & eruditissimo sal. pl. Cū in grecia eēm, nunq̄ tam vehementi desiderio cupivissem italiam, si mea non fuiss& florentia. Illa enim opinione illinc maxime discessi ut isthic vitam agerem. Verum postq̄ venetijs fui cū animadvertisse & bellicis calamitatibus & pestilenti celo illam vexatā: p̄mū hac fortuna, imo infortunio ut rectius loquar meo dolui. tum putavi hoc hanno illius civitatis habitationem mihi quietam nō satis fore. quis tui ceterorumq; amicorum desiderio summe macerarer. Qua cū institueram bononie uti scripssam publico salario lr̄as grecas [illegible] legē. Placet enim hec civitas multis varijsq; rōnibus. sz gratissime epistole tue me dubium fecerunt. Dant enim spem quasi firmā inter ipsos bellicos tumultus ā quietudinē hēre posse. cū q̄ sim cupidus nō facile scripserim: Ea tā ita rem egi, ut hoc anno bononie conductus sim. Et si velim relinquere hos facile possim. Nam p̄tiū dandum m̄ nō dum determinatū ē. Q̄obrem quodcunq; m̄ dare possem tanq̄ id mihi nō satisfacturū nō acceptare. Ibo igit̃ septimana futura venetias & partem librorum meorum huc bononie afferam. Q̄re vir optime p̄cor ut in reditu meo lr̄as tuas hic bononie inveniam que doceant an isthic hoc anno futurus ēē possim. Nullā ē nō mō ytalie, qn nz orbis, civitatē urbe civitati antepono: nō ipaz siciliam. Cura ut lr̄e dentur aut dn̄o Iohanni bosco florentino qui hic magistratum universitas ht̃ aut ad mensam de corbizis. Cōtinuo

D

quidem cum huc reuersus fuero: primum litteras tuas queram, quas si inue-
nero id agam quod ille monebunt. Si minus hic me firmabo. Ero bono-
nie ut arbitror vj. kl. octobris. Agerem per has epistolas tibi summas gratias
de quinquaginta florenis, si id opus fore inter nos arbitrarer. quas
pecunias accipiam si eguero. Ceterum volumen illud aristotelis quod
nicholao nostro largiturus sum: hic bononie habebo. Quare si isthuc
forte hoc anno venturus non fuero: precor ut ipse aut tu per tuas epistolas
doceas cui illud dem, maximeque mihi gratum feceris: si illos Ciceronis li-
bros ad me miserit. si isthuc ut dixi venturus non fuero. Senem illum
demetrium atque hieronymum fratrem ex me salutatos velim. Nicholao
vero ceterisque amicis regmissum dede. Tu vale diu. ex bonon. id. sept.

Tantum amoris erga me tui optime ac sanctissime vir, tantum in omni
re tibi prudentie esse inspicio ut iam instituerim omnia quecunque
30 ad me meamque vitam pertinebunt prorsus consiliis tuaque voluntate me
acturum. atque ideo promptius: quo certe scio nicholai nostri sententiam cum tua
semper satis conformem fore. Suasisti ne grecorum regem ex italia sequ-
rer. Id egi. tum etiam quod iniqua tempora me isthuc venire non permit-
tebant. Bononie prorsus hortatu supersedeo, et ea ratione potius hic que
venetiis ut propinquior vobis essem. Sum presenti anno hic conductus ad
grecas litteras docendas. Inuenio non hec solum: sed omnis humanitatis
studia, adeo ab horum animis aliena esse, ut hic sine fastidio non sim. Putant
non nulli litteras grecas paruo quodam dignas labore. Ceterum hi ciues
grati suaues et dulcissimi sunt. Qua tamen mea res sine lucro non erit.
Nam preter publicum salarium: erit emolumentum quoque aliud. Magna
affectione desidero ut fortuna inuicta ciuitatem seuire desistat.
Id quidem impedimento esse puto quo minus fiat quod intendimus. Tanta
auiditate cupio tecum viuere posse ut nihil sit quod magis velim.
tuncque me huius grecarum thesauri scrutinium cape diu aditurum. cum eo te uti
videro: res quidem meo arbitratu singularissimas ad te afferam. Uerum
ego id tibi et nicholai nostri et ceterorum amicorum cure relinquo. Quinqua-
ginta aureos tua opera cum venetiis essem: ab illis de medicis mutuo
accepi: quos ut scripseram libris grecis cauere feci. Quare dicere tibi ut in
aliis magnas gratias ago. Quintilianum meum de oratoria institutione

quem accomodaueraz Friderico de perijs tunc marchionis ferrarię i-
sthic negotia gerenti, & relinquo lini: idq Antonij corbinelli uiri eru-
diti lrīs didici iam diu. Quāobrem precor ut eum librum nicholao meo
des. Scribo enim sibi ut una cum oratore & bruto mihi mittat. Vale
hieronymum fratrem meis uerbis saluta et demetrium senem solare. Bo
nonię vij. kl nouembres. Aurispa tuus.

31 Ita uir optime tuam uitam spectatam habeo, ut nihil abste desiderari aut
peti crederem quod nō sanctum & honestissimum sit. Tanta item erga
te beniuolentia τοσαύτη ἀλαβία afficior ut omnia tua iussa uo-
luptuosissime adimpleam: tum ue in satisfactione uidear, cum tuis roga
tibus facio satis. Quāobrem continuo tuis lrīs habitis franciscō barbaro uiro do
ctissimo scripsi: ut illa quatuor uolumina quę petis: illis de medicis ue
netus det ad te mittenda. si tuto illis uisum sit: ea ad te portari posse: at
periculo quidem nec te id peterer, nec in id placere. si tuto ut spero portabū
tur: & ea ut cupio habebis. Cetera uō et infinita alia meis fortuna
concedente: ad te afferam. Τὰ τοῦ ξενοφῶντος παραλειπόμενα
ut suasisti nicholao misi. Accepi oratorem et brutum: librum tanta
diligentia tanta cura ornatum ut iam desperarim πρὸς τὸ ἀντί
δωρον. nam quod donum huic sit comparem? Verum hoc potero: si
non ita ornata rara & forte unica dedam. Misi sibi una cum reliquis
xenophontis δύο τὰ τοῦ ἀριστοτέλους ῥητορικῶς καὶ τὰ
ἠθικά. Cum id de oratore opus erit scriptum quod cū summa
auiditate expecto aliqua grata inueniam quę ut puto & sibiq gratis-
sima erunt. Vale mea spes meumq mel. ex bononia. kl. decembr.

32 Aurispa Ambrosio monacho Viro doctissimo & sancto. s. pl. d. Quod
diutius lrās meas cupieris id nec ignauia nec uoluntate aū fuit.
Sed contagiosus & pestilens aer ferrariensis diu iam extorres
nos tenuit. tuncta q suspitio corrupte aurę horum dierum annos in-
uasit, ut nō solum loca salubria peteremus: sed edictum ē, nemini
ex loco pestilenti ad nos uenire liceret. quo factum ē ut diu iam nec
acceperim amicorum epistolas, nec illis rescribere quiuerim. heri uō
paruę quidem sed suaues ut solent ep̄lę tuę mihi reddite sunt. quas
enucleatim singulis partibus nunc respondebo. tu q quedaz ad

quietem ai mei ptinentia rescisces. Is apud quem & cui fidei codices illos grecos crediderim, messane non e: sz ut mihi scriptum e, negotiandi gra constantinopolim petierat: que res impedimento fuit: ne hactenus codices illi ad me deportarentur. Verum et illum redysse reor. & libros fortassis misisse. nam ita constitueram: ut q primum reversus fuiss, & mee lre sibi redderentur: a quodam alio amico, atqz moneretur ut nō solu τὰ ἴσω μετὰ φρασσοῦ. sz quicquid librorum illic habuissem ad me ille dimitteret. putoqz id iam factum ee. Qua dere: quom novi qcq mihi supvenerit te ampl certiorem faciam. Volum illud ὀρθαρικὸς laurentio isti sculptori eximio mittam. sz pro eo velim istum virgiliu antiquu quem iamdiu desidero, velimqz Cicero oratore & brutu Consentanea ea res mihi videt. que conditio si sibi fortassis placet aut mittam volum illud, aut si fortuna dabit ego met afferrem. Nicolao medico Constanti inomni virtute diligentia viro pmum me de das oro, tum ex me affirmes codicem mire antiqtatis constantinopoli ee, in quo depicte sunt & herbe & radices & quedam animalia ppe ha maxime, atqz herbarum & radicum vocabula grecis lris triplici ydiomate greco latino & alio nescio quo adnotant. est in mon petre sci iohanis ita enim appellatur & facilime mea sua habebit. modo vero aut scribam si vultis aut ego met ut spo enarrabo. hieronymus ac Jacobus fres ut diu recteqz valeant vehementer opto. Ex ferraria vij. non. febr. Jan

A Aurispa Ambrosio monacho viro sancto & doctissimo. s. pl. Quom

39 semp lre tue mihi iocunde gratqz ee consueverunt: he quas nup accepi voluptuosiores in ceteris ombz fuerunt. Nullu etz temp nulla distantia fare pot, ut vel parum amente tua deciderit. Qd quom gratitudine & caritate ergame tua fieri credam. id ea roe precipue evenire scio, qm ego te semp ut patrē colui obsuaviqz. Martyrum gesta non dum pvenerunt ad me, & an pventura sint in nuq magis dubitavi. Is etz apud quē codices mei st: messane: nec diu iam fuit. Itaqz quom ad illum sepenūo scripsissez, n m rndet.

Familiari cuidam alti meo scripsi ut eam rem tractaret. is rescripsit
hominem illum super navi quadam sua in constantinopolim navigasse: et
hoc quidem primus kl'is kl. octobribus alias habui que docebant illum apud
regem aragonum patronum triremis esse/ quare in habendis codicibus spes mihi
diminuta est. Non cessabo tamen si qua erit uia curare ut eos habeamus. nam
ut intelligas ambrosi, neminem esse puto qui cosmi uoluntati obtemperare ma-
gis studeat quam aurispa. nec mihi magnificentiam humanitatem bonita-
tem denique viri complectere qui eius laudibus et gloria nec tu quidem credo. Nam
in demonstrandis uirtutibus suis summam uoluptatem capio. Et cum tempus
locusque mihi datur, quasi id solum primumque meum officium sit. In laudando illum
eloquens fieri studeo. Quare vir sancte paruitatem meam te oro ut cosmo
illi uiro humanissimo & unico primum me excusatum facias: tum et
primum recomendes. Ceterum cupiditas quedam mira que me in haben-
dis codicibus tenet/ facit ut non solum quos isthic habebam apud me sint.
imo alios quosdam super habuerim. Quare τὰ ὀρταγικὰ ἐκ δυα πα-
ρὰ μοι sunt. Itaque si sculptor iste eum istum virgilium antiquum qui in mo-
nasterio vestro est, & antonianas ciceronis orationes ut nuper inventae sunt
mihi restituere poterit: dedam τὰ ὀρταγικὰ. Si philippice non pulcher-
rime mihi plene & emendate essent et placeret. Vale. & nicholao nostro
meis verbis referas oro. me semper illum coluisse & amasse & laudasse.
& nunquam magis fuisse cupidum obsequendi me sibi quam nunc. nec quicquam
esse posset quod animum meum ab hoc proposito amoueret. Quicquid di-
ceret/ quicquid faceret: ego in bonam partem accipio. Vale item & carolum
uirum illum memorosum & doctissimum ex me cordialiter saluta. hiero-
nymo. tuoque fratribus me dedo. Ex ferraria id. martias.

Aurispa Ambrosio monacho viro sancto & erudito s. pl. Ut codex unus
34 de sanctorum vitis tibi redderetur humanitas domini pallantis viri equestris
ordinis & clarissimi curae accepit. Precor igitur oro quam primum an rei fides & o-
rationis filum probent tibi quod in te optatum digna videantur. Nam si rem
tuo labore dignam iudicaveris: quinque alii codices similis rei & eiusdem
auctoris ad te mittentur/ quos illi dono dedam cui isti ipsum. Cosmo s.

viro optimo et uirtuosissimo. Sin fortassis non ea tibi res uideretur, ut
in latinum transferas, facito et me certiorem. In festo sancti Iohannis spero isthuc
aduenire, faciamque de eo libro qui instrumenta bellica continet, ut pru-
dentie consilioque tuo uisum fuerit. Et in omnibus mi crede me inuenies
officiosissimum, ut sanis tue uoluntati faciam. Vale. habeoque hic aliqua
Chrysostomi quorum titulos ad te scribam per fratrem nuntium. Vale iterum. Ex
Ferraria iiij. kl. martias.

Aurispa Ambrosio monacho viro sancto et eruditissimo s. pl. Et coram
95 et per epistolas pollicitus sum, quod credebam me saltem ad uos esse
ἐν τῇ πανηγύρει τοῦ βαπτιστοῦ. Quod quidem non semel sed firme
semper usque ad id tempus opinatus fui. Sed ratione quadam aduentus meus
prorogatus est usque kl. octobres, tum enim ni me opinio fallat isthuc
me recipiam. Veni ad epistolas tuas. Sex codices τοῦ μεταφράστου
inter libros sacros meos habeo. Cum uero quoniam ad te misi non scripsi
ut mihi mitteret petii. Sed quoniam egerim quem Nicholao nostro dare uolueram
uoluissem sex solum mihi codices ex Sicilia missi sunt: ne fortassis
error interueniret. Erant enim in fasciculum colligati: horum duo isthuc
uenere. Gregorii Nicholao. ὁ μεταφραστὴς tibi: quattuor reliqui
apud me sunt. Quamuis unus eorum non sit sacer. Sed multe τοῦ ἀριστο-
φάνους κωμῳδίαι. Alius est τοῦ χρυσοστόμου λόγοι τινές
in alio sunt εὐαγγέλια κυριακὰ in litteris maiusculis operis mire
pulchritudinis et antiquitatis lucide. Aliud est ψαλτήριον. Itaque
quoniam per epistolas tuas docueris stilum tibi non rude uideri: et Cosmo uiro
illi lautissimo munus gratum fore: dedi operam pro pollicitatis meis
ut quam primo omnes sacros codices quos in Sicilia habebam ad me deportentur.
Quod haud longe fore spero. Quoniam uero eorum, postquam discessi. Quod autem intelli-
gis Cosme et Damiani passio sit: haud certum habeo. Nam integra τοῦ
μεταφράστου πραγματεία οὐκ ἔστι. Scripsit enim uir ille
xij. amplos codices ubi continentur τῶν ἁγίων παντὸς ἐνιαυ-
τοῦ αἱ ἑορταί. Illud satis memini ceteros quoque maiores esse eo quem ad te
misi. Quos quoniam primum accipiam: et quidem citissime accipere credo. Cosmo
ita libenter, ne libentius dicam, mittam et tu in latinum traduces. Patres meos

ego et novi et explebo pro viribus. Alter codex περὶ ὀρχήσεως situs
si Nicholaus ita voluerit ad vos dimittatur, tu dote quid pro illo mihi mit-
tetur. Ego volumen illud maxime vellem Nicholai antiquum ubi aliquae
orationes ciceronianae sunt. et pars quaedam Salustii. et tu ut puto nosti
et ille satis scit. Sed tu ita rem tractes ut haec permutatio Nicholao meo
grata fiat. qui satis superque bibliothecae suae consulet: si me amarit si in
codicibus suis mihi facilis sit. Ego illud scio et desiderasse me semper
et nunc vehementer desiderare, ut illius bibliotheca illam Ptolomei
superet, quod utinam ego conficere possem: illum ergo ex me plurimum
saluta meque mirari significes quod iam diu epistolis meis non respondeat.
Hieronymum item ac Iacobum salvos velim. Vale tu vir sanctis-
sime et ante alios docte. ex Ferraria xv. kl. Aug. raptim.

A
urispa Ambrosio monacho s. pl. Ea quae ad quietem animi mei per-
36 tinere dicebam ex industria in hac cedula scribo, ut intelligas rem oc-
cultissime agi maxime oportere. presertim ne ad huius principis aures
perveniret. Verum quoniam admirationes singularis et sapientiae tua
animadverto securae tibi omnia enarravierim, teque ante alios et con-
sulverim et ad auxilium petierim. Nosti nulla alia ratione isthinc me
discessisse, nisi ut ita quoque isthuc redire possem, ut et diu vobiscum
viverem, et tandem inter vos vitam finirem, credideramque paucis
annis id me facere posse. Nunc vero bona opinione intelligo cupidi-
tatem meam aut tardo, aut numquam hic completum. Audio praeterea
studium Florentiae clarum constitui. Quare si per aliquot annos firmi ali-
quid isthic aburinerso habere possem advolarem capta occasione
ad vos, at quicquid pro tuo consilio adviram emere, et tam felicita-
tem quam mihi spero futuram ex nunc haberem. hanc rem ut supius
dixi tractari occultissime cupio, ita usque occulte, ut nullo pacto
ad huius principis aures factum hoc venire queat. Potes tamen cum Ioco
bino ceterisque quibus prudentiae tuae opus esse videbitur rem communicare.
Deo vero omnibus quam primum fieri potest me certiorem facias oro.

P
aulus Sarazanensis suo Ambrosio suavissimo s. pl. d. Singu-
37 laris tua disciplina tam latina quam graeca, tua morum sanctimonia

tue denique et quidem egregie uirtutes ut eos qui numquam te uiderint te
et ament et absente contra amare concupiscant: alliciunt. Cum nouum pau-
lo ante mi pater optime egregium illud beatissimi iohannis chrysosto-
mi opus quod ex greco latinum fecisti: contra monastice uite deroga-
tores forte quadam irreligione litteris uetustissimis depictum offen-
derem, non ut fit codicis initium lectito: ciceronis contrario: aut cui-
piam prisci clarissimi uiri opus putaui. Inter legendum letitia su-
ma: imo incredibili uoluptate afficior. tum quia transcribi certum erat.
tum etiam meo latinitatis suauitas: summa uocabulorum proprietas:
sententiarum grauitas, uisque dicendi singularis: ac denique quod antiquum
est: uia optima ad bene beateque uiuendum, inerat. Redeo tandem
ad primos codicis margines: tuam nominis conspicor imagine que
mihi ignota erat: iter confestim ad prioris thalamum hebeo. quo hac
dere certior fierem. qui nomine theophilus appellatur: uir summa reli-
gione ac singulari bonitate refertus patria uenetus: insigni genere
ut aiunt natus. Vbi certior factus sum, multo magis quam prius, gau-
dio afficior, quom et codicem et te scriptorem iam habere in manum
duco. Proinde tuum inmanam et, humanitatem oro atque obsecro per suam
religionem, per deum immortalem per omnis sanctos: ut mihi codicis
copia fieret. Is ita mihi liberaliter inseruit: ut summa cum uehe-
mentia ac uehementer rogo et codicem mea manu transcripsi. Non
enim librariorum peritia fretus: quoniam et anima et uoluptas est singularis.
Eum principis mantue liberorum preceptori magistro uictorino uiro
singulari et optimo inspiciendum dedi. Is contineo ut ego nequeo
ardentius dicere, eius amore captus est, postulat copiam: datque ad
libens, tum ut hominum audirem: tum etiam ut et tam egregium opus et
nomen tuum seminaretur. Is principis liberis et potissimum cuidam
adulescentule latinis grecisque satis erudite legere uolle aiebat. Te
ut expressius intellexi uerbis singulari beniuolentia complectitur imo
te deum inter eis mortalem predicat. his hactenus. ad te plura non
exaro. nam te uisere institui. Vale, me tibi uehementer gaudeo.

Fratri Ambrosio Fr. Iacobus s. d. Tua epistola et ea quidem suavissima
quam habui hodie accepi: quante mihi et voluptati et iocunditati
fuerit: non modo non ullis litteris quarum prope imperitus sum, sed ne coram
quidem ubi cum lingua tum et gestus rem adiuvant enarrare possem.
Neque id iniuria, nam ad eam rem quam iam diu magnopere cupivi
hoc est in gratiam familiaritatemque venire tecum: nunc tandem mihi a-
ditus patefactus est. Quo certe nihil mihi prius fuit quam ut tibi responderem.
Cui non solum ago, verum etiam debeo gratias quas maximas possum.
Quippe qui quamquam me omni genere virtutum plurimum antecellis tamen
pro tua humanitate prior ad me scripsisti. Quod vero ad me attinet.
ego tam et si te numquam vidi, tamen iam pridem cognitum quodammodo
ut ita loquar ac perspectum habeo. Longo enim iam tempore te dilexi.
solum tuarum laudum magnitudine provocatus. Cum enim vero quam multa
et eadem maxima de te audiebam, studia humanitatis: optimarumque
artium disciplinam, latinam doctrinam ac grecam, religionem san-
ctitatem. Que omnes res eo me vehementius ad te amandum ac-
cenderunt, quo pauciores nostri ordinis homines istiusmodi ornamentis
preditos novi. Itaque persepe a nonnullis eorum quibuscum iam diu versatus
es, summo studio quesivi, non certe qualis, id enim nemini latet, sed
quis ortus, quot annis esses. Ex quo fit ut tua nec forma nec statura
nec etas me pretereat. hoc autem quam maximum est amoris ne vulgaris quidem
in te mei. Et si ex sola virtute vera proficiscitur amicitia, mi-
rari non debes si te vel absentem vel numquam visum tantopere dilexe-
rim, qui talis profecto es, quales amicos meos esse desidero. Eadem
usque in hunc diem silui tecum, non quidem negligentia nec oblivio-
ne tui. Sed quia mole quadam malorum diu pressi omnes videbamur. In
tristia enim tempora incidimus: cum acerbissimi belli tum va-
stissime etiam pestilentie quibus malis omnis fere Etruria pertur-
bata est. Itaque parumper silendum censebam, simulque aliud magis
idoneum expectandum tempus amicitie confirmande. Verum quandoquidem
secundior iam res nostra fieri videtur, non ita quemadmodum antehac

ciuitate florentia abstinebo: sed frequentabo urbem: conueniam ciues
adibo amicos: atque te imprimis. Ceterum utinam tantus ego tibi uidear quantus
ut scribis auditus sum. At id plane polliceor fore, ut hominem uideas
tui maxime studiosum. Nicholaum autem nostrum oro te maiorem inmodum
salutes uerbis meis. Vale. Ex nostro cenobio podiboniciensi. iij. kl. febr.
Thommas sarzanensis nicholao nicholi sal. Coactus litteris tuis quibus
39 responderem & terrebar & uehementer angebar: consuetam taciturnitatem
meam dissoluere, & si renitentem & inuitum oportuit. Dabis tamen
ueniam huic errori si ita decere iudicabis: quod a scribendo ob dicendi peri-
tiam sepe deterritus sum. Sum enim ex eo numero qui docti & e-
ruditi haberi nolunt: qui cum eorum cupiditati uulgaris aliquis rumor
applauserit, testes ignauie & inscitie sue, doctrine et litterature glo-
riam quam silentes ociosi que mentiuntur, quibusque modis cunt opinionem.
Huius ego munitissime & affluentissime legionis miles, & si non
ueteranus, cum medica aliqua ut aiunt summis labiis artem gustasse
mihique scitulus uiderer & a ceteris haberi uellem: cogitaui eruditionem
quam plerumque mentitus sum: opinionem taciturnitate seruare. Hic
actum est, ut cum sepe ex eruditissimis & eloquentissimis uiris littere
mihi reddite sint, ipse imperitie mee optimus testis. quique ad respon-
dendum me imparem esse sentirem: sed inhumane impudenterque fieri
intelligerem: a scribendo prohibitus sum. Omitto ineptiarum occupatio-
nes meas in medium producere, quibus aliqua ex parte huic errori meo
indulgeri posset. Verum cum nisi torpido ignauo satisfaceret et solertis-
simo homini: silentium iudicaui: qui ut scribis, nostis eas non tantas fuisse
quin ad scribendum periculum aliquam concederent. Hec ad indulgen-
tiam satis. Gregorii nazanzeni uolumen egregium, quod a me sic
instantissime flagitasti & in quantum datur intueri diligenter, magni-
ficeque conscriptum ab aurispa accepi: ad te cum oportune fieri poterit
florentie deferendum. Lactantium illum uetustissimum habeo quem
uidere poteris post modicos dies, cum per nos transeundum erit. Ex
cenobio cartusie gallicane his diebus accepi unum ex duobus illis uo-
luminibus, que tam diu expectabamus, in quo basilii octo homelie sunt,

ex greco per rufinum traducte que basilianam illam gravitatem & eloquen-
tiam sapiunt & eiusdem libellus unus ad viros spirituales de quo ob genus
eloquii admodum cogor an illius sit. Est et Chrysostomi libellus unus
de similitudine carnis peccati. corruptus & inemendatus. Est et ru-
fini editio aut explicatio quedam in symbolum egregia et prope sin-
gularis. Sunt & xv. epistole ignatii, quarum in hystoria ecclesiastica
meminit cesariensis eusebius. Est et una policarpi ad ecclesiam phi-
lippensem. Reliquum volumen in quo sunt hyrenei contra hereses libri quinque
nondum habere potui; habiturus si promissis fides est adhibenda, cum hec
primum restituero. Cum mediolani fuimus de Cornelio celso invento
in bassilica ambrosiana investigavi. Inveni esse apud archiepiscopum me-
diolanensem, qui tum Janue erat, a quo nescio si obtinere potuissem cum
librum illum iam diu expectarit. In laudensi ecclesia cum in transitu
faceremus, inveni vetustissimum volumen, in quo epistole plures ro. summorum
pontificum qui a petro fuere usque ad silvestrum continebantur: de consuetu-
dinibus, de constitutionibus ecclesie, collecte ab ysidoro yspalense ut prefa-
tio testabatur. Laborabo ut haberi possit et mihi ab episcopo promissum est.
In pomposiano monasterio, quod est inter confinia agri ravennatis & ferariensis:
inveni hylarium pictaviensem super aliquot psalmos, res eadem tum gra-
vitate sententiarum tum propter dicendi genus elegantissima. Credo apud te
haberi. Optassem tamen illud volumen cum tuo discucurrisse vidisseque si
plura in altero contineantur. De epistolis hieronymi quas esse apud fratrem
lupum arguebas non sum deceptus quod ita semper existimavi. Quid enim
his credendum est qui nondum discernere noverunt inter barbara & latina.
Opuscula illa bernardi si apud te erunt libenter videbo: ita ut non
usque ad interitum bursam evacues. Vacua enim est. Rogo me optimo illi
& litteratissimo viro & religiosissimo patri meo fratri ambrosio commenda-
tum reddas. & ei dicito quod expecto in reditu meo habere omelias illas Chry-
sostomi ab ipso traductas. & reliqua que nomine meo scribi mandavit
Siquidem laertium ad integrum quesivit in latinum, oro fac ut habere possim.
Preterea & in manibus habebat athanasii alexandrini plura que
traducturus erat. Ea omnia ita habere gestio ut moram tamen egre iam feram.
Vale et me ut soles dilige. Ex bononia die iiii. Junii.

Candidus Nicolao nicholi sal. Si uales bn̄ ē. & ego ualeo. Enimuero
40 fr̄ optime ex te certum habeo q̄ maxime gaudeas: ex hoc ut bene ualeā.
Sz me hercle ita dij deeq̄ me adiuuent/ q̄ hoc tecū munus lubentius
pacisca. Scito beltraminum de uimola φιλον ημων amantissimuz
ēē. is de te tantum mihi retulit ut rogare quoquomō adte aliqd scribere.
Nec mirum siet si tam caldos affectus inieceris/ ut gnotus fieri cupiā
nec libris tois quod absiet euenit: scito enim me his ualentissime fol
tum. & διαφυλαττοντες την παλαιαν παροιμιαν cum paribꝫ
aptissime iungimur. Vidi int' cetera commentarium tuum quod pridie ut
opinor ipsi dederas. Rari profecto sunt hi libri fr̄ optime in hac urbe
inqua nullus uirtuti honos est. Omnes aut ambitioni aut ceteris igna
uijs operam dant. opto tamē ut habeas siquid apud te ne sient. si siet
ne frustra querites. & si dupli aut quadrupli emē uolis/ nullos
uenierit nec uere possient. quod illis desiet. Adnotas igitur amz uolo
& quos maxime cupis mihi notum facito/ & maxima diligentia cu
ratos habeto/ ne apud te sient ut dixi/ ne me obtundas. nisi κατα
την χρειας μονον βιβλιοθηκη. Iohannis arretini. Multa & pe
grina & antiqua hic que lubenti' uideas. Inea siquid t' placuerit
curatum habebo ut transcribam hi sunt fere ex antiqs libri uetu
stissimi quos cōme semesos adlegendum facesso. Catonis: uilly: co
lomelle & uarronis agriculture. Lannaei Senece opuscula. Come
dia antiqua/ que cui' siet nescio. Inea lar familiaris multis loqx ē/
Volt ne parasitus cū lucanum cubet/ ut plostrū uetus. pelues/ &
rastros quatridentes. rusci q̄ festinissime transferat/ se ne uolt pa
rere quidem/ eo q̄ gallus non dum gallulat. meo deniqꝫ iudicio ue
tustissima. Suetonij tranquilli liber cum gco. Censorini ad q. cerel
lium de seculo. C. iulij opa belli gallici. A. gelly liber cū gco. Epistoł
Ciceronis ad atticum liber uetercimus. Macrobij saturnaliorꝫ cum
gco optimo liber antiqissimus. preterea multa pegrina opa & hac tē
pestate rarissima. que uigiter laudari existimant. et quo t' ne ndia
quidem possem pscribere. Adiscribe itaqꝫ ut dixeram siquid ex his de
siet quid cari' siet & rescribito. Lubentius lubentia t' mitto. Notato
et insingrapho libros & m mitto. Scripsi Leonardo arretino lecaz

Tius ac splos ac ut me amet: sed nihil respondit: ne curat equidem ut
arbitror. E numero postquam inolvuit. nec stilo opus dixit, nec amicis
ut solitus scriptitat, sed tantum ut ex auguror.
Cosmo de medicis Miniatus lucanus s. p. d. Non mediocris mihi cura
41 fuerat quo arbitrari possem tuis te laribus paulum conquiesse: litteras indi-
ces mire mei quidem non minus absentem te cordi ratiis oculos meos
quam cum presens aderas: quam primum ad te dare. Hanc sollertiam istam mea
antecessit . I. abbas boniciensis vir cum eruditus tum in dicendo
elegans: humanis: ornatus. Putabat te urbem romam incolere, suaque
epistola expetit abs te orationem illam tuam quam apud summum antisti-
tem pronuntiare instituerat. Et ut facilius abs te impetret unas
suas epistolas sanctissimo viro sancti ambrosio conscriptas non postula-
ti tibi sponte affert. Leges illas et item alias quas ad te scribit, pro
nisi fallor te obnoxium obligatumque reddunt ad dedenda illarum
quam mihi pollicitus es orationem. Noli te maxime rogo, tua isthec
tam diu occultare ne prodeant in lucem. Si ceteris rebus omnibus
me ignarum extimatorem disiudicaveris. patiar equo animo: in hoc
aut velim sinas me esse equum iudicem: eam tuam orationem quia et
vidi et legi talem fore apud doctissimos viros ut non modo proferri in-
apto possit: sed omni laude digna videatur. Neque tamen tam gnarus
litterarum sum. ut ipsam pro suo merito laudare aut extollere queam. dat
tamen nobis natura ut implerisque rebus iudicium nostrum recte impartiamur:
absque ulla artis experientia. Et etiam qui pictores non sint: aut sculp-
tores de imaginibus et picturis non insane iudicent. Quare cura
ne nimio pretio eam vendites nobis. Satis enim pretii dedisse videtur
cum eorum epistolas tam diu patiaris expectari. Scio tamen id summa
tua moderatione fieri, quia non laudis rerum tuarum cupidus sed omnino
contemptor existas. Sed erumpat mihi crede ista tua singularis vir-
tus opus que a teneris usque annis, adeo radicata est quotidieque pro-
cessa, ut amplissimos immortalesque fructus sit iam nunc intra
paucitura que non unum aut alterum actionis opus, sed totam honesti fa-
ciem est complexa. Satis pro tua incredibili modestia in aspernandis
dignis honoribus ut modum laudum tuarum et ego videam scribendo

excedere. Cum propium sit legis amicitie has laudationes mi-
nime nos proferre. Sz id pace tua honeste hauserit ne hebescere
impostérum sinas que ex te proferri conuenint. pculsas nos uolup-
tate maxima. Sz de hoc satis. postq a nobis abes ita induati sum'
ut omnis mea suauitas tecum excessit. Nam matheus nr ego pa-
riter indies proximos quibz abscessisti locum contubernij tui inse-
dum sepe nud incessimus. Ubi memoriam tui qm spatia circum
spici nō poterat desideriū qz contemplati sum'. Maximū erit m̄i
et ad uoluptatem et ad gliam. si qn lras tuas mihi reddideris. eas
pro religione et uenerabor et colam. Cum ergo aliquid sis nact'
otij solum quod ualeas nō enim multum abs te experto me ce-
tiorem face. etsi cum leonardo uiro spectatissimo collocut' es qd
et mea re sit uoluntas significa. Cui ut me cōmissiz facias ac
nicholao nrō etiam atqz etiam rogo. e roma pdie non. marcii.

42 Sancto uiro frī Ambrosio. Jacobus languschus. s. in xpo. d. Du
tibi scribere instituissz maximus deuotus tuus Nicolaus de Leona-
dis phisicus graui hic morbo corporis affectus est. Quo duz s
morti proximum cōspiceretur acceptis penitentia et eucharistia
sacris diuinitatis signis mirū dictu repentino uigore inaffli-
ctantem morbum nā preualuit. Sane fateor nihil presidij in huc
defuisse quantū aduertentia rarȝ naturȝ cogitare aut loci cōmodi-
tas potuit comparare. Cum aūt complura mortem minantia ipse
index signa compississ sursum arrecto indeitate spū ita in ōi re-
creauit ut singulis hucusqz diebz conualescē uisus: iā nobis prosus
uidetur ee restitutus. Profecto dum tu nobis fieres hystoria roga-
uit ut ad te scriberem. Primū igr habem' t̄ nō moriturās grās ob
eas quas ad maximū pont. lras in gmendatione spiritualis filij
tui dni eustachij scripsisti. quas dum gratissime fuissent maxi-
mus ipse pontifex terqz quaterqz lectitatas mirū inmodū cōmdauit.
et meritū qz in dnūz eustachiū magna uirtutis opinione uidens abs te.

cui probatissima ē auctoritas fuisse ↄmendatur. Solent enim res
laudate dicentis fide modestiaq; probari. Preterea summus ipe
pont. tantam in magistrum nicholaum grāt tantamq; benignita
tem ondit ꝙ nihil supra. Quasobres intentionē n̄rā adeo prospe
successuram cernebamus ꝙ ad breues te dies allocuturi eas tibi
grās ꝑntes agere cupiebāmus que compleri lr̄is n̄ possunt. Ro
gat tam̄ magister nicholaus offi̅m tue humanitatis ut rursus
adscissimum p̄rem eustachiū tuū recomendare uelis. Nā is ca
lor quo inuictum propositum ipe summus pr̄ flagrare uidebatur
intermissus aut intepore in usus ēē pot nouarꝫ rerū ꝑtecutate
& hac infirmitate magr̄i nicholai. Nam licet inen summū pōti
ficem, complures aditus habeamus. nullum sanctiore extimo:
eo quem tuis lr̄is ꝑstare potes. Summo oratori leonardo ar̄e
tino magno q; inuestigatori nicholao nichol nos recomissos faci
as. Vale. ex opido genaciani die xiij. aug.

Iordanus Vrsinus frī Ambrosio sal. pl. d. Lr̄as responsionis
tue quibȝ non missi ad me dionysii areopagite opis egrecio arte
in latinum uersi / moram iustis excusationibȝ purgasti / sūma cū
auiditate plegi. Si plus equo humanitatē tuam decare inmemo
forte occupationū tuarꝫ uir suauissime ambrosi sollicitaui desi
derio meo / quo insendi opa tua ardeo: ꝑmum queso indulgeas.
Dein ut q̄ ꝑmum ↄmode pocupationes tuas poteris eas epl̄as tras
scriptas atq; emendatas mihi mittas. iterum atq; iterū ꝓcor. Qd
restat: geographiam ptholomei magno labore magnaq; impēsa
iam ꝑdem ex gallia aduectam queadmoz intellexisti penes me hēo:
ea qm̄ ingens pondus ē uolumq; pene informe atq; indispositum
mutari atq; de loco in locum deferri facile n̄ pot. Proin ꝑ eā q
inter nos ē ꝑpetuam amicitiam atq; fidem te ꝓcor Ambrosi ut ad
eū quoq; mittendum librū me minime astringas. Verū quātis te
possum ꝓcibȝ atq; monitionibȝ hortor ut ām tuā hec sacratissima

templa sanctissimasque urbis reliquas religionis nostre testimonia clarissima: tum animi laxandi tum et mei visendi causa huc te conferas: tunc enim et geographie ipsius et ceterarum rerum mearum tibi tamquam mihi alteri ut par est copiam faciam. Interim ptholomeum ipsum velut pignus quoddam adventus tui tenebo. Postremo munusculum hoc dominice scilicet passionis insteumita eburneo osse mirabili atque subtilissimo artificio sculpta parvaque nucis testa clausa ut ilari accipias atque acceptumque tum quia res te digna est, tum in mei memoriam diligenter conserves accuratissime postulo. Vale. ex urbe xx. may.

44 Ambrosio viro sancto Bertus ildibrandus suus sal. Speravi parvulum illum iesum quem tibi debeo, quam primum Senas redyssem pro meo arbitrio invenire et habere posse. Sed necesse fuit ut hunc quem tibi reddendum ad presens michaeli de sancto donato comuni mulioni trado, ab integro sculpendum formandum ac deliniendum curarem. Et inde res adhunc usque diem dilata est. Eum ergo hac inclusum capsula et vestitum non ut meritum fuisset ad angelorum nuptias proficiscentem, sed ut domum paupercula exeuntem decet, utque conversatio sua in terris dum id etatis agebat exigere visa est, totalibus quibusdam puerilibus leto animo suscipe. Et si in his omnibus debito meo et merito erga me tuo non fit satis, patientiam habe. affectum meum erga te, non rem ipsam intuens. De studys litterarum grecarum que tu in me non mediocriter excitasti, scribam tibi alias. Nunc non tenebo te pluribus. Id solum in extremo aure peto et exopto ut me tuis sanctissimis orationibus iuves. me sanctissimis cohortibus tuis precipue fratribus iacobo et hieronymo commendando. Vale. Senis vi. idus Aug.

Finis huius operis quod ego Johannes lavenen. hac die ultima Julij 1468 ad laudem dei feliciter transcripsi et ad metam deduxi.

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE Mss

Ambrosius solis sacris literis ex greco transferendis decernit a 232to 35

et ex greco in latinum convertere . ibid.

Assuetus ab infantia sacris literis a 235

Ambrosius literas suas transcribere cogitur a 240 . 42 . 54

Ambrosij labores pro Ecclesia a 249.

Ambrosij in laudem a 243 . 46 . 44 . 49 . 45 . 49 . 47to . 256 . 57 . 56 . 265.

Calumnias gravissas sustinet Ambrosius a 220to 229 . 252.

Climacum traducit a 220to

Chrysostomi opera emendat et Barbaro mittit a 221to . 236to . 259

Traducit a 224to . 230to . 233 . 43 . Kinivis...

Convertendis gentilium libris operam dedit a 233 . 35to.

Dionysij traductionem quando aggressus sit a 215 . 243 . 275to.

Eugenij PP. IV. Veneti electio a 239to ab eo Indulgentiam obtinet pro Conductore suo Gentilis Ambrosij. et de duce Alberto quid a 244

Grecorum rem cum Pontifice agit a 246

Lactantium emendat, et Franc.o Barbaro mittit a 224

Laertij traductio a 233 . 35.

Laudes Ambrosij a 261 . 64 . 65to . 69to . 71to . 72to . 73to . 74to . 75 . 75 . 76to. vide sup. Ambrosij in laudem

a 49ts Mariotus novitiorum mgr, postea Gentilis fratrem Ambrosio comendat a 245.
hic a 242 de illo ait Mariotus magnam sibi coronam ex cautis educat. contexuit.

Manuel vir restituit grecas litteras et in greco a 224

Metro interdum composuit a 236.

Monachi duo Camaldulensi pestilentia decedunt a 243.

Orationes in Alb.e Concilio habitas comemorat a 244.

Philelphus pre[...] ex greco traducit cum magno Ambrosij labore a 236.

40

Ravenne antiqua monumenta a 211.
Socius Ambrosij ad Basilee Concilium Gpus Arriminensis deligitur a 249.
Singularis sanctitatis monia in Dominio Veneto sita a 242.
Sexte Synodi quinterniones plures Sumo Pontifici offerendos Romam mittit a 243.
et eam scribere p. librarios curavit a 240.

Triginta annis clausus in monte S. M. Angelor. manet Ambrosius a 240.

Venetijs invenit duo greca volumina et Berenicis effigiem &c a 214. 216. v.o
Vienne ducem Albertum S. Sedis benemeritus a 244. 41. 49.

Bun

Ambrosius interdum metro composuit a 230.
Burgenses nrō monrīc affecti ex Abbatis nutu pendere semp
consueverunt a 250.
Burgi administrationem tam in temporalibus quam spiritualibus ad
Generalem Camalduli spectabat a 252. t.º
Codices greci ab Aurispa e Constantinopoli in Italiam delati a 260

Franciscus Philelfus quid Florentie publice lecturus esset a 263

Iacobus de Tornaquincis Angelorum monachus Ab. nomin. Agnani 24

Litteras suas Ambrosius Pontifici afferri curat a 252.

Monachi duo Camalduli pestilentia decedunt a 243 t.º

Nicolaus optimi atque sanctissimi mors a 230 t.º

BIBLIOTECA NAZIONALE CENTRALE FIRENZE MSS

Cart., cc. 276 numerate a
penna con antica numerazione esatta +
+ 2 guardie membr., scritte, 1 in
principio e 1 in fine.
22. 9. 1967 RL

L. S.° Sacre Eremi Camalduli I. C. 1
.W. 72.

I

Venerabiles et amantissimi patres. Iniunxerat nobis reuerentissimus in xpo pater et dominus: dominus Cardinalis Senensis protector ordinis nostri: ut ad capitulum generale mitteremus aliquos ex monachis nostris: zelo profecto sancte religionis incitatus et ardens studio restituendi si fieri possit ordinem nostrum in decorem obseruantie regularis: et antique sanctitatis ymaginem. Hos autem habita ratione clausure nostre, simul et considerantes monachis simplicibus inter prelatos residendi ius non esse: atque confidentes uenerationem uestram per se: absque nobis ad omnia posse sufficere maxime in presentia tantorum uirorum, quos illuc ex latere suo dirigit idem reuerentissimus pater: statuimus corporeo accessu non uenire: quia et re uera dominus admonet: potius quam iubet: usus modestia solita ceterum uice nostra has litteras mittere quibus nobis amantissimi patres ea loquamur que si coram adessemus loqueremur humiliter et cum honore tantis patribus debito. Ante omnia deo referre oportet gratias dilectissimi qui tantum cure ac pie sollicitudinis patri ac protectori nostro inseruit resuscitandi in nostro ordine feruorem atque religionis tepescentem iam, imo quod dolentes gementesque dicimus in plerisque extinctum ferme ac mortuum. Preterea dirigere intentionem in deum necesse est atque ab illo implorare auxilium ut quod difficile imo impossibile uidetur: sanctissimi sui spiritus gratia non modo possibile uerum et facile sit. Ipse enim est qui potest de lapidibus suscitare filios Abrahe, cuius imperio reuiuiscunt mortui: cuius afflatu gratie arentia uitiis corda in rorem compunctionis excitantur primum: et tum demum in uberes ac letos fructus exurgunt. Attollite in sublime oculos amantissimi patres, ut uideatis regiones iam ad messem albescentes, implorate celeste auxi…